

Grammatico –
Vellio Longo
Terenzio Scauro
Vittorino
Favorino

Nel [illegible] del [illegible] del S. L. C.
Cristiano alcune parole come vanidie e che
Dio sa, dicono questi Critici, sa l'usava neppure
ri la Madre d'Evandro. Tali [illegible] plurima
piscalariter, mutuare.
Sta lignore si difende con dire esser [illegible] pa
role antiche, come il vino, che quanto più
vecchio, tanto è migliore.
I suoi avversarj gli oppongono le autorità di
Favonio e di Cesare rapportate al Capo
del Libro 1. di Gellio riprovanti le parole troppo
vecchie, e ignotissime, e inaudite.
Risponde l'autore, che Gellio condanna le
voci nimis priscas, et ignotissimas, di pur
in quotidianis, communibusque sermonibus.
No le parole antiche assolutamente. anzi dice
che Quintiliano quel gran Maestro d'eloquenza
nel Lib. 1. Cap: 6. vuole, che si usino ancora
le voci antiche, come quelle, che apportano
grandezza e maestà all'orazione.
Verba a vetustate repetita no solum magnos
adsertores habent, sed etiam adferunt orationi
Majestatem aliquam no sine delectatione:
Nam et auctoritatem antiquitatis habent
et quia intermissa sunt gratiam novitati si-
milem parant. Sed opus est modo, ut neque
crebra sint haec, neque manifesta, quia nihil
est odiosius affectatione, nec utique ab
ultimis et obliteratis repetita temporibus

c. lib. IV. 8.ae capo 2°. ad [illegible] per stam
Verbis ab usu remotis, ut si Commentarios
quis Pontificum, et vetustissima fœdera, et
exolitos scrutatus autores, ab ipsum petat ea
hes, ut quæ inde Contraxerit non intelligat.
L'autore si difende Con dire, che la voce
sprezlaviterm, e voce usata da Q. Claudio
quadrigario, che fiorì Circa 80 anni innanzi
di G. Cristo Circa ne tempi, che Cicerone era
Rovanetto, essendo questi nato ~~Cen~~ Cento cinqua
anni innanzi L'era Cristiana, aggiunge
che dell'autorità di aulo ~~Gelio~~ quadrigario
si serve sovente aulo Gellio, e di Cui parla
di più Con molte Lode al Capo XIII del L. 9.
Difende la seconda parola, pluria oltre
il d.° quadrigario con Catone, Valerio anziate
Lucio elio, Publio Nigidio, M. Varrone
Plauto, Tito Lucrezio. [illegible]
Ora Nigidio è morto dieci anni prima di Ci-
cerone, e [illegible] a Cic. 26. anni
Lucrezio è morto solo otto anni innanzi a lui
se dunque sarà antico Cicerone, e almeno
no lo saranno del tutto i Citati autori, se
l'antichità la fa il tempo. [illegible]
la parola pluria viene adesso difesa [illegible]
[illegible] Capitolo appresso A. Gellio lib. 5. c.
nell'originale [illegible] Pacuvio Labeone fa [illegible]
che pluria no è Comparativo, e però no [illegible]
[illegible]

Virgilio poi è morto due anni pri-
ma di Cicerone —
Terenzio solo 8 anni innanzi à lui —
~~Lucilio~~
Quanto al matrio in senso di prendere ad
imprestito è usato da Cecilio comico —
Cecilio Comico è vissuto da 100 anni avanti
Cicerone, onde appare che non si monta sino
all'età degli aborigeni, e della madre de
Evandro. In senso poi di dare ad imprestito
è usato da Plauto premorto a Cecilio di
16 anni avanti, è dopo l'età di Cicerone
è stato usato da Valerio Massimo, il quale si
suppone che vivesse a tempi di Tiberio
Imperadore onde la novità di Valerio convengono
l'antichità di Plauto e Cecilio, cioè non si
vedessi che siano stimate tanto le frasi di
Plauto, e che si debbano rigettare quelle
del Sebaneo, anzi può giovare Cecilio
quasi che gli fosse qualche compagno
De Fauni e de Silvani in tutti costoro
e che composero le Comedie diversi
no di Sabini, quando usuale ristringe or
nel Lazio —


BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
7
10 A
19

AVLI GEL-LII LVCVLENTIS-SIMI SCRIPTORIS,

NOCTES ATTICAE.

ACCESSERVNT ERVDITISSIMI
uiri Petri Mosellani in easdem perdoctæ
Adnotationes.

Ad hæc in loca quædam obscuriora, ex optimis Au-
toribus Adnotationes, hoc signo * prænotata.








COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Excudebatur Gualthero Fabricio IV. L.
M. D. LVII.

INDEX EORVM, QVAE NOTATV DIGNA IN HISCE noctibus uisa sunt.



com-

dige-

fiere

postre-

rumi-

fenatuis

FINIS.

ALTER INDEX, QVO QVICQVID IN VNAQVAQVE RE LEctor quæsierit, siue id ad grammaticen, siue ad alias artes pertineat, inuenire quàm facilimè queat.

QVAE AD PHILOSOPHIAM de natura, & dialecticam, medicinam, atq; mathematicam pertinent.

Quæ

QVAE AD PHILOSOPHIAM DE MORIBUS ATTINENT.

Serto

QVAE AD GRAMMATICAM & rhetoricam attinent.

An

 Italię

Quos

QVAE AD MORES ueterum & historiam pertinent.

Histo-

Nouum

FINIS.

A. GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII

LIBER I.

QVALI PROPORTIONE, QVIBVSQVE collectionibus Plutarchus ratiocinatum esse Pythagoram philosophum dixerit, in comprehendenda corporis proceritate, qua fuit Hercules, cùm uitam inter homines uiueret.

CAPVT I.



Lutarchus in libro, quem scribit ὁπόση ψυχῶν καὶ σωμάτων ἀνθρώποις περὶ εὐφυΐαν καὶ ἀρετὴν διαφορά, *scitè, subtiliterq́; ratiocinatũ* Pythagorã *philosophum dicit, in reperiẽda modulandaq́; status longitudinisq́;* Herculis *præstantia. Nã, quum ferè cõstaret, curriculũ stadij, quod est * Pisis apud Iouẽ* Olympium, Herculẽ *pedibus suis metatum, idq́; fecisse longũ pedes sexcentos, cætera quoq; stadia in terris Græciæ, ab alijs postea instituta, pedũ quidem esse numero sexcentûm, sed tamen esse aliquantulũ breuiora: facilè intellexit modum spaciumq́; plantæ* Herculis, *ratione proportionis habita, tantò fuisse, q̃ aliorum procerius, quantò olym pium stadiũ longius esset, q̃ cætera. Comprehensa aũt mensura* Herculani *pedis, secundũ naturalẽ membro-*

* Pisæ ad Iouis Olympij.

Iupiter Olympius cognominatꝰ est, ꝙ apud Pisam, id est Olympiam magnificis certaminib. coleretur. Vnde extãt Pindari uatis Olympica cantica.

rum omnium inter se competentiam modificatus est: atq; ita id collegit, quod erat consequens, tantò fuisse Herculem corpore excelsiorem, q̃ alios, quantò olympicum stadium cæteris pari numero factis anteiret.

PRoportio apud Mathematicos est, cùm numeri duo aut plures, cùm item magnitudines inter se comparantur, ad similitudinem secundæ comparationis, iuxta æqualitatem, aut inæqualitatem. Sic proportionẽ facis si dicas: ut se habẽt quatuor ad duo, sic octo ad quatuor: & quantò est longior pes Herculanus alteri⁹ alicuius pede, tantò itẽ stadium Herculanum pede sexcenteis commensum, longius est eo stadio, quod alterius pede toties transmissum est.

Stadij.) Mirè torquent se hocloco eruditi homines, dum stadij appellationem, ad geometricam mensuram CXXV. passuũ, hoc est, DCXXV. pedũ applicare conãtur. quum tamen hîc Gellius stadium accipiat sexcẽtos pedes tantùm. Sic opinor Suidas innuit duplicẽ esse stadij rationem siue appellationem. Alteram, qua intelligitur spacium, quod homo unico spiritu, cursu suo transmittere queat, quod procurrentis robore, aut fragilitate nunc breuius, nunc longius redditur: quam stadij appellationem hîc Gellius uidetur amplecti. Alteram, quæ sit Geometrica, de qua apud Plin. lib. 2. cap. 23. continens, ut diximus, pro certo sexcentos & XXV pedes, qua utuntur Cosmographi, quę & à longissimo cursus humani stadio sumpta uidetur.

Pisis.) Pisæ legendum est singulariter. Neque enim quod sciam, Pisa hæc Græciæ ciuitas, que posteà Olympia dicta est, apud ullum scriptorem pluraliter dicitur: Nam quòd Vergil. Pisas in plurali extulit, intelligit Pisas Italiæ urbem, à Græca sic transnominatam. Certè Plin. in Græcia Pisam unà cum Stephano, in Italia Pisas collocat.

Ratiocinatum.) Quod Græci uocant συλλογισμὸν, latinè uertere possumus cum Marc. Capella, & item Boëthio

thio Seuerino, ratiocinationē: & quod illi dicunt συλλογί ζεῖν, nos ratiocinari, colligere: pro quo uulgus argumentari dicit.

Pythagoram.) Ante Pythagoram qui rerum naturas perscrutabātur, superbissimo uocabulo σοφοὶ, id est, sapientes sese appellabant. Sed hic Pythagoras humani ingenij fragilitatem agnoscens, cùm à Phliasiorum rege, quémnam se profiteretur, interrogatus esset: respondit, se non σοφὸν, sed φιλόσοφον esse, id est, non sapientem, sed sapientiæ amatorem. Quæ appellatio ad nostra usq; tempora durat. Tametsi Fabius lib. 1. & hoc nomen, ut arrogantissimum, detestatur.

AB HERODE ATTICO, CONSVLARI uiro tempestiuè deprompta in quendam iactabundū, & gloriosum adolescentem, specie tantùm philosophię sectatorem, uerba Epicteti Stoici, quibus festiuiter à uero Stoico seiunxit uulgus loquacium nebulonum, qui se Stoicos nuncuparent.

CAPVT II.

Herodes Atticus, uir & Græca facūdia, & cōsulari honore præditus, accersebat sæpè nos, cùm apud magistros Athenis essem9, in uillas ei urbi proximas, me et clarißimū uirū Seruilianū, cōplurésq; alios nostrates, qui Roma in Græciā ad capiendū ingenij cultum concesserāt. Atq; ibi tunc, cū essemus apud eū in uilla, cui nomen est Cephisia, & æstu anni, & sidere autumni flagrantißimo, propulsabamus caloris incommoda lucorū umbra ingentium, longis ambulacris & mollibus, ædium posticum refrigerantibus lauacris nitidis, & abūdis, & collucētibus, totiusq; uillæ uenusta aquis undiq; canoris, atq; auibus personante. Erat*

Nomina in blādus à participijs planè nihil differunt, nisi quòd uehementius ac grauius quiddam significant. Sic iactabūdum accipe, qui se supra modum iactet.

Caniculam intelligit, de cuius exortu uide Pli.

**canorisq; auibus*

ibidem nobiscũ simul adolescẽs, philosophiæ sectator, disciplinæ, ut ipse dicebat, Stoicæ, sed loquacior impendiò & prõptior. Is plerũq; in cõuiuio sermonibus, qui post epulas haberi solent, multa atq; immodica de philosophiæ doctrinis intempestiuè atq; insubidè disserebat: præq; se uno cæteros omnes linguæ Atticæ principes, gentemq; omnẽ togatã, totumq; nomen Latinũ, rudes esse & agrestes prædicabat. Atq; intereà uocabulis haud facilè cognitis, syllogismorũ captionumq; dialecticarum laqueis strepebat: κυριεύοντας, ἡσυχάζοντας, σωρείτας, aliosq; id genus griphos neminẽ posse, dicens nisi se, dissoluere. Rem uerò Ethicã, naturamq; humani ingenij, uirtutumq; origines, officiaq; earũ cõfinia: aut contrà, morborũ uiciòrumq; fraudes, animorumq; labes ac pestilentias asseuerabat, nulli esse ulli magis ea omnia explorata, cõperta, meditataq;. Cruciatibus aũt doloribusq; corporis, & periculis mortẽ minitãtibus, habitum statumq; uitæ beatæ, quã se esse adeptũ putabat, neq; lædi, neq; imminui, existimabat: ac ne oris quoque & uult9 serenitatẽ Stoici hominis, unquã ulla posse ægritudine obnubilari. Has ille inanes cùm * flaret glorias, iamq; omnes finem cuperent, uerbisq; eius defatigati pertæduissent: tum Herodes Græca, cuius plurimus ei mos fuit, oratione utẽs: Permitte, inquit, philosophorũ ãplißime, quoniã respõdere nos tibi, quos idiotas uocas, nõ quimus, recitari ex libro, qd de huiuscemodi

Nodosa argumẽta per griphos Gellius intelligit.

Quarũ quatuor M. Cicero ex Stoicorum sententia libr. Offi. statim in princ. ostendit.

* efflaret

Quandò, ut Fabius li. 11. inquit, omnis iactatio est odiosa, sui uerò odiosissima.

modi magniloquẽtia uestra senserit, dixeritq; Epi-
etusStoicorũ maximus: iußitq; proferri disertationũ
picteti digestarum ab Ariano primũ librũ: in quo ille
nerandus senex iuuenes, qui se Stoicos appellabant,
q; frugi, neq; operæ probæ, sed theorematibus tantũ
igalibus, & puerilium Isagogarũ cõmentationibus di
trãtes, obiurgatione iusta incessuit. Lecta igitur sunt
: libro, qui prolatus est, ea, quæ addidit. Quibus uer-
s Epictetus seuerè simul ac festiuiter seiunxit atq; di
sit à uerò atq; syncero Stoico, qui esset procul dubio
ώλυτος, ἀνεκβίασος, ἀπαρεμπόδιστος, ἐλεύθε
ος, εὔπορος, εὐδαίμων, uulgus aliud nebulonum
minum, qui se Stoicos nuncuparent: ultroq; uerbo-
m & argutiarum fuligine ob oculos audientium ia-
ı, sanctißimæ disciplinæ nomen ementirentur.

Qui nullis rebus ad se nō pertinentibus mouetur, nulloq; obstaculo à uirtutibus abstrahi possit. Siquidem ἐμποδίζω Græcis significat impedio. ἀπὸ hîc priuat.

Εἰπέ μοι περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν; ἄκουε·
Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος κικόνεσσι πέλασσεν.
ῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἀγαθὰ, τὰ δὲ κακὰ, τὰ δὲ
ιάφορα. ἀγαθὰ μὲν οὖν, ἀρεταί. κακὰ δὲ, τὰ μετέ
οντα κακίας. ἀδιάφορα δὲ, τὰ μεταξὺ τούτων, πλοῦ
ος, συζυγία, ζωὴ, θάνατος, ἡδονὴ, πόνος, πόθεν
δας; οὕτως Ἑλλάνικος λέγει ἐν τοῖς αἰγυπτιακοῖς.
δὲ διαφέρει τοῦτο εἰπεῖν, ἢ ὅτι διογένης ἐν τῇ ἠθικῇ,
ρύσιππος, ἢ κλεάνθης. βεβασάνικας οὖν αὐτὸ, καὶ
όγμα σαυτοῦ πεποίηκας; δείκνυε πῶς εἴωθας ἐν
λοίῳ χειμάζεσθαι. μέμνησαι ταύτης τῆς διαιρέ

σεως ὅταν ψοφήσῃ τὸ ἱστίον. καὶ ἀνακραυγήσῃς, ἐὰν σοί τις οὕτω πῶς παρασταθεὶς εἴπῃ, λέγε μοι σὺ ἃ πρώην ἔλεγες. μὴ κακία ἐστὶ τὸ ναυαγῆσαι; μὴ τῆς κακίας μετέχον; οὐκ ἄρα ξύλον ἐνσείσεις; αὐτῷ τί ἡμῖν, καὶ σοὶ ἄνθρωπε; ἀπολύμεθα, καὶ σὺ ἐλθὼν παίζεις, ἐὰν δέ σε ὁ καῖσαρ μεταπέμψῃ κατηγορουμένον.

Cephisia.) Fortasse appellatione sumpta à Cephiso fonte amœnissimo, quē in agro Atticó scaturire tradit Plin. lib. 4 ca. 1. Erat enim receptum apud ueteres, quod ex Catone colligi potest, uillas in propinquo fontem aliquem habere.

Sectæ.) Quatuor in primis celebres erant Athenis philosophorum sectę: Academica, Peripatetica, Epicurea, & Stoica. Nam quas præter has colligit *Laërt.* hæ ab his quatuor, quasi fontibus promanarunt.

Disciplinę.) Obseruandū disciplinę uocabulū, pręterquā in φ doctrinam significat, & obseruationem significare, idq; apud optimos quosq; scriptores. Sic Cicer. in præfat. Offi. Sunt, inquit, nōnullæ disciplinę, quę propositis bonorū ac malorū finibus, officiū omne peruertūt. Sic & Teren. in Eunu. ubi Gnato de disciplinis disputat.

Intempestiuè.) Neq; enim de arduis quæstionibus inter pocula disputandum est: sed, ut inquit Varro & post eum Athenæus, ea sunt in conuiuijs tractanda, quæ semper hilaritatem quandam in se habent, & ad ciuilem uitę usum pertineant: quo modo uidemus differi à conuiuis Macrobianis, & item ab ijs quos amœnissimos cōuiuantes inducunt, tum Plato in Sympofio suo, tū Athenæus.

Atticæ linguæ.) Linguā Atticam dicit pro Græcorum eloquētia, quæ sit omniū longè mūdissima, gratissimaq;. Siquidē è quinq; linguæ Græciæ differentijs, Attica proprietas omnium fuit semper laudatissima, de qua multa uide apud Fabiū lib. 11. Item Cic. De perfecto oratore.

Viciorum fraudes.) Non ociosum est, quòd uiciorum fraudes dicit, quòd uicia sese uirtutis specie hominibus insi-

ſinuent. Vnde Horatius: In uicium ducit culpæ fuga, ſi
ret arte. Sic auari peccatum ſuum palliant per hoc, φ
ſe neceſſaria procurare aſtruunt.

Epictetus.) Stoicus is maximus fuit, quòd uidelicet nō
icendo tantùm & diſputando, ſed & uiuendo profeſſio
is huius ſeueritatem expreſſerit. Oriundus autē fuit ex
ieropoli Phrygiæ urbe, ſeruus Romæ poſteà factus cu
ſdam ueſtiarij Neronis principis: deinde ob doctrinæ
xcellentiam manumiſſus eſt. Domunculam quandam
abitauit, quam præ animi ſecuritate, nunq̄ claudebat.
Iortuus eſt tandem Nycopoli Epyri urbe, tempore M.
ntonini Imperatoris. Huius lucernam, ob præcioſiſſi-
ıum tanti hominis monumentū, diues quiſpiam emit,
eſcio quàm drachmis multis.

ἀκόλυτος.) ἀκόλυτον eum hominem dicimus, qui nullis
rriculis à propoſito dimoueri queat, quem Horatius
ſce uerſibus eleganter depinxit:

Iuſtum & tenacem propoſiti uirum,
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non uultus inſtantis tyranni,
Mente quatit ſolida: neq; Auſter
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Iouis manus.
Si fractus illabatur orbis,
Impauidum ferient ruinæ.

Stoico.) Raros hos homines Stoicos, & fortaſſe ni-
ıum rigidos uirtutibus, Horatius in epiſt. lib. 1. epiſt.
ubridens complectitur his uerſibus:

Ad ſummum ſapiens uno minor Ioue, diues,
Liber, honoratus, felix, rex deniq; regum,
Præcipuè ſanus, niſi cum pituita moleſta eſt.

pud Laërtium lege uitam Zenonis, & Ciceronem de
nibus. De Hellanico lege Suidam.

QVOD CHILO LACEDAEMONIVS
nſiliū anceps pro ſalute amici cepit. Quodq; eſt circū
ectè & anxiè conſiderandū, an pro utilitatibus amico
n delinquendū aliquando ſit: notataq; inibi & relata,
ꝗ Theophraſtus & Marcus Cic. ſup ea re ſcripſerunt.

CAPVT III.

Chilo Lacedæmonius.

*CHilo præstabilis homo sapientiæ, quonã usq; debuerit contra legem, cõtraq; ius pro amico progredi, dubitauit. Eaq; res in fine quoq; uitæ ipso, animũ eius anxit. Et alij deinceps multi philosophiæ sectatores (ut in libris eorũ scriptũ est) satis * inquit, scitè, satisq; solicitè quæsierũt, ut uerbis, quæ scripta sunt, ipsis utar: εἰ δεῖ βοηθεῖν τῷ φίλῳ παρὰ τὸ δίκαιον, καὶ μέχρι πόσου καὶ ποῖα. Ea uerba significãt, quæsisse eos, an contra ius, contráue morem faciendum pro amico sit, & in qualibus, & in quibus causis, & quémnam ad usq; modũ. Super hac quæstione tũ ab alijs (sicuti dixi) multis, tũ uel diligẽtissimè à Theophrasto disputatur, uiro in philosophia Peripatetica modestissimo, doctissimoq;. Eaq; disputatio scripta est (si rectè meminimus) in libro eius de amicitia primo. Eum librũ M. Cic. uidetur legisse, cùm ipse quoq; librum de amicitia componeret: & cætera quidem, quæ sumenda à Theophrasto existimauit (ut ingeniũ facundiaq; eius fuit) sumpsit & transposuit commodissimè aptissimeq;. Hunc aũt locum (de quo satis quæsitum esse dixi) omnium rerum aliarum difficilimum, strictim atq; cursim trãsgressus est. Neque ea, quæ à Theophrasto pensiculatè atque enucleatè scripta sunt, executus est: sed anxietate illa, & quàsi morositate disputationis prætermissa, genus ipsum rei tantũ paucis uerbis notauit. Ea uerba Ciceronis*

* inquisitè satisq;

Amici causa an delinquẽdum aliquãdo sit.

nis (si recensere quis uellet) apposui: His igitur fi-
ous utendum esse arbitror, ut cùm emendati mores a-
corum sint, tum sit inter eos omniũ rerum, consilio
m, uoluntatum, sine ulla exceptione communitas: ut
ã, si qua fortuna acciderit, ut minus iustæ uolunta-
; amicorũ adiuuãdæ sint, in quibus eorum aut caput
atur, aut fama, declinandum sit de uia, modò me sum
a turpitudo sequatur. Est *enim, quátenus amicitiæ ue*
a dari posit. Cùm *agetur, inqt, aut caput amici, aut*
ma, declinandũ est de uia, ut etiam nonnunquam uo
ntatem illius adiuuemus. Sed cuiusmodi declinatio
a esse debeat, qualisq; ad adiuuandũ digreßio, & in
ãta uoluntatis amici iniquitate, non dicit. Quid *autẽ*
fert scire me, in huiusmodi periculis amicorũ, si non
igna me turpitudo insecutura est, de uia recta esse
clinãdum: nisi id quoq; me docuerit, quàm putet ma
am turpitudinem? & cùm decessero de uia, quóusq;
gredi debeam? Est *enim, inquit, quátenus dari amici*
: uenia posit. Hoc *imò ipsum est, quod maximè dis-*
ndũ est, quodq; ab ijs, qui doceant, minimè dicitur:
átenus, quaq; fini dari amicitiæ uenia debeat. Chilõ
: sapiens (de quo paulò antè dixi) cõseruandi amici
ußa, de uia declinauit. Sed uideo quóusq; progreßus.
: falsum enim pro amici salute cõsiliũ dedit. Idipsum
nẽ in fine quoq; uitæ, an iure posit reprehẽdi, culpa
; dubitauit. Contra patriam, inquit Cice. *arma pro*

Nam cùm apud iudicẽ in mala causa litigaret amic⁹ q̃spiã

tale consiliũ cepit, quo nec contra amicũ pronũciaret ex more, nec tamen falsam sententiam contra ius diceret. Consuluit enim amico secretò, ut iudiciũ à se in dubium causæ euentũ aliò prouocaret. Vide Laertiũ in primo.

amico sumenda non sunt. Hoc profectò nemo ignorauit, & priusquàm Theognis, ut Lucilius ait, nasceretur. Sed id quæro, id desidero, cùm pro amico contra ius, & contrà quàm licet, salua tamen libertate atq; pace, faciendum est, & cũ de uia (sicut ipse ait) declinandum est: quid & quantum, & in quali causa, & quónam usq; id fieri debeat. Pericles ille Atheniensis egregius uir ingenio, bonisq; omnibus disciplinis ornatus, in una quidẽ specie, sed planiùs tamen, quid existimaret, professus est. Nam cùm amicus eũ rogaret, ut pro re causaq; eius falsum deieraret, his ad eũ uerbis usus est: δεῖ μὲ συμπράττειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι θεῶν. Theophrastus in eo quẽ dixi libro, inquisitiùs quidem super hac re ipsa, & exactiùs preßiusq; quàm Cic. disseruit. Sed is quoq; in docendo, non de unoquoq; facto sigillatim existimat, neq; certis exemplorũ documentis, sed generibus rerũ summatim uniuersimq; utitur, ad hunc fermè modum: Parua, inquit, & tenuis, uel turpitudo, uel infamia subeũda est, si ea re magna utilitas amico quæri potest. Rependitur quippè, & compensatur leue damnũ delibatæ honestatis maiore alia, grauioreq; in adiuuando amico honestate: minimaq; illa labes, & quasi lacuna famæ imminẽtis, partarũ amico utilitatũ ratione solidatur. Neq; nominib. inquit, moueri nos oportet, ꝙ paria genere ipso non sunt, honestas meæ famæ, & rei amici utilitas. Ponderibus hæc enim,

pote-

testatibusq; præsentibus, nõ uocabulorũ appellatio-
ius, neq; dignitatibus generũ dijudicanda sunt. Nam
n in rebus aut paribus, aut non longè secùs, utilitas
nici, & honestas nostra cõsistit: honestas procul dubiò
æpõderat. Cũ uerò amici utilitas nimio est amplior,
nestatis aũt nostræ in re non graui, leuis iactura est:
ic quod utile amico est, id primũ illo, quod honestũ
bis est, fit plenius: sicuti magnũ pondus æris, parua
nina auri fit preciosiùs. Verba adeò ipsa Theophra
super ea re adscripsi: οὐκ οἶδ' εἴπου τούτῳ τῷ γέ-
τιμιώτερον ἤδη, καὶ ὅτι οὖν ἂν ᾖ μέρος τούτου
ὸς τὸ τηλίκον θατέρου συγκρινόμενον αἱρετὸν ἔσται·
γω δ' οἷον, οὐ καὶ χρυσίον τιμιώτερον χαλκοῦ, καὶ τη
κὸν τοῦ χρυσοῦ πρὸς τὸ τηλίκον χαλκοῦ μέγεθος ἀντι-
ραβαλλόμενον πλέον δόξει, ἀλλὰ ποιήσει τινὰ ῥο
ν καὶ τὸ πλῆθος καὶ τὸ μέγεθος. *Phauorinus quoq;*
losophus huiuscemodi indulgentiam gratiæ, tempe
*iiùs laxato paulũ, *permissoq; subtili iusticiæ exa-* *remissoq;
ie, his uerbis definiuit: ἡ καλουμένη χάρις παρὰ τοῖς
ρώποις τοῦτ' ἐστὶν ὕφεσις ἀκριβείας ἐν δέοντι. *Pòst*
nde idem Theophrastus ad hãc fermè sententiã dis
uit. Has tamẽ, inquit (& paruitates rerũ, & magni
lines, atq; has omneis officiorũ æstimatiões, alia nõ-
nq; momenta extrinsecus, atq; aliæ quasi appendices
sonarum, & causarum, & temporũ, & circunstan-
ipsius necessitates, quas includere in præcepta diffi-
cile

cile eſt, moderantur & regunt, & quaſi gubernant, & nunc ratas efficiunt, nunc irritas. Hæc talia, quæ Theophraſtus ſatis cautè, & ſolicitè, & religioſè, cauſſa diſſerendi magis diſputandiq; diligentia, q̃ cū decernendi ſentētia atq; fiducia diſſeruit: quoniā profectò cauſas ſcientiæ, corporum uarietates, diſertationumq; & differentiarum ignorantes, directum atq; perpetuum, diſtinctumq; in rebus ſingulis præceptum, quod ego in prima tractatus iſtius parte deſiderare dixeram, non capiunt. Eius autem Chilonis (à quo diſputatiunculæ huius initium fecimus) cùm alia quædā ſunt monitu utilia, atq; prudētia, tum id maximè exploratæ utilitatis eſt, q̃ duas ferociſſimas affectiones amoris atq; odij, intra modum tantum coërcuit: Hac, inquit, fini ames, tanquam fortè fortuna oſurus: hac itidē tenus oderis, tanquam fortaſſe pòſt amaturus. Super hoc eodem Chilone Plutar. philoſophus in lib. περὶ ψυχῆς, *uerbis ita ſcripſit:* χείλων ὁ παλαιὸς ἀκούσας τινὸς λέγοντος, μηδένα ἔχειν ἐχθρὸν, ἠρώτησεν εἰ καὶ μηδένα φίλον ἔχει, νομίζων ἐξ ἀνάγκης ἐπακολουθεῖν καὶ συνεπάγεσθαι φιλίας καὶ ἀπεχθείας.

Theognis.) Non admodùm mihi placet, quòd quidam hoc Lucilij dictum, ad Theognidis Megarenſis Elegiaci poëtæ ætatē referūt, ut ſit ſenſus: Id quod Cicero dicat, id nulli fuiſſe ignotum unquam, etiam ante tempora Theognidis antiquiſſimi poëtæ. Nam Plut. ſemel atq; iterum prouerbium hoc ſic uſurpat, quaſi de friuola & uulgatiſſima re dici conueniat: ſitq; ſumptum à Theognide quodā, ut Suidas indicat, ineptarū & friuo-

larum

um rerū tragico scriptore, quo modo hîc sensus erit: nullo ignoratum fuisse, quod Cicero moneat, etiā an quam hæc scripserit. Sentit nobiscum Erasmus.
θεῶν.) Quod codices uulgati habent, legendū opinor μῶν, id est, aras: tum ex ueteri Theodori Gazæ trāsla ne, quæ habet usq; ad aras, tum quod Plutar. in lib. de epta uerecundia, in hunc modum prouerbium effert: q; ad aram sum amicus, tametsi sensus in idem recidit m priore lectione. Siquidem ueteres in iurando aras anibus contingebant. Certè Erasmus prouerbium ei mendæ suspicionem, in prouerbijs ex hoc loco ita ci : Δεῖ μέχρι συμπράττειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι βωμῶν.

VAM TENVITER, CVRIOSEQVE EX- oraueritAnto. Iulianus in oratione M Tullij uerbi eo commutati argutiam.

CAPVT IIII.

Ntonius Iulianus rhetor, perquàm fuit hone- sti atq; amœni ingenij, doctrina quoq; ista uti- re, ac delectabili, ueterūq; elegantiarū cura & me- ria multa fuit. Adhæc, scripta omnia antiquiora tā iose spectabat, aut uirtutes pensitabat, aut uicia ri batur, ut iudiciū factum esse ad amußim diceres. Is anus super eo enthymemate, quod est in oratione Tullij, quā pro Cn. Planco dixit, ita æstimauit. Sed ba priùs, de quibus iudicium ab eo factum est, ipsa iam: Quanquam dißimilis est pecuniæ debitio, & tiæ. Nam qui pecuniam dissoluit, statim non habet quod reddidit. Qui autem debet, æs retinet alienū. tiam autē, & qui refert, habet: & qui habet, in eo quòd habet, refert. Neq; ego nunc Planco desinā debe-

Ant. Iulianus.

debere, si hoc soluero. Nec minus ei redderẽ uoluntate ipsa, si hoc molestiæ nõ accidisset. Crispum sanè, inquit, agmen orationis rotundumq́;, ac modulo ipso numerorum uenustũ: sed, quod cũ uenia legendũ sit uerbi paulùm immutati, ut sentẽtiæ fides salua esset. Nanq; debitio gratiæ & pecuniæ collata, uerbũ utrobiq; seruari posset. Ita enim rectè opposita inter sese gratiæ pecuniæq; debitio uidebitur, si & pecunia quidẽ deberi dicatur, & gratia. Sed quid eueniat in pecunia debita, solutáue: quid cõtrà in gratia debita, redditáue, debitionis uerbo utrinq; seruato, differatur. Cicero autem, inquit, cùm gratiæ, pecuniæq́; debitionẽ dißimilẽ esse dixisset, eiusq́; sententiæ rationẽ redderet, uerbũ Debet in pecunia ponit, in gratia, Habet, subijcit pro Debet, Ita enim dicit: Gratiam aũt & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipso q̃ habet refert. Sed id uerbum Habet, cum proposita comparatione non satis conuenit. Debitio enim gratiæ, nõ Habitio cũ pecunia cõfertur. Atq; ideò consequens quidẽ fuerat, sic dicere: Et qui debet, in eo ipso quod debet, refert: quod absurdum & nimis coactũ foret, si nondum redditam gratiam eo ipso reddită diceret, quia debetur. Immutauit ergo, inquit, & subdidit uerbum ei uerbo, quod amiserat, finitũ: ut uideatur & sensum debitionis collatæ non reliquisse, & concinnitatem sententiæ retinuisse. Ad hunc modũ Iulianus enodabat, dijudicabatq́; ueterum scriptorũ senten-

itias, quas apud eum adolescentes lectitabant.

VOD DEMOSTHENES RHETOR CVL- corporis, atq; uestitu probris obnoxio, infamiq; mũ cia fuit. Quodq; item Hortensius orator ob eiusmodi indicias, gestumq; in agendo histrionicũ, Dionisię sal riculæ cognomento compellatus est.

CAPVT V.

Demosthenis cultus.

Emosthenem tradũt, & uestitu, cæteroq; cultu corporis nitido, uenusto, nimisq; accurato fuis Hinc etiam κόμψη illa χλανίσ, κὴ μαλακοί χιτω νοι, ab æmulis aduersarijsq; probro * datum: hinc am turpibus, indignisq; in eum uerbis non tempera n, cùm parum uir, ore quoq; polluto diceretur. Ad dẽ modũ Hortensius oĩbus fermè oratoribus æta- suæ, nisi M. Tullio, clarior: qui cũ multa mundicia circunspectè compositeq; indutus & amictus esset, nusq; eius inter agendum forent argutæ admodùm gestuosæ, maledictis, appellationibusq; * propositis atus est: multaq; in eum quasi in histrionem, in ip- aussis atq; iudicijs dicta sunt. Sed cùm L. Torqua- subagresti homo ingenio, & infestiuo, grauiùs, a- biusq; apud consilium iudicũ, cùm de caussa Syllæ reretur, non iam histrionem eũ esse diceret, sed ge ılariam Dionysiam eũ notißimæ saltatriculæ nomi ppellaret, tum uoce molli atq; demissa Hortensius: nysia, inquit, Dionysia malo equidem esse, q̃ quòd orquate, ἄμουσ@, ἀγροδίαιτ@, ἀπροσίτ@,

*dati

Quòd oris polluti pro brũ Demosthenei obiectũ dicit, referẽdũ arbitror ad nefandũ fellatorũ libidinis genus, de quo meminit Erasm. in prouerb. Lesbiari, & subinde in epigrammatis Catullus & Martialis

*probrosis

Turpi-

Turpibus uerbis.)Opinor turpia hæc & indigna uerba ea esse, quę in Demosthenis uita recenset. Plut. Scribit enim eũ uulgò βάταλον & ἀργᾶν cognominatum: quorũ prius, præterquàm quòd fracti cuiuspiam & effœminati tibicinis nomen fuerit, significet etiam pudendã hominis partem: posterius scurrilem quandam mordacitatẽ in eo notauit. Est enim, ut idem ait, mordacissimi serpentis genus: tametsi mihi uerò propiùs uidetur, hoc cognomentum à desidia muliebri inditum. Siquidem ἀργὸς Grçcis pigrum & desidiosum notat.

Hortensius.)Sic enim de hoc Fab. Quint lib. 11. Qui diu oratorũ princeps, aliquandiu Ciceronis æmulus, nouissimè quoad uixit à Cicerone secũdus habebatur, idq; ut Fabius putat, tantùm actionis beneficio.

VERBA EX ORATIONE METELLI NVMIDICI, quàm dixit ad populum in Censura, cùm eum ad uxores ducendas adhortaretur: eaq; oratio quam ob causam reprehensa, & quo contrà modo defensa sit.

CAPVT VI.

Metellus de uxore ducẽda.

MVltis & eruditis uiris audientibus legebatur oratio Metelli Numidici grauis ac diserti uiri, quam in Censura dixit ad populum, de ducẽdis uxoribus, cùm eum ad matrimonia capessenda adhortaretur. In ea oratione ita scriptum fuit: Si sine uxore possemus Quirites esse, omnes ea molestia careremus. Sed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis satis commodè, nec sine illis ullo modo uiui posßit, saluti perpetuæ potiùs, quàm breui uoluptati consulendũ. Videbatur quibusdam Metellũ CENS. cui consilium esset, ad uxores ducẽdas populum hortari, non oportuisse, neq; de molestia incõmodisq; perpetuis rei uxoriæ confiteri: neq;

ri: neq; adhortari magis, quàm dissuadere, absterre- eq; sed contra illud potius orationem debuisse sumi licebant, ut & nullas plerunq; esse in matrimonijs mo estias asseueraret: & si quæ tamen accidere nonnunq̃ iderentur, paruas & leues, facilesq; esse toleratu di- eret, maioribusq; eas emolumẽtis & uoluptatibus ob- terari, easdemq; ipsas neq; omnibus, neq; naturæ ui- io, sed quorundã maritorum culpa & iniusticia eue- ire. T. aũt Castritius rectè atq; condignè Metellum sse locutum existimabat. Aliter, inquit, CENS. *loqui ebet, aliter rhetor. Rhetori concessum est sententijs i falsis, audacibus, subdolis, captiosis, si modò uerisi- iles sint, & poßint ad mouẽdos hominũ animos qua- unq; astu irrepere. Propterea turpe esse ait Rheto- , si quid in mala causa destitutum atq; impugnatum linquat. Sed enim Metellum, inquit, sanctũ uirũ, illa auitate & fide præditum, cũ tanto honore, atq; uitæ gnitate apud Populum Romanum loquentẽ, nihil de it aliud dicere, quàm quod uerum sibi esse, atq; om- ous uidebatur: præsertim cùm super ea re diceret, æ quotidiana intelligentia, & communi peruulga- ; uitæ usu cõprehenderẽtur. De molestia igitur cun hominibus notißima confessus, eaq; confeßione fi- sedulitatis, ueritatisq; cõmeritus: tum deniq; facilè proclivitèr, quod fuit rerum omnium ualidißimum ; uerißimũ, persuasit: Ciuitatem saluam esse sine ma*

Eleganter omnino translatũ irrepere, siue obrepere, pro clanculũ sese insinuare, nimirum à serpẽtibus, & id genus alijs uermibus sumptũ, qui nobis sæpe numero ãnequàm aduertamus irrepunt. Sic Plin. lib. 10.

trimoniorum frequentia nõ posse. Hoc quoq; *aliud ex eadem oratione* Metelli *dignũ esse existimauimus aßidua lectione,nõ herclè minus quàm quæ à grauißimis philosophis scripta sunt. Verba* Metelli *hæc sunt :* Dij *immortales plurimũ possunt,sed non plus uelle debent nobis,quàm parentes:*At *parentes,si pergunt liberi errare,bonis exhæredant. Quid ergo nos à dijs immortalibus diutiùs expectemus,nisi malis rationibus finem facimus?ijsdem deos propicios esse æquum est,qui sibi aduersarij nõ sunt.*Dij *immortales uirtutem approbare,non adhibere debent.*

Impugnatum.)Nouè dixit Gell.impugnatum,pro eo quod oppugnari posset. q.d.impugnabile. Tametsi fortasse cuiquam uideri possit, impugnatum hîc ualere pro eo,quod non fit ratione tractatum, & argumentis quasi munitum & circunseptum. Quod hîc de rhetore differit Castritius , fortasse locum habet in eo oratore, qui Gorgiæ,Prothagoræ,ac similium exemplo,profiteatur sese ex mala causa bonam facturum , ex bona malam, dicendi fraudulento artificio. Sed hoc studium mentiendi parum conuenit ei, quem bonum uirum statuunt eloquentissimi oratores M. Cicero,& F. Quintilianus: item Aristot. in Rhetoricis. Atqui hinc est, quòd præposteram illam Rhetoricen, Basilius mentiendi artem definit,imitatus,opinor,Platonem in Gorgia,quorum fit studium ex albis nigra,ex nigris alba facere. Quanquam & Fab. permittit bono uiro,hoc est,Oratori,sententijs uti falsis, ad persuadendum ea, quæ uera sunt, & uel audientibus uel Reip. utilia. Et Arist. in suis Rheto. permittit aliqua iniquè fieri ; ut per hoc æquitas obtineatur. Postremò & Christiani,ut Orig. & Hiero. officiosum mendacium non excludunt.

IN

IN HISCE VERBIS CICERONIS EX oratione quinta in Verrē: Hāc sibi rem sperant prę̄sidio futurū: neq; mendam esse, neq; uitiū: errareq; istos, qui bonos uiolant libros, & Futuram scribunt. Atq; ibi de quodam alio Ciceronis uerbo dictum, quod probè scriptum perperàm mutatur: & aspersa pauca de modulis, numerisq; orationis, quos Cicero auidè sectatus est.

CAPVT VII.

IN oratione Ciceronis quinta in Verrē, libro spectatæ fidei, Tyroniana cura atq; disciplina facto, ita scriptum fuit: Homines tenues obscuro loco nati, *nauigant, adeuntq; ad ea loca, quæ nunquam anteà adiuerant, neq; noti essent, quò uenerunt: neq; semper cum cognitoribus esse possunt.* Hac unà tantùm fiducia ciuitatis, *non modò apud nostros magistratus, qui & legum, & existimationis periculo cōtinentur, neq; apud ciues solū* Romanos *qui & sermonis, & iuris, & multarum rerū societate iuncti sunt, fore se tutos arbitrātur: sed quocunq; uenerint, hanc sibi rem præsidio sperant futurū. Videbatur quàm pluribus in extremo uerbo menda esse: decuisse enim scribi putabant, nō* Futurū, *sed* Futuram: *neq; dubitabāt, quin liber emendatus esset: ne, ut in* Plauti *comœdia mœchus (sic enim mēdæ suæ illudebant) ita in* Ciceronis *oratione solœcismus esset manifestarius. Aderat ibi fortè amicus noster, homo lectione multa exercitus, cui pleraq; omnia ueterū literarū quæsita, meditata, euigilataq; erant. Is libro inspecto, ait nullum esse in eo uerbo neq; mendam, ne-*

que uicium, Ciceronem probè, ac uenustè locutū. Nam futurum, inquit, nō refertur ad rem, sicut legētibus temerè & incuriosè uidetur: neq; pro participio positū est, sed uerbū est, indefinitum, quod Græci appellant ἀπαρέμφατον, neq; numeris, neq; generibus præseruiens, sed liberum undiq; & impromiscuū est. Quali C. Gracchus uerbo usus est in oratiōe, cuius titulus est de Qu. Popilio circùm cōciliabula, in qua ita scriptū est: Credo ego inimicos meos hoc dicturū. Inimicos, inqt, dicturum, & non Dicturos. Videtur'ne ea ratione positum esse apud Gracchum Dicturū, qua est apud Ciceronem Futurum sicut in Græca oratione sine ulla uicij suspicione omnibus numeris generibusq;, sine discrimine attribuuntur huiuscemodi uerba: ποιήσειν, ἔσεσθαι, λέξειν, & similia. In Q. quoq; Quadrigarij tertio annali uerba hæc esse dixit: Dum ij cōciderentur, hostium copias ibi occupatas futurum. In duodecimo annali eiusdem Quadrigarij principium libri sic scriptum: Si pro tua bonitate, & nostra uolūtate tibi ualetudo sup petit, est quod speremus deos bonis benefacturū. Item in Valerij Antiatis, libro quarto, et uicesimo simili modo scriptū esse: Si hæ res diuinæ factæ, recteq; perlitatæ essent, aruspices dixerunt omnia ex sententia processurū. Plautus etiā in Casina, cùm de puella loqueretur: Occisurum dixit, non Occisuram, his uerbis: Etiam'ne habet Casina gladium? habet, sed duos,

Qui-

quibus altero occisurum ait, altero uillicum.


Item Laberius in Gemellis:

Non putaui, inquit, hoc eam facturũ. Nõ ergo isti omnes, solœcismus quid esset, ignorauerunt? Sed & Gracchus Dicturũ, & Quadrigarius Futurum, & Benefacturum, & Plautus Occisurũ, & Antias Processurũ, & Laberius Facturum, indefinito modo dixerũt. Qui modus neq; in numeros, neq; in personas, neq; in genera, neq; in tẽpora distrahitur: sed omnia isthæc una eademq; declinatione complectitur, sicuti M. Cicero dixit Futurũ, non uirili genere, neq; neutro (solœcismus enim foret planè) sed uerbo usus est ab omni necessitate generum absoluto. Idem autem ille amicus noster in eiusdem M. Tullij Ciceronis oratione, quæ est de imperio Cn. Pompeij, ita scriptum esse à Cicerone dicebat, atq; ipse ita lectitabat: Quum nostros portus, atq; eos portus, quibus uitam ac spiritum ducitis, in prædonum fuisse potestatem sciatis. Neq; solœcismum esse aiebat: In potestatem fuisse, ut uulgus semidoctum putat, sed ratione dictũ certa & proba contendebat: qua & Græci ita uterentur, & Plautus uerborum Latinorum elegantissimus in Amphitryone dixit: Non uerò mihi in mentem fuit: non (ut dici solitũ est) in mente. Sed enim præter Plautũ (cuius ille in præsenti exemplo usus est) multam nos quoque apud ueteres scriptores locutionum talium copiam offendimus, atq; his uulgò annota-

In potestatem esse.

Nouè dixi Gellius.

Plautus latinorum uerborum elegantissim. p eo quod usitatius erat: In Latina lingua.



mentis inſperſimus. Vt rationem iſtam miſſam facias; & autoritates, ſonus, qui εὐφωνίᾳ tantùm, & poſitura ipſa uerborum ſatis declarant, id potiùs ἐπιμελείᾳ τῆς λέξεως modulamentis orationis Marci Tullij conueniſſe, ut quoniam utrumuis dici Latinè poſſet, Poteſtatem dicere mallet, non Poteſtate. Illud enim ſic compoſitum iucundius ad aurem conſpectiusq́;, inſuauius hoc inperſpectiusq́; eſt: ſi modò ita explorata aure homo ſit, non ſurda, nec iacenti: ſicuti eſt herclè, quòd Explicauit dicere maluit, quàm Explicuit, quod eſſe iã uſitatius cœperat. Verba ſunt hæc ipſius in exhortatione, quàm de imperio Cn. Pompeij habuit: Teſtis eſt Sicilia, quam multis undiq; cinctam periculis, non terrore belli, ſed conſilij celeritate explicauit. At ſi Explicuit diceret, imperfecto & debili numero uerborum ſonus clauderetur.

Tyroniana.) Tyro hic homo doctus & recti iudicij, liberaliter adeò M. Tullio ſeruiuit, ut domini beneficio ex ſeruo libertus fieret, id quod colligimus ex epiſt. Q. Ciceronis fratris, huius manumiſſionis gratulationem complectente. Vtebatur hoc homine familiariter adeò, ut omnium lucubrationũ ſuarum eum quaſi cenſorem faceret, eiq́; facultatem concederet, ſua uel publicandi, uel ſupprimendi: id quod cum ex alijs Ciceronis epiſtolis colligitur, tum ea, quæ incipit: Video ego, in qua ſcriptorum ſuorum regulam docet Tyro.

Futurum.) Suſpicio uicij hinc eſt apud Latinos, quòd infinitiuum hoc futuri temporis, in eãdem uocem recidat cum participio actiuo neutro futuri temporis, quod & numeros, & genera admittit, & pro horum diuerſitate, diuerſis quoq; adiũgitur. Sed in Græca oratione futurũ indefi-

indefinitum imitans præsentis sui terminationem, nullam habet similitudinem cum participio.

Neq; in tempore.) Dubiũ mihi nõ est, quin indocti alicuius ore hęc clausula: Neque in tempore, in contextum Gellij irrepserit: sed hoc mirum, tot castigatores huius scriptoris uiros insignes in genere adeò maculam nõ uidisse. Apertissimum enim est uel pueris, infinitiuum aliũ esse præsentis tempòris, alium præteriti, alium futuri.

HISTORIA IN LIBRIS PHOCIONIS philosophi reperta super Laide meretrice, & Demosthene rhetore.

CAPVT VIII.

PHocion ex Peripatetica disciplina haud sanè ignobilis uir fuit. Is librũ multæ uariæq; historiæ refertũ cõposuit, cumq; inscripsit κέρας ἀμαλθείας. Ea uox hoc fermè ualet, tanq̃ si dicas, Cornucopiæ. In eo libro super Demosthene rhetore, & Laide meretrice Historia hæc scripta est: Lais, inquit, Corinthia ob elegantiã uenustatemq; formæ grandẽ pecuniam demerebat. Conuentusq; ad eam ditiorũ hominum ex omni Græcia celebres erant: neq; admittebatur, nisi qui dabat, quod poposcerat. Poscebat autem illa nimiã quantitatem. Hinc ait natum esse illud frequens apud Græcos dictum adagiũ: οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς: Quòd frustra iret Corinthum ad Laidẽ, qui non quiret dare, quod posceretur. Ad hanc ille Demosthenes clanculum adit, & ut sibi sui copiã faceret, petit. At Lais μυρίας δραχμὰς ἢ τάλαντον poposcit: hoc facit numi nostratis denariûm decẽ milia. Tali pe

Id & Propertius Elegiarum secũdo hoc disticho satis indicat. Non ita complebãt Ephyrææ Laidos ędes Ad cuius iacuit Græcia tota fores. Et Horat. Aristippum Laidis amatorem sic notat in Epist. Non cuiuis homini contingit adire Corinthũ.

tulantia mulieris, atq; pecuniæ magnitudine ictus expauidusq; Demosthenes, auertit iter, & discedēs: Ego (inquit) pœnitere tanti non emo. Sed Græca ipsa, quæ fertur dixisse, lepidiora sunt: οὐκ ὠνοῦμαι, inquit, μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν.

Amalthea.) Eius hoc capræ nomen est, cuius lacte Iupiter per Nympham quandam nutritus est. Ei scilicet ac nutrici ut gratiam iam adult⁹ Iupiter referret, ipsam capram inter sidera retulit, & nutrici alterum capræ cornu dedit, ea imbutum uirtute, ut quod uellet nutrix inde depromeret. Hinc inscriptio quasi prouerbialis facta est, eorū librorū scilicet, in quibus generis omnis tractatus complecterētur. Vide Plin. in præfat. hist. natur. Gell. li. ulti. cap. item ultimo, & Erasmū in prouerbijs.

μυρίας) Id est, decem milia numûm, ut Erasmus interpretatur, quæ summa hodie facit ducētos, ac quinquaginta coronatos Francicos. Sed Budæus, & mea quidem sententia rectiùs, in libro de Asse & eius partibus tertio, Gellianæ interpretationis filum sequutus, æstimat hāc pecuniā quadraginta sestertijs. Sestertium aūt, eius scriptoris supputatione uiginti quinq; ualet coronatis Frācicis: ut summa tandem assurgat, ni fallor, in mille coronatorum Francicorum. Certè Macr. lib. Satur. 2. hoc Demosthenis factum ex Gellio referens, dimidium talentum exponit, ut inuolutior fit hæc numerorum ponderumq; ratio, quàm ut facilè à quouis possit explicari: maximè tamen est Budæo fidendum.

QVI MODVS FVERIT, QVIS ORDO disciplinæ Pythagoricæ, quantumq; temporis imperatū obseruatumq; sit, dicendi simul ac tacendi.

CAPVT IX.

Pythagorica disciplina.

ORdo atq; ratio Pythagoræ, ac deinceps familiæ successionis eius, recipiendi instituendiq; discipulos, huiuscemodi fuisse traditur: Iam à principio adolescen-

adolescētes, qui sese ad discendū obtulerant ἐφυσιο γνωμόνει. Id uerbum significat mores naturasq; hominum coniectatione quadam, de oris & uultus ingenio, deq; totius corporis filo atq; habitu sciscitari. Eū, qui exploratus ab eo idoneusq; fuerat, recipi in disciplinam statim iubebat, & tempus certum tacere: non omnes idem, sed aliud alijs tempus pro æstimato captu solertiæ. Is autem qui tacebat, quæ dicebantur ab alijs, audiebat. Neq; percontari, si parum intellexerat: neq; commentari, quæ audierat, fas erat. Sed non minus quisquam tacuit, q̃ biennium. Hi prorsus appellabantur intra tempus tacēdi, audiendiq;, ἀκουστικοί. Ast ubi res didicerant rerum omnium difficilimas tacere, audireq;, atq; esse iam cœperant silentio eruditi, cui erat nomē ἐχεμυθία: tum uerba facere, & quærere, quæq; audissent scribere, & quæ ipsi opinarentur expromere potestas erat. Hi dicebantur in eo tempore μαθηματικοί, scilicet ab ijs artibus, quas iam discere atque meditari inceptauerant: quoniam geometriam, & gnomonicam, musicā, cæterasq; item disciplinas altiores, μαθήματα ueteres Græci appellabant, uulgus autem (quos gentilicio uocabulo Chaldæos dicere oportet) Mathematicos dicit. Exinde his sciētiæ studijs ornati, ad perspiciēda mundi opera, & principia naturæ procedebant. At tunc deniq; nominabantur φυσικοί. Hæc eadem super Pythagora noster Taurus cūm dixisset:

Siquidem Græcis naturam, ingenium φύσις significat. γνώμων autē regulam, indicium, quo utuntur in dirigendis ædificijs architecti. Latini uocant amussim, hinc uerbū γνωματεύω.

Nunc autem, inquit, isti qui repentè pedibus illotis ad philosophos diuertunt, non est hoc satis, quòd sunt omnino ἀθεώρητοι, ἄμουσοι, ἀγεωμέτρητοι, sed legem etiam dant, qua philosophari discant. Alius ait: Hoc me *primùm doce. Item alius;* Hoc uolo, *inquit, discere, istud nolo.* Hîc *à sympofio* Platonis *incipere gestit, propter Alcibiadis comessationem: Ille à* Phædro, *propter* Lysiæ *orationem: Est etiã, inquit, (proh Iupiter) qui* Platonem *legere postulet, nõ uitæ ornandæ, sed linguæ orationisq; comendæ gratia: nec ut modestior fiat sed lepidior.* Hæc *Taurus dicere solitus, nouitios Philosophorum sectatores cum ueteribus* Pythagoricis *pensitans. Sed id quoq; non prætereundum est, quòd omnes simul, qui à* Pythagora *in cohortem illam disciplinarum recepti erãt, quod quisq; familiæ pecuniæq; habebant, in medium dabant.* Et *coibatur societas inseparabilis, tanq̃ illud fuerit antiquũ consortium, quod in re atq; uerbo* Romano *appellabatur κοινόβιον.*

Biennium.) Et, ut opinor, nemo plus q̃ quinquenniũ. Nam Lucianus tum alibi, tum in Dialogo βιῶν πράσις, quinquennale silentium Pythagoreorũ iocis suis incessit: ut hinc colligi possit biennium breuissimum, quinquennium longissimum spacium Pythagoræ fuisse.

κοινόβιον.) Non potest hęc lectio sibi constare: neq; enim κοινόβιον uerbũ est Romanũ, sed Græcũ. Ob id fortasse sic ęmendabitur locus: Quod re atq; uerbo Gręcè κοινόβιον, Romanè cõtubernium appellabatur. Aut sic simplicius quidem: Indè uerbo Romano sic appellabat, ut uerbũ Romanum referatur ad consortiũ. Significat enim Latinis consortium, id est, fortunarum communitatem.

Quibus

QVIBVS VERBIS COMPELLAVERIT Phauorinus philoſophus adoleſcentem, uetuſtè nimis & priſcè loquentem.

CAPVT X.

PHauorinus philoſophus adoleſcenti ueterum uerborum cupidißimo, & pleraſq; uoces nimis priſcas & ignotißimas, in quotidianis communibuſq; ſermonibus expromenti: Curius, inquit, & Fabricius, & Coruncanus antiquißimi uiri noſtri, et his antiquiores Horatij illi trigemini, planè ac dilucidè cum ſuis fabulati ſunt: neq; Auruncorum, aut Sicanorum, aut Pelaſgorum, qui primi incoluiſſe Italiam dicuntur, ſed ætatis ſuæ uerbis locuti ſunt. Tu autem perinde quaſi cum matre Euandri nunc loquare, ſermone ab hinc multis annis iam deſito uteris: quòd ſcire atq; intelligere neminem uis, quæ dicas. Nónne homo inepte, ut quod uis abundè conſequaris, taceres? Sed antiquitatem tibi placere ais, quòd honeſta, & bona, & ſobria, & modeſta ſit. Viue ergo moribus præteritis, loquere uerbis præſentibus: atq; id, quod à C. Cæſare excellentis ingenij ac prudentiæ uiro, in de Analogia libro ſcriptum eſt, habe ſemper in memoria atq; in pectore: Vt tanquam ſcopulum, ſic fugias inauditum atq; inſolens uerbum.

Phauorini in uetuſtè loquentes reprehēſio. Macrob. Saturn. li. 1. ca. 5

Sunt qui eodem partu ēditi ſunt, qui cum trigeminis Curiatijs Albanis pro ſumma imperij feliciter pugnarūt, ſub Seruio Tullo Ro. rege (niſi fallor) tertio, cùm iam Romæ necdū centeſimum annum originis ſuæ numeraret: Vide Liuium lib. 1.

Pelaſgorum.) Plin. lib. 3. Natur. hiſt. cap 5. in Italiæ deſcriptione Latij ipſius colonos ſubinde mutatos narrat, ut ubi olim habitarint Aurunci, Siculi, Pelaſgi, ſuo tempore habitabant Troiani, qui cum Aenea duce in ea loca deuenerant.

Mater Euandri.) Quæ in Latio fatidica mulier Herculis ætate longo tempore ante conditã urbem uiguisse scribitur à Tito Liuio ab urbe cõdita primo, & Solino.

QVOD THVCYD. HISTORIAE SCRIptor inclytus Lacedæmonios in acie non tuba, sed tibijs esse usos dicit: uerbaq́; eius sup ea re posita. Quodq́; Herodotus Haliatten regẽ fidicinas in procinctu habuisse tradit, atq; inibi quædam notata de Gracchi fistula concionatoria.

CAPVT XI.

Lacedæmoniorũ mos in certamine.

AVtor historiæ Græcæ grauißimus Thucydides, Lacedæmonios summos bellatores, non cornuum, turbarum'ue signis, sed tibiarũ modulis in prælijs usos esse refert: non prorsus ex aliquo ritu religionũ, neq; rei diuinæ gratia, neq; etiam ut excitarentur, atque euibrarentur animi, quòd cornua & litui moliuntur: sed contrà, ut moderatiores, modulatioresq́; fierent, quòd tibicinis numeris temperatur: nihil adeò in congrediendis hostibus, atque in principijs præliorum ad salutem uirtutemq́; aptiùs rati, quàm si permulcti sonis mitioribus, non immodicè ferocirẽt. Cùm procinctæ igitur classes erant, & instructa acies, cœptumq́; in hostem progredi, tibicines inter exercitum positi, canere inceptabant. Ea ibi præcentione tranquilla & uenerabili, ad quandam quasi militaris musicæ disciplinã, uis & impetus militũ, ne sparsi dispalatiq; proruerẽt, cohibebatur. Sed ipsius illius egregij scriptoris uti uerbis libet, quæ & dignitate, & fide grauiora sunt: καὶ μετὰ ταῦτα ἡ ξύνοδος ἦν· Ἀργεῖοι μὲν, καὶ οἱ ξύμ

μαχοι

μάχωσι συντόνως, καὶ ὁρμῇ χωροῦντες. λακεδαιμόνιοι δὲ βραδέως καὶ ὑπὸ αὐλοῖς, πολλῶν ὁμοῦ ἐγκαθεστώτων. οὐ τοῦ θείου χάριν, ἀλλ' ἵνα ὁμαλῶς μετὰ ῥυθμοῦ βαίνοντες προσέλθοιεν, καὶ μὴ διασπασθείη αὐτοῖς ἡ τάξις, ὃ πρέπει ἀεὶ ποιεῖν μεγάλα στρατόπεδα ἐν ταῖς προσόδοις.

Cretenses quoq; prælia ingredi solitos, memoriæ datũ est, præcinente ac præmoderante cithara gressus. Halyattes autem rex terræ Lydiæ, more atq; luxu barbarico præditus, cùm bellum Milesijs faceret, ut Herodotus in historijs tradit, concinnentes habuit fistulatores, & fidicines, atq; fœminas etiam tibicinas in exercitu, atq; in procinctu habuit lasciuientium delicias conuiuiorum. Sed enim Achæos Homerus pugnam indipisci ait, non fidicularum, tibiarumq; concentu, uerùm conspiratu tacito nitibundos:

Quia disciplinam militarem à Lacedæmonijs acceperunt, id quod testatur Xenophon in de Repub. Lacedæmoniorum.

Achæi ad pugnam taciti.

οἱ δ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες ἀχαιοί,
Ἐν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεναι ἀλλήλοισιν.

Quid ille uult ardentißimus clamor militum Romanorum, quem in cõgreßibus præliorum fieri solitum scriptores annalium memorauêre (Contráne institutũ fiebat antiquæ disciplinæ tam probabile? An tum etiam gradu clementi, & silentio est opus, cùm ad hostẽ itur in conspectu longinquo procul distantem? Cùm uerò propè ad manus uentum est, tum iam è propinquo hostis, & impetu propulsandus, & clamore terrẽdus est.

Romanorũ ritus in certamine.

C. Gracchi fistula.
Ad quos orationis suę tenorē, uel attolleret, uel deprimeret.
Planis & nudis pedibus, id est, mimo.
Frequentes mutationes
Id est, inspiratione.
Id est, & uehementiæ, & uoci sedandæ.

Ecce aūt pro tibicina Laconica, tibiæ quoq; illius concionatoriæ in mentem uenit, quam C. Graccho cum populo agente præisse, ac præmōstrasse modulos ferunt. Sed nequaq̄ sic est, ut à uulgo dicitur, canere tibia solitum, qui pone eum loquentē staret, uarijsq; modis tum demulcere animū, actionemq; eius tū intendere. Quid enim foret ea re ineptius, si ut planipedi saltanti, ita Graccho concionanti numeros, & modos, & frequentamenta quædā uaria tibicen incineret? Sed qui hoc cōpertiùs memoriæ tradiderūt, stetisse in circunstantibus dicunt occultius, qui fistula breui, sensim grauiusculū sonum inspiraret, ad deprimendum sedandumq; impetum uocis eius. Referuescente nanq; impulsu, & instinctu extraneo, naturalis illa Gracchi uehementia indiguisse non (opinor) existimanda est. M. tamen Cicero fistulatorē istum utriq; rei adhibitum esse à Graccho putat, ut sonis tum placidis, tum citatis, ad demissam iacentemq; orationem eius erigeret: aut ferocientē saeuientemq; cohiberet. Verba ipsius Ciceronis apposui: Itaq; idē Gracchus, quod potes audire Catule ex Licinio cliente tuo literato homine, quē seruum sibi habuit ille ad manū, cum eburnea solitus est hærere fistula, qui staret post ipsum occultè, cùm cōcionaretur, peritum hominē, qui inflaret celeriter eum sonū, qui illum aut remissum excitaret, aut à contentione reuocaret. Morem aūt illum ingrediendi ad tibicinum modulos præ-

lij in-

stitutum esse à Lacedæmonijs, Aristoteles in libris blematum scripsit: quò manifestior fieret, explorà q; militum securitas & alacritas. Nam diffidentiæ, -, & timori cũ ingreßione huiuscemodi minimè cõ it: & mœsti atq; formidantes ab hac tam intrepi- , ac tam decora incedendi modulatione alieni sunt. rba pauca Arist. super ea re apposui: Διατὶ ἐπει- μ πολεμεῖν μέλλωσι, πρὸς αὐλὸν ἐμβαίνωσιν: ς τοὺς δειλοὺς ἀσχημονοῦντας γινώσκωσιν.

IRGO VESTAE QVID AETATIS, ET quali familia, & quo ritu, quibusq; cęremonijs, ac re- ionibus, ac cognomine à Pont. Maxi. capiatur: & quo tim iure esse incipiat, simulatq; capta est: Quodq;, ut abeo dicit, nec intestato cuiquam, nec eius intestatæ uisquam iure hæres est.

CAPVT XII.

Virginis Vestalis capiendæ modus.

Emancipata, id est, è potestate patris liberata.

Quæ sint sordida negocia & honesto ciue indigna, habes apud Ci. in 1. Off.

De flamine lege Varronem.

QVi de Vestali uirgine capiẽda scripserũt (quorum diligẽtißimè scripsit Labeo Antistius) mi- orem quàm annos VI. maiorem quàm annos X. na- am, negauerunt capi fas esse. Item, quæ non sit patri- na, & matrima. Itẽ, quæ lingua debili, sensu' ue auriũ deminuta, aliáue quauis corporis labe insignita sit. Itẽ quæ ipsa, aut cuius pater emancipatus sit, etiamsi uiuo patre in aui potestate sit. Item cuius parentes alter am- bóue seruitutem seruierunt, aut in negocijs sordidis di- uersantur: Sed eã, cuius soror ad id sacerdotium lecta sit, excusationẽ mereri aiunt. Item cuius pater flamen, aut augur, aut quindecimuir sacris faciundis, aut qui

septem-

ſeptemuir epulonum, aut ſalius eſt. Sponſæ quoq; pontificis, & tibicinis ſacrorum filiæ uocatio à ſacerdotio iſto tribui ſolet. Præterea Capito Atteius ſcriptum reliquit: Neq; eius legendam filiam, qui domiciliũ in Italia nõ haberet, & excuſandã eius, qui liberos treis non haberet. Virgo autem Veſtalis ſimulatq; capta, atq; in atrium Veſtæ deducta, & pontificibus tradita eſt, eo ſtatim tempore ſine emancipatione, ac ſine capitis minutione è patris poteſtate exit, & ius teſtamenti faciundi adipiſcitur. De more aũt, rituq; capiundæ uirginis, literæ quidem antiquiores non extant, niſi quòd capta fuiſſe fertur, quæ capta prima eſt à Numa rege: Sed Papiam legem inuenimus, qua cauetur, ut Pontificis Maximi arbitratu uirgines è populo uiginti legantur: ſortitioq; in cõcione ex eo numero fiat. Sed ea ſortitio ex lege Papia non neceſſaria nunc uideri ſolet. Nam ſi quis honeſto loco natus adeat Põtificem Maximum, atq; offerat ad ſacerdotium filiã ſuam, cuius duntaxat, ſaluis religionum obſeruationibus, ratio haberi poßit, gratia Popiliæ legis, per ſe ratum fit. Capi autem uirgo propterea dici uidetur, quia Pontifex Maximus ma nu prehenſa ab eo parente, in cuius poteſtate eſt, ueluti bello capta abducitur. In libro I. Fabij Pictoris, quæ uerba Pontificem Maxi. dicere oporteat, cùm uirginem capit, ſcriptum eſt. Ea huiuſmodi ſunt: Sacerdotem Veſtalem, quæ ſacra faciat, quæ ius ſiet ſacerdo-

cerdotem Vestalem facere pro populo Romano Quiritibus uti, quod optima lege fiat, ita te Amata capio. Pleriq; autem capi uirginem solam debere dici putãt. Sed flamines quoque diales, item pontifices, & augures capi dicebãtur. L. Sylla rerum gestarum libro II. ita scripsit: P. Cornelius, cui primùm cognomen Syllæ impositum est, flamen dialis captus. M. Cato de Lusitanis, cùm Ser. Galbam accusauit, eum dicit ius Pontificium discere noluisse. Ego me nunc uolo ius Pontificiũ optimè scire. Iam'ne ea causa Pontifex capiat? Si uolo auguriũ optimè tenere, ecquis me ob eã rem augurẽ capiat? Præterea in commentarijs Labeonis, quæ ad duodecim tabulas composuit, ita scriptum est: Virgo Vestalis neque hæres est cuiquam intestato, neque intestatæ quisquam, sed bona eius in publicum redigi aiunt: id quo iure fiat, quæritur. Amata inter capiendum à Pontifice Max. appellatur: quoniam quæ prima capta est, hoc fuisse nomine, traditum est. Amata prima uirgo Vestalis.

Emancipatio.) Emancipatio imaginaria quædam & ficta uenditio, certa quadã per æs & libram, testibus adhibitis, obseruatione ex ueteri iure, autore Iustiniano principe, obseruabatur. De qua copiosè diuus Seuerinus Boëtius: strictius autem Iustinianus Instit. lib. I. tit. Quibus modis ius patriç potestatis soluitur. Porrò minutio capitis quum tribus fiat modis, quos eodem libro, tit. de Capitis demi. recenset Iustinianus, aliud est nihil, quàm status commutatio, ut si ex ingenuo fiat seruus, ex ciue exul, ex filio famulus.

Testamenti.) Quod alioqui non haberet, si esset in potestate patris. De XII. tabulis lege Liuium lib. 3.

QVAESITVM IN PHILOSOPHIA EST quidnam foret in recepto mandato rectiùs, id'ne omnino facere, quod mandatum est: an nonnunquam etiam contrà, si id speres ei, qui mandauit, utiliùs fore: superq; ea quæstione expositæ diuersæ sententiæ.

CAPVT XIII.

*IN officijs capiendis, censendis, iudicādisq;, quæ Græcè καθήκοντα philosophi appellant, quæri solet: An negocio tibi dato, & quicqd omninò faceres, definito, contrà quid facere debeas, si eo facto uideri poßit res euentura prosperius, exq; utilitate eius, qui id tibi negocium mandauit. Anceps quæstio, & in utranq; partem à prudentibus uiris arbitrata est. Sunt enim non pauci, qui sententiā suam una in parte defixerint, * & re semel statuta, deliberataq; ab eo, cuius negocium id potißimùm esset, nequaquam putauerint contra dictū eius esse faciendum, etiam si repentinus aliquis casus, rem commodiùs agi posse, polliceretur: ne, si spes fefellisset, culpa impatienti & pœna indeprecabilis subeunda esset: Si res fort.. melius uertisset, dijs quidem gratiam habendā. Sed e..emplum tamen intromissum uideretur, quo benè consulta cōsilia religione mandati soluta corrumperentur. Alij existimauerūt, incommoda prius, quæ metuenda essent, si res gesta aliter foret, quàm imperatum est, cum emolumento spei pensitanda esse. Et si ea leuiora, minoraq;, utilitas autē contrà grauior, & amplior, spe quantū potest firma ostenderetur: tum posse aduersum mandata fieri, censuerunt: ne*

*ut (margin)

oblata

oblata diuinitùs rei benè gerēdæ occasio amitteretur. Neq; timendum exemplum non parendi tradiderūt, si rationes huiuscemodi duntaxat non adessent. Cum pri mis autem respiciendū putauerunt ingenium naturāq; llius, cuius ea res, præceptumq; esset: ne ferox, durus, ndomitus, inexorabilisq; sit, qualia fuerūt Posthumia a imperia, & Manliana. Nam, si tali præceptori ra-io reddenda sit: nihil faciendum esse monuerūt aliter, quàm præceptum est. Instructiùs deliberatiùsq; fore rbitramur theorematium hoc de mandatis huiuscemo li obsequendis, si exemplum quoq; P. Craßi Mutiani lari ac inclyti uiri apposuerimus. Is Crassus à Sempro io Asellione, & plerisq; historiæ Romanæ scriptori-us traditur quinq; habuisse rerum bonarum maxima & præcipua, quòd esset ditißimus, quòd nobilißimus, uòd eloquentißimus, quòd iurisconsultißimus, quòd Pont. Max. Is cùm in consulatu obtineret Asiam pro-inciam, & circūsedere oppugnareq; Leucas oppidū araret, opusq; esset firma ac procera trabe, qua arie-ē faceret, quo muros eius oppidi quateret: scripsit ad nagistrum ἀρχιτέκτωνα molis Atheniēsium sociorū, micorumq; Populi Romani, ut ex malis duobus, quos pud eos uidisset, uter maior esset, eū mittēdū curaret. Cum magister ἀρχιτέκτων comperto, quamobrē ma-ū desideraret, non, uti iussus erat, maiorē, sed quē esse nagis idoneū aptioremq; faciendo arieti, facilioremq;

Plinius hūc Crassum inter felicitatis exempla recenset.

portatu existimabat, minorem misit. Crassus eũ uocari iußit, & cùm interrogasset, cur nõ quem iusserat misisset, caußis, rationibusq́; quas dictitabat, spretis, uestiméta detrahi imperauit, uirgisq́; multum cecidit: corrumpi atq; dissolui officium omne imperantis ratus, si quis ad id, quod facere iussus est, non obsequio debito, sed consilio non considerato respóndeat.

+Potissimum.) Vetusti quidam codices, Pontificiumq́; habent: sicq́; rectè legi, existimat Alciat. quia Pontificiũ apud ueteres, pro iure & potestate faciendi usurpatum fuerit.

Posthumiana.) Valer. Maximus, quæ dicantur imperia Posthumiana, lib. 2. cap. de disciplina militari, ostendit: Narrat enim Posthumium Tiburtiũ tam fuisse seuerum, ut filium suum fortissimum adolescentem, propterea quòd præter iussum cum hoste conflixerit, securi occiderit. Et Liuius lib. 8. ab urbe cond. simile quiddam de Lucio Manlio Roma. imperatore refert: népe eius filiũ, eumq́; unicum, propterea securi percussum, quòd Genutio cum hoste extra ordinem, contra patris edictum feliciter pugnasset.

QVID DIXERIT, FECERITQVE C. Fabricius magna uir gloria, magnisq́; rebus gestis, sed familiæ pecuniæq́; inops, cùm ei Samnites, tanquam indigenti, graue aurum donarent, plenumq́; odij.

CAPVT XIIII.

Ille in Ver. commentarios scripsit, uerũ intercidêre, & forsitan est is, cuius Astronomicõ extat.

IVlius Higinus in libro de uita, rebusq́; illustriũ uirorum, sex legatos dicit à Samnitibus ad C. Fabricium imperatorem Pop. Roma. uenisse: & memoratis multis magnisq́; rebus, quæ bene ac beneuolè post redditam pacem Samnitibus fecisset, obtulisse dono grandem

dem pecuniam, orasseq; uti acciperet, utereturq;: atq; id facere Samnites dixisse, q uiderent multa ad splendorem domus atq; uictus deficri, neq; pro magnitudine dignitateq; lautum paratumq; esse. Tum Fabriciū plā*nas manus ab auribus ad oculos, & infrà deinceps ad nares, & ad os, & ad gulam, atq; inde porrò ad uentrem imum deduxisse, & legatis ita respondisse:* Dum *illis omnibus membris, quæ attigisset, obsistere atq; imperare posset, nunquam quicquam defuturum.* Propte*reà pecuniam, qua nihil sibi esset usus, ab ijs, quibus eam sciret usui esse, non accipere.*

Nonadmodum usitatū est, quòd de fieri dixit pro deesse, aut deficere, tametsi & Teren. dicat in Eunucho Nihil cùm est, nihil tamen desit.

Pacem.) Nam non solùm Pyrrhum Epyrotarum regem Italiæ bellum inferentē deuicit, uerùm & Samnites gentem potentissimam, nouennali bello afflictā, ad pacis conditiones petendas coëgit. Vide Plin. de uiris illustribus, & Florum.

Ad os) Quòd uidelicet naturę necessitas paucis, & facilè comparabilibus fit contenta: sed aurium, oculorū, palati, ac gulæ, tū uentris luxus, & immodica cupiditas nunquam possit exatiari.

Nullus usus.) Simile quiddam de huius Fabricij collega refert Plin. in uir. illust. uidelicet Samnitum legatos grande pondus auri illi obtulisse, sed frustra: respondisse enim Curium, malle se aurum habentibus imperare, quàm aurum habere, & Samnitibus seruire. Nouē autem Gellius, imò Græcè magis, usus, pro opus esse, dixit. Græci enim dicunt, usum habeo, pro opus habeo, χρείαν ἔχω.

QVAM IMPORTVNVM VICIVM SIT futilis inanisq; loquacitas, & quàm multis in locis à principibus utriusque linguæ uiris, detestatione iusta culpata sit.

CAPVT XV.

Translatio sumpta ab humiditate, facilè euanescente.

QVi sunt leues & futiles, & importuni locutores, quiq; nullo rerum pondere innixi, uerbis humidis & lapsantibus defluunt, eorum orationem benè existimatum est in ore nasci, non in pectore. Linguam autem debere aiunt non esse liberam, nec uagã, sed uinculis de pectore imo ac de corde apertis moueri, & quasi gubernari. Sic enim uideas quosdam scatere uerbis sine ullo iudicij negocio cum securitate multa, & profunda, ut loquentes plerunq; uideantur, loqui sese nescire. Vlyssem contrà Homerus uirum sapienti facundia præditum, uocem mittere ait non ex ore, sed ex pectore: quò scilicet non ad sonum magis, habitumq; uocis, quàm ex sententiarum penitus conceptarum altitudine pertineret: petulantiæq; uerborum coërcendæ uallum esse oppositum dentium, lucutentè dixit, ut loquendi temeritas, non cordis tantùm custodia atq; uigilia cohibeatur, sed & quibusdã quasi excubijs in ore positis sepiatur. Homerica, de quibus suprà dixi, hæc sunt:

Homerus de Vlysse.

Dicit Gellius durè ex sententiarũ penitus conceptarum altitudīe, pro eo q̃d molitus erat, ad sententiarũ penitus conceptarum altitudinem.

Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος ἵει

τέκνον ἐμὸν ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων,

M. Tullij quoq; uerba posui, quibus stultam & inanẽ dicendi copiam grauiter & uerè detestatus est. Dummodò, inquit, hoc constet, neq; infantiam eius, qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queat, neq; insci

tiam

um illius, cui res non suppetat, uerba non desint, esse udandā: quorum si alterum sit optandū, malim equi- m indisertam prudentiam, quàm stultam loquacita m. Itē in libro de Oratore 1. uerba hæc posuit: Quid im est tam furiosum, quàm uerborū uel optimorum ornatißimorū sonitus inanis, nulla subiecta senten- ,nec scientia? Cum primis autem M. Cato atrocißi- us huiusmodi uicij insectator est, nanq; in oratione, æ inscripta est: Si se Cæcilius Trib. pleb. appellasset: unquam, inquit, tacet, quem morbus tenet loquendi, nquam ueternosum bibendi, atq; dormiendi. Quòd non conueniāt, tum conuocari iubet. Ita est cupidus ationis, ut conducat, qui auscultet. Itaq; auditis, non scultatis, tāquam Pharmacopolam. Nam eius uerba diuntur: uerùm ei se nemo committat, si æger est. em Cato in eadem oratione eidem M. Cæ. Trib. pleb. litatē opprobrans, nō loquendi tantū, uerùm etiam endi: Frusto, inquit, panis cōduci potest, uel uti ta- t, uel uti loquatur. Neq; nō meritò Homerus unum omnibus Thersiten ἀμετροεπῆ ἀκριτόμυθον ap- labat: uerba illius multa, ἄκοσμα strepentium si- modo graculorum similia esse dicit. Quid enim est ud ἀμετροεπῆ ἐκολῷα? Eupolidis quoq; uersus de genus hominibus consignatißimè factus est: λαλεῖν is@, ἀδυνατώτατ@ λέγειν. Quod Sallustius ter imitari uolens: Loquax, inquit, magis quàm fa-

Immodicē in uerbis, sine iudicio loquentem μέτρον Græcis modus dicitur & mensura, porrò α priuat, & ἔπ@ uerbum.

 cundus

cundus. Quapropter Hesiodus Poëtarum prudentissimus linguam non uulgandam, sed recondendam esse dicit, perinde ut thesaurum. Eiusq; *esse in promendo gratiam plurimam, si modesta, & parca, & modulata sit:*

γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος
φειδωλῆς, πλείστη δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης.

Is Comicus fuit, à quo Plutar. suã philosophiam sumpsit.

Epicharmium *quoq; illud non inscitè se habet,*

Οὐ λέγειν δεινός, ἀλλὰ σιγᾶν ἀδύνατος.

Ex quo profectò sumptum est, qui cùm loqui non posset, tacere non poterat. Phauorinum *ego audiui dicere, uersus istos* Euripidis*:* ἀχαλίνων στομάτων ἀνόμου τ' ἀφροσύνας τὸ τέλος δυστυχία, *non de ijs tantùm factos accipi debere, qui impia, aut illicita dicerent, sed uel maximè de hominibus quoque posse dici, stulta & immodica blaterantibus: quorum lingua tam prodiga, infrenisq; sit, ut fluat semper, & æstuet colluuione uerborum teterrima. Quod genus homines à*

Immunda uerborum multitudine.

Græcis significantissimo uocabulo λάλους *appellatos.* Valerium Probum *Grãmaticum illustrem, ex familiari eius docto uiro cõperi,* Sallustianum *illud: Satis eloquentiæ, sapientiæ parum: breui antequàm uita decederet, sic legere cœpisse, & sic à* Sallustio *relictum adfirmasse: Satis loquentiæ, sapientiæ parum: quòd loquentia nouatori uerborum* Sallustio *maximè congrueret:*

Est enim eloquentiæ fundamẽtũ

eloquentia, cum insipientia minimè conueniret. Huius*cemodi autem loquacitatem, uerborumq; turbã magnitudi-*

udine inani uastam, facetissimus Poëta Aristophanes sapientia, Cicerone autore.
insignibus uocabulis denotauit in his uersibus:
ἄνθρωπον ἀγριωπὸν αὐθαδόστομον
ἔχοντα ἀχάλινον ἀκρατὲς, ἀπύλωτον,
στόμα περὶ λάλητον, κομποφακελορήμονα.
Neq; minus insigniter ueteres quoq; nostri, hoc genus homines in uerba prouectos, locutuleios, & blaterones, & linguaces dixerunt. Locutuleii, Linguaces, Blaterones.

κολῶα.) κολοιός graculum Græcis notat: unde uerbum habet Homerus κολῳάω, crocito, cuius tertia persona potestate imperfecti hîc est expressa, tametsi illis diuersa tradunt super hoc uerbo nonnulli.

Consignatissimè.) Significantissimè, ita ut propriè & eleganter exprimat huius uiri naturam. Quo loco animaduertendum est argutum discrimen inter λαλεῖν & λέγειν, hoc est, loqui & dicere. Nam loqui, est utcunque facere uerba. Dicere autem, est de aliquo prudenter uerba facere, id quod proprium esse Oratoris, in multis locis Cicero asserit: quum loqui sit imperitæ multitudinis.

Probum.) Clarum adeò, ut & à Suetonio in lib. De claris gram. uel inter præcipuos referatur. Fuit hic patria Berrytius, & cùm Centuriarum aliquandiu frustra Romæ petiuisset, præ tædio tandem ad literarum studiū contulit. Docuit autem non nisi pomeridianis horis, idq; rarò, nec unquā supra quatuor discipulos admisit. Reliquit autem nō mediocrem syluam obseruationum sermonis antiqui. Sic Sueto. Porrò hodie opusculum tantum extat eius de Grammatica, & de occulta literarum significatione.

αὐθαδόστομον.) Id est ore contumacem.

ἀπύλωτον.) Solutum, nullis portis clausum.

κομποφακελορήμονα.) Sonora uerba, quasi manipulos argenti.

QVOD VERBA ISTHAEC QVADRIGArij ex annali tertio: Ibi mille hominum occiditur: non licentia, neque de poëtarum figura, sed ratione certa & proba Grammaticæ disciplinæ dicta sunt.

CAPVT XVI.

Mille hominum occiditur.

Macrobius lib. 1. cap. 5.

QVadrigarius in III. annaliū ita scripsit: Ibi occiditur mille hominum: Occiditur, inquit, non Occiduntur. Item Lucilius in III. Satyrarum.

Ad portam mille est, à porta exinde Salernum.

Mille, inquit, est, non mille sunt. Varro in XVIII. rerum humanarū: Ad Romuli initium plus mille & centum annorum est. Cato in I. Originum: Inde est fermè mille passus. Mar. Cicero in VI. in Antoniū: Ita'ne Ianus medius in L. Antonij clientela est? quis unquam in illo Iano inuentus est, qui L. Antonio mille numûm ferret expensum? In his atq; multis alijs: Mille numero singulari dictum est. Neque hoc (ut quidam putant) uetustati concessum est, aut per figurarum concinnitatem admissum est, sed sic uidetur ratio poscere. Mille enim non pro eo ponitur, quod Græcè χίλιοι dicitur, sed quod χιλιάς: & sicut una χιλιάς, & duæ χιλιάδες, ita unum mille, & duo milia, certa atq; directa ratione dicitur. Quamobrem id quoq; rectè & probabiliter dici solitum: Mille denariûm in arca est, & Mille equitum in exercitu est. Lucilius autem præter, quàm superius posui, alio quoq; in loco id manifestiùs demonstrat. Nam libro XV. ita dicit:

Scripsit hic Cato quatuor de Originib⁹ & caussis rerum libros.

Græci usurpant χιλιάς, quemadmodū est millitas, si liceret dicere.

Hunc

Hunc mille paßûm qui uicerit, atq; duobus,
Campanus sonipes, succussor nullus sequetur.
Maiore in spacio, ac diuersus uidebitur ire.

Item alio libro XI.

Mille die nummûm potes uno quærere centum.
lle paßûm dixit, pro Mille paßibus, & Vno mille
nûm, pro Vnis mille numis: aperteq; ostendit, Mille
uocabulũ esse, & singulari numero dici, eiusq; plu-
iuum esse Milia, & casum etiã capere ablatiuum,
q; cæteros casus requiri oportere, quum sint alia
raq; uocabula, quæ in singulos tantũ casus, quædam
am, quæ in nullum inclinẽtur. Quapropter nihil iã
bium est, quin M. Cicero in oratione, quam scripsit
Milone, ita scriptum reliquerit: Ante fundum Clo
, quo in fundo, propter insanas illas substructiones,
ilẽ mille hominum uersabatur ualentium: non Ver-
antur, quod in libris minus accuratis scriptum est.
a enim ratione Mille hominum, alia Mille homines
endum est.

Succussorem equum cognominat, quód natura huius animantis sit pedibus sublatis percutere, ac succidendo scilicet terram quatere.

Quum tamen uulgó credatur mille adiectiuum tantùm pluralis numeri, & milia solùm usurpari substantiuè cũ genitiuo plurali ter.

. Ad portam.) Macrob. Satur. li. 1. cap. 5. hũc Versum adducit: Ad portam mille, à porta est sex inde Saler-n. Est autem Salernum Italiæ oppidum, cuius memi- Plinius lib. 3. cap. 5.

Directa ratione.) Qua per Græci sermonis uestigia rò incedit, ut pleraq; etiam eius uicia & defect⁹ sequa , autore Prisciano.

Passuum.) In hoc uersu primo animaduertendum suum, Græcorum more syllabas duas, pro una lon- usurpari. Item in secundo s euanescere, ut quæ sibil⁹

tantùm

tantùm sit,non etiam litera, quemadmodū nec spiritus h in uersibus pro litera ualet atq; eodē modo in tertio. Diuersus, ultima breui accipiendum est. Fuit enim familiare ueteribus poëtis,nullam facere syllabam positiōe longam,si s intercederet: alioqui duæ consonantes breuem uocalem sequentes,eam longam reddunt.

Vocabulum.) Veteres enim Grammatici,quod ex Diomede colligimus,substantia Vocabula nominant: Adiectiua uerò Appellatiua, & propria hominū, urbium, ac deorum tantùm Nomina.

QVANTA CVM ANIMI AEQVITATE tolerauerit Socrates uxoris ingenium intractabile,atq; inibi quid M. Varro in quadam Satyra de officio mariti scripserit.

CAPVT XVII.

Xantippe.

Socratis patientia.

Ciuis is Athenensis fuit, discipulus Socratis.

Sic cognominata fuit Satyra, à Menippo quodam Cynico philosopho, dicace & festiuo, cuius meminit &

Xantippe Socratis philosophi uxor, morosa admodum fuisse fertur, & iurgiosa: irarumq; & molestiarum muliebrium, per diē, perq; noctē scatebat. Has eius intemperies in maritum Alcibiades de*miratus, interrogauit Socratem, quæ'nam ratio esset, cur mulierem tam acerbam domo non exigeret. Quoniam, inquit Socrates, cùm illam domi talē perpetior, insuesco & exerceor, ut cæterorum quoq; foris petulantiam & iniuriā faciliùs feram.* Secundùm hanc sen*tentiā quoq;* Varro in Satyra Menippea, *quàm de officio mariti scripsit:* Vicium, *inquit, uxoris aut tollendū, aut ferendum est. Qui tollit uicium, uxorem commodiorem præstat: qui fert, sese meliorem facit.* Hæc uer*ba* Varronis, *tollere, &* Ferre, *lepidè quidem composita sunt: sed* Tollere, *apparet dictū pro corrigere.* Id

etiam

m apparet, eiusmodi uicium uxoris, si corrigi non it, ferendum esse, Varronem censuisse, quæ ferri cet à uiro honestè possunt. Vicia enim flagitijs le-ra sunt.

in Philosophorum uita Laërtius: quemq; sub inde pro suo decoro dialogis alii quotloquentem introducit Lucianus.

Aequitas apud Aristot. in Moralibus, item Iuriscon. aliud nihil est, quàm mitior quædã & benignior iu- seueri interpretatio: cùm uidelicet omnibus facti cir stantijs pensitatis, reum prçter uerborum rigorẽ ab mus. Hinc iuris prudẽtia definitur esse cognitio nõ tùm iuris, sed æqui. Hinc æquitatem usurpat Gellius animi moderatione, & uirtute, quæ tolleret ea, quæ gò legum seueritate puniũtur. Nunc & animo çquo re dicimus, quodcunq; excusari potest: & ex cõtra- , iniquo animo ferre.

Scatebar.) Græcam figuram loquendi retulit Gelli⁹. uidem Græci uerba omnia, quæ uel plenitudinẽ, uel uitatem significant, genitiuo adiungunt, quorum & numero est βρύω. Latini autem Scateo, uerbũ tantùm atiuo accommodant.

Alcibiades.) Laërt. paulò diuersiùs idẽ narrat libro undo, de Philosophorũ uitis. Dicenti (inquit) Alcibia non esse tolerabilem Xantippen adeò morosã: Atqui Socrates, ego ita hisce iampridem assuetus sum, ac si iter sonũ trochlearum audiã. Rursum interrogans, ille anseres obstreperos aleret? & cùm responsum es quoniam mihi oua pariunt: Subiecit Socrates: At mi Xantippe liberos parit.

atyra.) Diomedes lib. primo docet, ueteribus Satyram ciminis genus fuisse, nẽpe uarijs omnino rebus refer n: ex qua similitudine posteà Satyra nominata sit etiã , quæ unica rogatione plura statuat: unde postremũ perit hoc uocabulum usurpari pro quouis literarum statu, diuersi generis argumenta in se complectente. carmen diuersa hominum uicia obiurgans Satyra di ur. Sic libri Varronis res promiscuas tractantes item yris sunt inscripti.

Flagitia

Flagitia.) Ea enim dicuntur scelera enormia.

QVOD M. VARRO IN LIBRO DE RAtione Vocabulorum XIIII. L. Lælium magistrum suũ περὶ ἐτυμολογίας nonnullorũ uerborum falsa dixisse reprehendit: quódq; idem Varro in eodem libro furis ἐτυμολογίαν falsam dicit.

CAPVT XVIII.

IN quartodecimo rerum Diuinarum lib. M. Varro doctißimum tunc ciuitatis hominem L. Lælium errasse ostendit, quòd uocabulum Græcum uetus traductum in linguam Romanam pro meraco, & quasi à se primitùs Latinè factũ esset, resoluit in uoces Latinas, ratione etymologica falsa. Verba ipsa super ea re Varronis posuimus: In quo Lælius noster literis ornatißimus memoria nostra errauit aliquoties. Nã aliquot uerborum antiquorũ Græcorum, perinde atq; essent propria nostra, reddidit caussas falsas. Non enim leporem dicimus (ut ait) quòd est leuipes, sed quòd est uocabulum antiquum Græcum. Multa enim uetera illorũ ignorantur, quòd pro ijs alijs nunc uocabulis utantur, & illorũ esse pleriq; ignorent Græcũ, quod nũc nominãt Ἕλληνα. Puteum esse, quod uocant φρέαρ: leporem, quod λαγωὸν dicunt. In quo non modò Lælij ingenium non reprehendo, sed industriam laudo. Succeßũ enim fortuna, experientiam laus sequitur. Hæc Varro in priore libro scripsit, de ratione Vocabulorum, scitißimè, de usu utriusq; linguæ peritißimè, de ipso Lælio

clementißimè. Sed in posteriore eiusdem libri parte
it: Furem ex eo dictum, quòd ueteres Ro. furuum
um appellauerint, & fures per noctem, quæ atra
facilius furentur. Nónne sic uidetur Varro de fure
asse, tanq̃ Lælius de lepore? Nã quod Græcis nunc
ἐτης dicitus, antiquiore Græca lingua φῶς est di-
m. Hinc per affinitatem literarũ, quæ φῶς Græcè
, Latinè fur. Sed ea res fugerit'ne tũc Varronis me-
oriam, an contrà aptius & cohærentius putarit fu-
m à furuo, id est, nigro, appellari, in hac re de uiro
n excellentis doctrinæ non meum iudicium est.

Quod uocabulum & ipse obseruaui usurpatum à Grego. Nazian. in lib. De morte fratris sui Cæsarij.

Miror qui fiat, ut libros in titulo capitis citet Gellius, ratione Vocabulorum, eosdem in ipso capite, De re- s diuinis nominet: nisi est, quod suspicor, ab oscitante quo librario in capite ipso scriptum, Rerum diuina- n, pro De ratione uocabulorum: aut ab indocto ali- o lectore annotationis loco adiectum, posteà in con tum irrepsit: alioqui non uideo, quidnam conueniat us diuinis, cum ratione uocabulorum.

riore.) Rursum ibi est suspicio mendæ: nam non ui- , qua ratione, & quomodo Gelli. priorẽ librum sic ipiat, quum supra XIIII. citauit, fortasse hîc suppositum est: aut enim hoc in priore libro: aut, XIIII. erit pungendum. Mihi uerò magis probatur rasura hîc ta, sicq; lectionem restituere: Varro scripsit de ratio- uocabulorum.

Furuo.) Idem sentiunt Iurisconsulti de furis etymo- gia utraq; ratione proposita ex hoc loco in Pādectis, ulo De Furtis.

STORIAE SVPER LIBRIS SIBYLLI
nis, ac de Tarquinio Superbo rege.

CAPVT XIX.

Libri Sibyllini. Plin. lib. 13. ca. 13. treis tantũ fuisse scribit.

In antiquis annalibus memoria super libris Sibyllinis hæc prodita est: Anus hospita atq; incognita ad Tarquinium Superbum regem adijt, nouem libros ferens, quos esse dicebat diuina oracula, eos uelle dixit uenundare. Tarquinius preciũ percontatus est. Mulier nimium atq; immensum poposcit. Rex, quasi anus ætate desiperet, risit. Tum illa foculum coram eo cùm igni apposuit, & treis libros ex nouem deurit: & ecquid reliquos sex an eodẽ precio emere uellet, regem interrogauit. Sed enim Tarquinius id multò risit magis, dixitq; anũ iã procul dubiò delirare. Mulier ibidẽ statim treis libros alios exussit, atq; idipsum denuo placidè rogauit, treis reliquos eodem illo precio emat. Tarquinius ore iam serio, atque attentiore animo fit, eam constantiam confidentiamq; non insuper habendam intelligit, & libros treis reliquos mercatur nihilo minore precio, quàm quod erat petitum pro omnibus. Sed eam mulierem tunc à Tarquinio digressam, posteà nusquàm loci uisum constitit. Libri tres in sacrarium conditi, Sibyllini appellati. Ad eos quasi ad oraculum quindecim uiri adeunt, cùm dij immortales publicè consulendi sunt.

Est Atticismus, geminant enim particulas eiusdẽ significationis indeclinabiles.

Anus.) Suspicor collecturis aliquot factis, hanc mulierem Sibyllam fuisse Cumæam neq; uerisimile est aliquam ex Græcia eo tempore Romam, nec tam Græcis literis politam, uerùm omnibus adhuc rudem peruenisse. Et Vergilius in Pollione de oraculis, quę Romę habe

rentur

ntur,hos uersus prodidit:
ltima Cumæi uenit iam carminis ætas:
m redit & uirgo, redeunt Saturnia regna. Vide Lantium lib. 1. Inst. diuinar.

† Tarquinius Superbus.) Consentit Solin. cap. 8. Lant. tamen cap. 6. primi: Et Seruius super illud Vergil. c ego nanq; tuas, &c. nõ Tarquinio Superbo, sed Prisco adscribunt: quod temporibus est cõformius: nam (ut olinus autor est) fuit hæc Sibylla Romæ Olympiade inquagesima, qua regnauit Tarquinius Priscus.

VID GEOMETRAE DICANT GRAECI, ibusq; omnia Latinis uocabulis appellentur.

CAPVT XX.

F Igurarum, quæ σχήματα geometræ appellant, genera sunt duo, planum & solidum: hæc ipsi uocãt ἐπίπεδον, καὶ στερεόν. Planum est, quod in duas partes lũm lineas habet, qua latum est, & qua longũ: qualia nt triquetra, & quadrata, quæ in area fiunt sine alti dine. Solidũ est, quãdo non longitudines modò, & la udines planas numeri linearum efficiunt, sed etiam tollunt altitudines, quales sunt fermè metæ triangu quas pyramidas appellant, uel qualia sunt quadrata diq;, quæ κύβους illi, nos quadrãtalia dicimus. κύβος im est figura ex omni latere quadrata, quales sunt iquit M. Varro) tesseræ, quibus in alueolo luditur, quo ipsæ quoque appellatæ κύβοι. In numeris etiam militer κύβος dicitur, cùm omne latus eiusdem nuri æqualiter in sese soluitur, sicuti fit cùm ter terna cuntur. Atq; idem ipse numerus triplicatur. Huius numeri

Area, scilicet, Mathematica.

Plin. lib. 36. cap. 12.

Sol.) Quod scilicet instar flammę sursum in fastig ũ insurgat, per sex latera & quat. superficies: à tertia insuper dici parte, quemadmodum Plin. lib. 2. Nat. hist. colligit.

numeri cubum Pythagoras uim habere lunaris circuli dixit, quòd & luna orbem suum lustret septem & uiginti diebus, qui numerus ternio, qui Græcè dicitur τριάς, tantundem efficiat in cubo. Linea autem à nostris dicitur, quam γραμμὴν Græci uocant. Eam M. Varro ita definit: Linea est (inquit) longitudo quædã sine latitudine & altitudine. Εὐκλείδης autẽ breuius, prætermissa altitudine: γραμμὴ est (inquit) μῆκος ἀπλατές, quod exprimere uno Latinè uerbo non queas, nisi audeas dicere, illatabile.

Disciplina, quæ omnium rerum longitudinem, latitudinem, & altitudinem consideratione sua inquirit, Geometria Græcis appellatur, nimirum à dimetienda terra, eiusq́ certis limitibus dignoscendis: siquidem, ut autor est Martianus Capella in principio suæ Geometriæ, nõ aliud habuit fermè initium. Nam cùm in Aegypto Nilus subinde exundans agrorum limites cõfunderet obliteraretq́: quidam ex incolis sagaci ingenio præditi, rationes Geometriæ adinuenerũt, quorum indicio sua cuiq́ agri portio bona fide restitueretur: unde scientiæ principijs sumptis, res posteà in immensum accreuit, ut non defuerint, qui totius mundi, omnium elementorũ, cœlorum etiam quantitates quasi certò compertam, artis huius beneficio fieri, prodiderint, de quo uide penè in fine secundi.

ἐπίπεδον.) Nam πέδον campus & planicies dicitur, & ἐπὶ supra. Sic magnitudo planiciei in longum & latum concepta animo, appellatur Græcis ἐπίπεδον. Si uerò simul animo complectaris & rei alicuius crassitiẽ, altitudinemq́, totũ illud Græci uocãt στερεόν, id est, undiq́ firmum & plenum: Latinis eadem ratione solidum.

Qui Græcè.) Malo legere quòd uel quia, ut ternio referatur ad latus cubi ternarium, cuius duplo consurgit tandem cubi numerus uiginti septem.

Εὐκλείδης

Εὐκλείδης.) Nō mirum est ab Euclide prætermissam altitudinem, quando nulla altitudo esse potest, nisi adsit latitudo. Itaq; per hoc, quòd Euclides remouet à ratione lineæ altitudinem, talis intelligitur quoq; altitudo, cui semper adest longitudo.

Planum & solidum.) Quæ uulgus appellat superficiem, corpus.

Triquetra.) Boëtius Triangulos uocat, sed Laurentius Valla uocabulum dicit non Latinum.

Metæ.) Fastigium.

In numeris.) In ratione Arithmetica contemplatiua.

Ter terna.) Vt si dicas, ter tria sunt nouem, ter nouem sunt uiginti septem.

Cubum.) Corpus quadratum.

μῆκος ἀπλατές.) Magnitudo illata, non lata.

QVOD IVLIVS HIGINVS AFFIRMAtissimé contendit legisse se librum P. Vergilij domesticū, in quo scriptum esset: Et ora Tristia tentantum sensu torquebit amaror: non, quod uulgus legeret, sensu torquebit amaro.

CAPVT XXI.

Versus istos ex Georgicis Vergilij pleriq; omnes sic legunt:

At sapor indicium facit manifestus, & ora
Tristia tentantum sensu torquebit amaro.

Higinus autem nō herclè ignobilis Grāmaticus in commentarijs, quæ in Vergilium fecit, confirmat & perseuerat, non hoc à Vergilio relictum, sed quòd ipse inuenerit in libro, qui fuerat ex domo atq; familia Vergilij: & ora Tristia tentantum sensu torquebit amaror. Neq; id soli Higino, sed doctis quibusdam etiam uiris complacitum, quoniam uidetur absurdè dici, sapor sensu ama-

Qui cōmentaria in Vergil. & libros historiarū de Viris illustribus scripsit.

Amaror.

su amaro torquet: quum ipse (inquiunt) sapor sensus sit, non alium in semetipso sensum habeat, ac perinde sit quasi dicatur: sensus sensu amaro torquet. Sed enim cùm Phauorino Higini commentarium legissem, eáq; ei statim displicita esset insolentia & insuauitas amaroris: Iouem lapidem, inquit (quod sanctißimum iusiurandum est habitum) paratus sum ego iurare, Vergilium hoc nunquam scripsisse. Sed Higinum ego dicere uerum arbitror. Non enim primus finxit hoc uerbum Vergilius insolenter, sed in carminibus Lucretij inuentum non est aspernatus, autoritate poëtæ ingenio & facundia præcellentis. Verba ex quarto Lucretij hæc sunt:

Prouerbiū. Iouem lapidem iurare.

Deniq; in os salsi uenit humor sæpè saporis,
Cùm mare uersamur propter, dilutaq; contrà
Cùm tuimur misceri absynthia, tangit amaror.

Non uerba autem sola, sed uersus propè totos, & locos quoq; Lucretij plurimos sectatum esse Vergilium uidemus.

Contusa & macerata. Tangit.) Afficit nos plurimum, id quod Macrob. satis probat Satur. lib. 6.

Domesticum.) Ex domo Vergilij profectum.

Perseuerat.) Nouè dixit Gellius pro asseuerat. Alioqui perseuerare est in aliquo negocio perdurare.

Complacitum.) Vetustas, id quod annotauit Diome. Gram. sæpenumerò passiuis abutebatur loco actiuorū, ut quod Terentius atq; Plautus subinde usurpant: Licitum est, pro licuit, &c. Et hoc loco: Complacitū est, pro complacuit, ubi est nouitas annotanda in compositione. Neque enim temerè reperies: Complacet, pro simul placet.

Sensus.) Nam Dialecticę est regula: Species semper ge
is suum exprimit, ut homo, animal etiam exprimit: &
udentia, uirtutem quocq; connotat. Sic Sapor à Verg.
nul expressum sensum dat intelligere.

Phauorino.) Hyperbaton, id est, ordinis trãsgressio in
rbis Gellij. Nam sensus est: Phauorino primùm displi
uisse hanc amatoris lectionem, uerùm posteà lecto cõ
nentario maximè placuisse.

Iouem lapidem.) Partim ex fragmentis Sexti Pomp.
artim etiam alijs ueterum monumentis sparsim colli
gitur, huius iurisiurandi formulam huiuscemodi fuisse:
Qui iurabat, altera manu lapidẽ tenens, huiusmodi uer-
ba pronunciabat: Si sciens fallo, Iupiter me eijciat è bo
nis meis, id est, patria, ex omni felicitate, ut ego hunc la
pidem abijcio, & cum dicto lapidem abiecit. Huc referẽ
dum est quod refert Cic epist. 7. de Aesopo iuraturo: Si
sciens fallo, cætera tacet. Nec diuersum admodùm est ab
eo ritu, quem de Fecialium iureiurando, quo porcus la-
pide percutitur, recenset Liuius lib. primo.

AN QVI CAVSSAS DEFENDIT, RECte Latinéq; dicat Superesse id quod defendit, & Superesse propriè quid sit.

CAPVT XXII.

IRroborauit inueterauitq; falsa atq; aliena uerbi significatio, quòd dicitur: Hic illi superest, *cùm dicendum est, Aduocatum esse quem cuipiã, caussamq; eius defendere: atque id dicitur non in compitis tantùm, neq; in plebe uulgaria, sed in foro & in comitio apud tribunalia. Qui integrè autem locuti sunt magnã partem superesse, ita dixerunt: ut eo uerbo significarẽt superfluere, & superuacare, atque esse supra necessarium modum. Itaque M. Varro in Satyra quæ inscri-*

Irrobo) Inualuit.
Superest.) Id est, auxilio est.
Compita, congressiones sunt uiarum.
Superesse.

pta est: Nescis quid uesper serus uehat, Superfuisse dicit immodicè & intẽpestiuè fuisse. Verba ex eo libro *hæc sunt:* In conuiuio legi nec omnia debent, & ea potißimùm, quæ simul sunt φιοϐελῆ, & delectẽt potiùs, ut id quoq; uideatur non superfuisse. Memini ego Prætoris docti hominis tribunali me fortè aßistere, atque ibi aduocatum non incelebrem sic postulare, ut quam caussãm diceret, remq; quæ agebatur, non attingeret. Tunc Prætorem ei, cuia res erat, dixisse, aduocatum eum non habere: & cùm is, qui uerba faciebat, reclamasset: Ego illi uir clariß. superſum, respondisse Prætorem festiuiter: Tu planè superes, non ades. M. autem Cicero in libro qui inscriptus est de Iure ciuili in artẽ redigendo, uerba hæc posuit: Nec uerò scientia iuris maioribus suis Q. Helius Tubero defuit, doctrina etiã superfuit. In quo loco Superfuit, significare uidetur suprà fuit & præstitit, superauitq; maiores suos doctrina sua superfluenti, tũ & nimis abundanti. Disciplinas enim Tubero Stoicas & Dialecticas percalluerat. In libro quoq; de Repub. secundo, idipsum uerbum Ciceronis non temerè transeundum. Verba ex eo libro hæc sunt: Non grauarer Læli, nisi & hos uelle putarem, & ipse cuperem te quoq; aliquam partẽ huius nostri sermonis attingere: præsertim quũ heri dixeris, te nobis etiam superfuturum: uerùm si id quidem fieri non potest, ne desis, omnes te rogamus. Exquisitè igitur & comper-

Festiuiter, risu scilicet captato ex uocis ambiguitate, quã rationem Fabius li. 6. inter ridicula recenset.

Superfuturum, id est,

comperte Iulius Paulus dicebat, homo in nostra memoria doctissimus, Superesse non simplici ratione dici, tam Latinè, quam Græcè. Græcos enim περιεῖναι etiam in utraq; parte ponere, uel quòd superuacaneum esset, ac non necessarium: uel quòd abundans nimis & affluens, & exuperans. Sic quoq; nostros ueteres Superesse aliâs dixisse, pro superfluenti & superuacuo, neque admodùm necessariò, ita ut suprà posuimus Varronem dicere: aliâs ita, ut Cicero dixit, pro eo quod copia quidem & facultate cæteris anteiret: tum supra modum, tum & largiùs prolixiusq; flueret quàm esset satis. Qui dicit ergo se superesse ei, quem defendit, nihil istorum uult dicere, sed nescio quid aliud indictum inscitumq; dicit. At ne Vergilij quidem poterit autoritate uti, ut qui in Georgicis ita scripsit:

copiosiorē futurum.

Nam ut plurimū apud Græcos περὶ præpositio in compositione abundans quiddam & præcellēs significat.

Primus ego in patriam mecū, modò uita supersit.

Hoc *enim in loco Vergilius ἀκυρώτερον uerbo usus uidetur, quòd Superfit dixit pro longinquiùs, diutiusq; adsit. Illud contrà eiusdem Vergilij est aliquanto probabiliùs:*

Autoritas.) Ad quam, quemadmodum Diomedes ait, cùm cætera omnia deficiūt, tanq̄ ad anchoram cōfugimus; q scilicet fit apud scriptores probatos ius & norma loquendi.

Florenteisq; secant herbas, fluuiosq; ministrant,
Farraq;, ne blando nequeant superesse labori.

Significat enim supra laborem esse, neque opprimi à labore. An autem Superesse dixerint ueteres, pro restare, & perficiendæ rei adesse, quærebamus. Nam Sal

Superare. Nouum est quòd Sallustius in hac significatione usurpat superare, quemadmodum & exercitum ductare, quo modo posteri° annotauit & Fab.li.10. Ora.) Forsitan glossema fuit.

lustius in significatione ista non Supereße, sed Superare dicit. Verba eius in Iugurtha: Is plerunq; à rege exercitum ductare, & omneis res exequi solitus erat, quæ Iugurthæ feßo, aut maioribus astricto superauerant. Sed inuenimus in tertio Ennij Annalium in hoc uersu:

Inde sibi memorant unum supereße laborem:

Id est, reliquum eße & restare. Quod quidem diuisè pronunciandum est, non ut una pars orationis eße uideatur, sed duæ. Cicero autem in II. *Antonianarum, quod est reliquum, non supereße, sed restare dicit. Præter hæc supereße inuenimus dictum pro superstitem eße. Ita enim scriptum est in libro Epistolarum* M. *Ciceronis ad* L. *Plancum, & in epistola* M. *Asinij Pollionis ad Ciceronem, uerbis his: Nam neq; deeße Reipub. uolo, neq; supereße. Per quod significat, si Respublica emoriatur & pereat, nolle se uiuere. In Plauti autem Asinaria manifestiùs idipsum scriptum est in his uerbis, quæ sunt eius comœdiæ prima:*

Liber Cice. ad Plãcum non extat.

Sicut tuum uis unicum gnatum tuæ
Supereße uitæ sospitem, & superstitem.

Prauitas.) Deprauatio qualiscunq; Latinæ proprietatis.

Cauenda igitur est non improprietas sola uerbi, sed etiam prauitas omnis, si quis se nunc senior aduocatus adolescenti supereße dicat.

Comitia.) A coëundo dicta, quæ comitia Cæsar uocat conuentus.

βιωφελῆ) In uitæ usu utilia, ἀφελέω enim prosum, βίος uita

uita dicitur, inde nomen est compositum. Et sunt potissimùm historiæ, & exempla dictorum & factorum memorabilium, tum naturę uariorum locorum, & animorũ, mores aliarũ nationum, erudita quoq; carmina, id est, in quibus misceatur dulci utile.

Defuit.) Inferior fuit. Superfuit.) Superior fuit.

In artem redigendo.) Ex tanta librorum uastitate.

Simplici ratione.) Significatione una.

Aliquando.) Aliás.

Indictum inscitumq;.) Repugnantia est in uerbis, quemadmodum apud Hieronym. Satis diues est, qui in CHRISTO pauper est: hęc ambiguitas omnem gratiã parit. Horat. in Arte poëtica uocat Indictũ, quod nõ sic dignum, quódq; non habeat aliquam gratiam. Idem in Odis: Indictum, usurpat pro eo quod nõ sit antè ab aliis dictum. Gellius autem hoc in loco Indictum accipit pro impropriè & parum significanter dicere. Nam quæ impropriè & parum cum gratia efferũtur, ea perinde sunt ac si non dicerentur, indictáq; manerent.

Vita superfit.) Vsurpauit Superesse pro reliquum esse, & restare, quo modo & plures alij scriptores usurparunt.

Superesse.) Hoc si uerum est, oportebit hanc uocem in multis ueterũ scriptorum codicibus disiunctim scribere, quum tamen omnes libri coniunctam eam habeant. Quare haud scio an per omnia etiam *rectè* hîc sentiat Gellius.

QVIS FVERIT PAPYRIVS PRAEtextatus, quęue istius caussa cognomenti sit, históriáq; ista omnis super eodem Papyrio cognitu iucunda.

CAPVT XXIII.

Historia de Papyrio prætextato dicta, scripta est à Catone in oratione, qua usus est ad milites cõtra Galbam, cùm multa quidem uetustate atq; luce, ac mundicia uerborum. Ea Catonis uerba huic prorsus

Id est, qui adhuc adolescētes prætexta induebantur. Est autem uestis iuuenilis, & appellata, quod auro & gēmis prætexta esset. Macro. Sat. lib. 1, cap. 6.

commentario indidissem, si libri copia fuisset id temporis, cùm hæc dictabam. Quòd si non uirtutes dignitatesq; uerborum, sed rem ipsam scire quæris, res fermè ad hunc modum est: Mos anteà senatoribus Romæ fuit, in curiam cum prætextatis filijs introire. Tamen cùm in senatu res maior quæpiam consultata, eaq; in diem posterum prolata est; placuit, ut eam rem, super qua tractauissent, ne quis enunciaret priùs quàm decreta esset. Mater Papyrij pueri, qui cum parente suo in curia fuerat, percōtata est filium, quid'nam in senatu patres egissent. Puer respondit, tacendum esse, neq; id dici licere. Mulier fit audiendi cupidior: secretum rei, & silentium pueri, animum eius ad inquirendum euerberat. Quærit igitur cōpreßiùs, uiolentiusq;. Tū puer, matre urgente, lepidi atq; festiui mendacij consiliū capit: Actum in senatu dixit, Vtrū uideretur utiliùs, exq; republica esse, unus'ne ut duas uxores haberet, an ut una apud duos nupta esset. Hoc illa ut audiuit, animus compaucscit: domo trepidās egreditur: ad cæteras matronas peruenit. Ad senatum postridiè matrumfamiliâs caterua lachrymantes atq; obsecrantes orant, una potiùs ut duobus nupta fieret, quàm ut uni duæ. Senatores ingredientes curiam, quæ illa mulierū intemperies, & quid sibi postulatio illa uellet, mirabantur. Puer Papyrius in medium curiæ progressus, quid mater audire institisset, quid ipse matri dixisset,

rem

rem, sicuti fuerat, denarrat. Senatus fidem atque ingenium pueri exosculatur: consultum facit, uti posthàc pueri cũ patribus in curiam ne introëant, nisi ille unus Papyrius. Atq; puero posteà cognomentum honoris gratia inditum Prætextatus, ob tacendi loquendiq; in ætate prætextata prudentiam. Prætextatus.

TRIA EPIGRAMMATA TRIVM VEterum poëtarum, Næuij, Plauti, Pacuuij, quæ facta ab ipsis eorum sepulchris incisa sunt.

CAPVT XXIIII.

Trium poëtarum illustriũ epigrammata, Cn. Næuij, Plauti, M. Pacuuij, quæ ipsi fecerunt, & incidenda suo sepulchro reliquerunt, nobilitatis eorum gratia, & uetustatis, scribenda in his commentarijs esse duxi. Epigramma Næuij plenum superbiæ Campanæ, quod testimonium esse iustum potuisset, nisi ab ipso dictum esset:

Næuij epigramma.

Immortales mortales si foret fas flere,
Flerent diuæ Camœnæ Næuium poëtam.
Itaq;, postquam est Orchio traditus thesauro,
Obliti sunt Romæ lingua Latina loquier.

Orcum uetes Latini iã ipsos inferos, iam inferorum principem Ditem nominãt, inde Orchius.

Epigramma Plauti, quod dubitassem modò an Plauti foret, nisi à M. Varrone positum esset in li. de Poëtis I.

Plauti epigramma.

Postquam est morte captus Plautus,
Comœdia luget, scena est deserta:
Deinde risus, ludus, iocusq;, & numeri,

Innu-

Innumeri simul omnes collachrymarunt.

Pacuuij epigramma.

Epigramma Pacuuij uerecundißimum & purißimũ, dignumq; eius elegantißima grauitate:

Adolescens, tametsi properas, hoc te saxum rogat,
Vt se aspicias: deinde quod scriptum est, legas.
Hic sunt poëtæ Pacuuij Marci sita
Ossa: hoc uolebam nescius ne esses, uale.

Tria epigrammata.) Tres inscriptiones sepulchrorũ. Nam quod ad ipsam nominis originem attinet, ἐπίγραμμα nihil aliud sonat, quàm inscriptionẽ. Siquidem Græcis γράφω scribo significat, & ἐπὶ in. Et Gellius inscriptionem appellat, quod Græci dicunt ἐπιτάφιον. Porrò Catullus & Martialis non tantùm sepulchrorũ inscriptiones, sed quæcunq; carmina breuiter & eruditè & arguté composita, uocant epigrammata.

Campania.) Terrarum omnium felicissima regio est Italię hodie regnum Neapolitanum dicta. Solet autem terræ fertilitatem ut plurimùm comitari opulẽtia: Opulentiam, fastus & superbia. Hinc in plerisq; locis ueterũ scriptorum traditur luxus & fastus ciuium Campanorum. Et Cicero hanc ipsam superbiam multis planè uerbis indicat in oratione cõtra Rullum, de lege Agraria. Plinius certè in descriptione Italiæ, naturę ludẽtis luxũ in Campania ponit. Vide & Liuium lib. 18.

Loquier.) Diomedes libro primo artis Grammaticæ dicit ueteribus in more fuisse, sed tantùm poëtis, pręsentis temporis infinitum passiuum extendere, apposita syllaba er.

QVIBVS VERBIS M. VARRO INDVcias definierit, quæsitumq; inibi curiosiùs, quæ'nam ratio sit uocabuli induciarum.

CAPVT XXV.

Dvobus modis M. Varro in libro humanarum,

qui

qui est de bello & pace, Induciæ quid sint, definit: Induciæ (inquit) sunt pax castrensis paucorum dierum. Item alio in loco: Induciæ (inquit) sunt, belli feriæ. Sed lepidæ magis atq; iucundæ breuitatis utraq; definitio, quàm plena aut proba esse uidetur. Nam neq; pax est Induciæ: bellum enim manet, pugna cesset. Neq; in solis castris, neq; paucorum tantùm dierũ induciæ sunt. Quid enim dicemus, si inducijs in mensium aliquot factis, castris concedatur, nónne tũ quoq; induciæ sunt? Aut rursus, quid esse id dicemus, quod in primo annalium Quadrigarij scriptum est: C. Pontiũ Samnitem à Dictatore Romano sex horarũ inducias postulasse, si induciæ paucorũ tantùm dierum appellandæ sunt? Belli autẽ ferias festiuè magis dixit, quàm apertè atque definitè. Græci autem significantiùs consignantiusq; cessationem istam pugnæ pacticiam, ἐκεχειρίαν dixerũt, exempta una litera sonitus uastioris, & subiuncta lenioris. Nam quòd eo tempore non pugnetur, & manus cohibeantur, ἐκεχειρίαν appellarunt. Sed profectò non id fuit Varroni negociũ, ut Inducias superstitiosè definiret, & legibus rationibusq; omnibus definitionum inseruiret. Satis enim uisum est, eiusmodi facere demonstrationem: Quod genus Græci τύπους magis & ὑπογραφὰς, quàm ὁρισμοὺς uocant. Induciarum autem uocabulũ qua sit ratione factum, id diu est quod quærimus. Sed ex multis, quæ iam audiuimus,

uel

Induciæ. Sic uerbum castrense apud Plin. in præfatione hist. mundi, quod in castris nascitur.

Cõcedatur, id est, excaturdomum.

Continentiam manuum nimirũ. ἔχω teneo, χεὶρ manus.

uel legimus, probabilius id quod dicam uidetur: Inducias sic dictas arbitramur, quasi tu dicas Inde uti iam. Pactum induciarum eiusmodi est, ut in diem certũ non pugnetur, nihilq; incõmodi detur: sed ex eo die posteà ut iam omnia belli iure agãtur: quod dicitur dies certus præfinitus: pactumq; fit, ut ante eum diem ne pugnetur, atq; is dies ubi uenit, inde uti iam pugnetur. Id circò ex ijs quibus dixi uocibus, quasi per quendam coitum & copulam, nomen induciarum connexũ est. Aurelius autem Opilius in primo librorum, quos Musarũ inscripsit: Induciæ (inquit) dicuntur, cùm hostes inter sese utrinq; utroq; alteri ad alteros impunè, & sine pugna ineunt. Inde ab eo (inquit) nomẽ esse factum uidetur, quasi initus atq; introitus. Hoc ab Aurelio scriptũ propterea non præterij, ne cui harum Noctium æmulo, eo tantùm nomine elegantiùs id uideretur, tanquam id nos originem uerbi requirentes fugisset.

Titulũ hunc Opilij Gellius in calce Noctium explicat.

Definit inducias.) Definitio plena & proba tum primùm cẽsetur à Dialecticis, ut Arist. li. 6. Topi. & Boë. Seuerinus libro de Defin. & diuisione ait, cũ ex genere ac differentijs suis ita cõstituitur, ut per omnia exæquetur uocabulo definiẽdo: ut si definias hominẽ esse animal rationale, bipes, ad risum procliue: nihil enim est quod homo sit, cui non rectè hæc descriptio cõueniat. Nec quicq̃ est in definitione, quod non conueniat homini. Verũ ad improbandas Varronis definitiones, satis est quòd pax non cõuenit inducijs ut genus. Et sunt sæpè induciæ, uel nullis castris positis. Porrò nec feriæ belli sunt induciæ, quum etiam stantibus inducijs, bellum, hoc est simultas hostilis maneat, & prælium, ac id genus iniuriæ tantùm

inter-

intermittantur. Atqui hæc est summa Gellianæ disputationis.

Feriæ belli.) Et Arist. improbat omnē definitionem, quæ per translationem fiat, propterea scilicet, quòd summam perspicuitatem poscat ratio definiendi, & translatio semper habeat quiddam obscuritatis.

Ferias autem festiuè.) Gratiam enim & festiuitatem addit, translatione sumpta à religione sacrorum ad fœdera militaria.

QVEM IN MODVM MIHI TAVRVS philosophus responderit percontanti, an sapiens irasceretur.

CAPVT XXVI.

INterrogaui in diatriba Taurum, an sapiens irasceretur: Dabat enim sæpè post quotidianas lectiones, quærendi quod quis uellet, potestatem. Is cùm grauiter & copiosè de morbo affectúue iræ disseruisset, quæ & in ueterum libris, & in ipsis commentarijs exposita sunt, conuertitur ad me qui interrogaueram: Et hæc ego (inquit) super irascendo sentio. Sed & quid Plutarchus noster, uir doctißimus ac prudentißimus sensérit, non ab re est, ut id quoque audias: Plutarchus (inquit) seruo suo nequam homini & contumaci, sed libris disputationibusq; philosophiæ aures imbutas habenti, tunicam detrahi ob nescio quod delictum, cædiq; cum loro iußit: cœperat uerberari, obloquebatur, non meruisse ut uapularet, nihil mali, nihil sceleris admisisse. Postremò uociferari inter uapulandum incipit, neq; iam querimonias aut gemitus eiulatusq; facere, sed

Colligimus enim alibi ex Gel. Taurum philosophū condidisse tum alia, tum uerò cōmentarios in symposium Platonis, atque eius philosophi Dialogos.

sed uerba seria & obiurgatoria: non ita esse Plutarchum, ut diceret: Philosophũ irasci, turpe esse: sæpè eũ de malo iræ disertauisse, librum quoq; περὶ ἀοργησίας pulcherrimũ conscripsisse: his omnibus, quæ in eo libro scripta sunt, nequaq̃ conuenire, quòd prouolutus effususq; in iram, plurimis se plagis mulctaret. Tũ Plutarchus lentè & leniter: Quid aũt, inquit, uerbero, nunc ego tibi irasci uideor? ex uultu'ne meo, an ex uoce, an ex colore, an etiã ex uerbis, correptũ esse me ira intelligis? Mihi quidẽ neq; oculi (opinor) truces sunt, neq; os turbidũ, neq; immaniter clamo, neq; in spumã ruborém ue efferuesco, neq; pudẽda dico, aut pœnitẽda, neq; omninò trepido ira, et gestio: hæc enim omnia, si ignoras, signa esse irarum solent, & simul ad eum, qui cædebat conuersus: Interim, inquit, dum ego atq; hic disputamus, hoc tu age. Summa autem totius sententiæ Tauri hæc fuit: nõ idem esse existimauit ἀοργησίαν καὶ ἀναλγησίαν: aliudq; esse non iracundum animum, aliud ἀνάλγητον καὶ ἀναίσθητον. Nam ut aliorũ omnium, quos philosophi affectus, uel affectiones, Græci πάθη appellant: ita huius quoq; motus animi, qui cùm est ulciscendi causa sæuior, ira dicitur: non priuationem esse utilem censuit, quàm Græci στέρησιν dicũt, sed mediocritatem, quam μετριότητα ita appellant.

In Diatriba.) Auditorio, τρίβω tero, & exerceo, unde διατρίβω compositum perinde ualens ac si Latinè dicas, per aliqd, siue me in aliquo exerceo. Vsurpatur & apud Lucia-

ἀνάλγητον.) Hoc eum significat, qui mala boni consulat, & indignitatẽ rei non sentiat.

Quam esse Arist. dicit, si irascamur pro quo cõuenit quantũ, quando, quo loco, quo tẽpore.

Lucianum pro immorari in aliquo. hinc Διατριβὴ obseruatur in Græcis scriptoribus positū, modò pro exercitatione, modò pro exercitij loco, ut hoc loco apud Gelliū nonnunquam etiam pro mora.

Veterum libris.) At Aristot. Moralium lib. 4. cap. 5. De mansuetudine, & Plut. in libro, quem de ira conscripsit, Item Senecæ, cuius & hodiè extat lib. de Ira.

Plutarchus.) Floruit is Traiani Imperatoris temporibus, quem & sua disciplina laudatū adeò reddidit principem, ut adhuc hodiè creato principe Romano, ab electoribus sic ominet. Sis felicior Augusto, & melior Traiano. Porrò huic Traiano successit Hadrianus, sub quo floruit Gellius. Fuit autem Plutarchus præceptor Tauri philosophi.

Contumacis.) Contemnentis imperium.

Prudentissimus.) Prudens is dicitur, quem uaria rerū cognitio & usus, omnia præcepta superās, edocuit, quid in quaq; re expetendum sit, aut fugiendum. Iam multis cōtingit doctrina & lectio multa, quibus tamen iudiciū & prudentia, usum lectionis docens, deest.

Ira dicitur.) Quòd scilicet irasci malū sit, & præter officium sapientis, sed liceat tamen dolorem quendam, & quasi indignationem propter scelera punienda concipere, idq; ea seruata moderatione, ne animus sua quiete & statu ex impetu deturbetur.

A. GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII

LIBER II.

QVO GENERE SOLITVS SIT PHILosophus Socrates exercere patientiam corporis, deq; eiusdem uiri patientia.

CAPVT I.



Nter labores uolũtarios, & exercitia corporis, ad fortuitas patientiæ uices, firmamentum id quoq; accepimus Socratem facere insueuisse: Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perdius atque pernox, à summo lucis ortu ad solem alterũ orientem, inconniuens, immobilis, iisdẽ in uestigijs, & ore atq; oculis eundem in locum directis cogitabundus, tanquã quodã secessu mentis atq; animi facto à corpore. Quam rẽ cùm Phauorinus de fortitudine eius uiri, ut pleraq; differens attigisset: πολλάκις, inquit, ἐξ ἡλίου εἰς ἥλιον εἱστήκει ἀστραβέστερος τῶν πρέμνων. Temperantia quoq; cum fuisse tãta traditũ est, ut omnia ferè uitæ suæ tẽpora à ualetudine inoffensa uixerit. In illius etiam pestilentiæ uastitate, quæ in bello Pelopõnesiaco in primis ipsam Atheniensiũ ciuitatẽ internecino genere morbi depopulata est, his parcẽdi moderãdiq; rationibus dicitur, & à uoluptatũ labe cauisse, & salubritates corporis retinuisse, ut nequaq̃ fuerit communi omnium cladi obnoxius.

Laert. lib. 2.

Quemadmodum Galenus ad CXX. seuixisse gloriatur, & Asclepiades.

Internecino genere.) Hoc genus morbi internecinum est, quod omnia indiscriminatim & penitùs necat. Solet autem Inter in compositione nonnunquam generale quoddam adducere, ut Terent. in And. Dauus interturbat, id est, omnia turbat.

QVAE RATIO OBSERVATIO'QVE OF-

ficio

ficiorum esse debeat inter patres filiosq; in discumbendo sedendoq;, atque in id genus rebus, domi forisq;, si filij magistratus sunt, & patres priuati: superq; ea re Tauri philosophi dissertatio, & exemplum ex historia Romana petitum.

CAPVT II.

AD Philosophum Taurum Athenas, uisendi cognoscendiq; eius gratia, uenerat uir Cl. Præses Cretæ prouinciæ, & cum eo simul eiusdem præsidis pater. Taurus sectatoribus commodùm dimißis, sedebat pro cubiculi sui foribus: & cùm aßistentibus nobis sermocinabatur, introiuit prouinciæ Præses, & cum eo pater. Assurrexit placidè Taurus, & post mutuam salutationem resedit. Allata mox una sella est, quæ in promptu erat: atq; dum aliæ promebantur, apposita est. Inuitauit Taurus patrem Præsidis ut sederet. Atq; ille ait: Sedeat hic potiùs, qui Po. Ro. magistratus est. Absq; præiudicio, inquit Taurus, tu intereà sede, dum inspicimus quærimusq;, utrùm conueniat, te'ne potiùs sedere qui pater es, an filium, qui magistratus est. Et cùm pater assedisset, appositumq; esset aliud filio quoque eius sedile, uerba super ea re Taurus facit cum summa (dij boni) honorum atq; officiorum perpensatione. Eorum uerborum sententia hæc fuit: In publicis locis, atq; muneribus, atq; actionibus, patrũ iura, cum filiorũ, qui in magistratu sunt, potestatibus collata, interquiescere paululum & conniuere. Sed cùm extra Rempublicã in domestica re atq; uita sedeatur, ambu-

Creta distat ab Athenis solomari in teriecto.

Apuleianũ prouerbiũ est usurpatum pro iã, & pau'o ante, & uix dũ, hoc enim modo Apuleius in lib. de Asino aureo sæpissimè utitur.

Filiorum in patres officium.

Vt in tẽplo, in curia.

letur, in conuiuio quoq; familiari discumbatur, tum inter filium magistratum, & patrem priuatum, publicos honores cessare, naturales et genuinos exoriri. Hoc *igitur, inquit, quòd ad me uenistis, quòd colloquimur nunc, quòd de officijs disceptamus, priuata actio est. Itaq; utere apud me ijs honoribus priùs, quibus domi quoq; uestræ te uti priorẽ decet.* Hæc *atq; alia in eandem sententiam* Taurus *grauiter simul & comiter disseruit. Quid autem super huiuscemodi patris atq; filij officio apud* Claudium *legerimus, non abre uisum est, ut ascriberemus.* Posuimus *igitur uerba ipsa* Quadrigarij *ex* Annali *eius* VI. *transcripta:* Deinde *facti* Consules Sempronius Gracchus *iterum,* Qu. Fabius Maximus *filius eius, qui priore anno erat* Consul: *ei* Consuli *pater* Proconsul *obuiam in equo uehens uenit.* Neq; *descendere uoluit, quòd pater erat: & quòd inter eos sciebant maxima concordia conuenire, lictores nõ ausi sunt descendere iubere.* Vbi *iuxtà uenit, tum* Consul *ait descendere iube, quod posteaq̃ lictor ille, qui apparebat, citò intellexit,* Maximum Proconsulẽ *descendere iussit.* Fabius *imperio paret, & filium collaudauit, quum imperium quod populi esset, retineret.*

Qui priori anno fuerat Consul, & iam dimissus erat ad prouinciam administrãdam.

Vnde etiam apparitores dicti, qui & lictores.

Absq; præiudicio) Id est, ea conditione, ut per hoc nihil decedat iuris filio tuo. Est enim præiudicium dictum aut factum, quod documentum iudicij futuri esse possit.

QVA RATIONE VERBIS QVIBVSdam uocabulisq; ueteres immiserint, h, literæ spiritum

CAPVT.

CAPVT III.

H Litera, siue illam spiritum magis quàm literam dici oportet, inserebant eam ueteres nostri plerisq; uocibus uerborum firmandis roborandisq; ut sonus earum esset uiridior uegetiorq;. Atq; id uidentur fecisse studio, & exemplo linguæ Atticæ. Satis notum est Atticos ἰχθῦν, ἱερόν, multa itidem alia, citra morē gentium Græciæ cæterarum, inspirantis primæ literæ dixisse. Sic Lachrymas, sic Sepulchrum, sic Ahenum, sic Vehemens, sic Inchoare, sic Helluari, sic Hallucinari, sic Honera, sic Honustum dixerunt. In his enim uerbis omnibus literæ seu spiritus istius nulla ratio uisa est, nisi ut firmitas, & uigor uocis, quasi quibusdam neruis additis intenderetur. Sed quoniam Aheni quoq; exemplo usi sumus, uenit nobis in memoriā, fidum optatumq; multi nominis Romæ Grammaticū ostendisse mihi librum Aeneidos secundum mirandæ uetustatis, emptum in Sigillarijs XX. aureis, quē ipsius Vergilij fuisse credebat, in quo duo isti uersus quum ita scripti forent:

H. litera. Vide Cælium lib. 7. ca. 12.

Lachrymę. Sepulchrū. Ahenum. Vehemens. Inchoare. Helluari. Hallucinari Honera. Honustum.

Multi nominis, magnæ famæ.

Vestibulū ante ipsum, primoq; in limine Pyrrhus
Exultat telis, & luce coruscus ăēna.

Additam supra uidimus h literam, & ahena factum. Sic in illo quoq; Vergilij uersu in optimis libris scriptum inuenimus:

Vetustissimi Latini, qui per omnia uestigia Græcos sequebantur, superscribebant aspirationem haud aliter ac Græci.

Aut folijs undam tepidi dispumat aheni.

pta est: Nescis quid uesper serus uehat, Superfuisse dicit immodicè & intēpestiuè fuisse. Verba ex eo libro hæc sunt: In conuiuio legi nec omnia debent, & ea potißimùm, quæ simul sunt φιοβελῆ, & delectēt potiùs, ut id quoq; uideatur non superfuisse. Memini ego Prætoris docti hominis tribunali me fortè aßistere, atque ibi aduocatum non incelebrem sic postulare, ut quam caussam diceret, remq; quæ agebatur, non attingeret. Tunc Prætorem ei, cuia res erat, dixisse, aduocatum eum non habere: & cùm is, qui uerba faciebat, reclamasset: Ego illi uir clariß. supersum, respondisse Prætorem festiuiter: Tu planè superes, non ades. M. autem Cicero in libro qui inscriptus est de Iure ciuili in artē redigendo, uerba hæc posuit: Nec uerò scientia iuris maioribus suis Q. Helius Tubero defuit, doctrina etiā superfuit. In quo loco Superfuit, significare uidetur supràfuit & præstitit, superauitq; maiores suos doctrina sua superfluenti, tū & nimis abundanti. Disciplinas enim Tubero Stoicas & Dialecticas percalluerat. In libro quoq; de Repub. secundo, idipsum uerbum Ciceronis non temerè transeundum. Verba ex eo libro hæc sunt: Non grauarer Læli, nisi & hos uelle putarem, & ipse cuperem te quoq; aliquam partē huius nostri sermonis attingere: præsertim quū heri dixeris, te nobis etiam superfuturum: uerùm si id quidem fieri non potest, ne desis, omnes te rogamus. Exquisitè igitur & comper-

Festiuiter, risu scilicet captato ex uocis ambiguitate, quā rationem Fabius li. 6. inter ridicula recenset.

Superfuturum, id est,

comperte Iulius Paulus dicebat, homo in nostra memoria doctissimus, Superesse non simplici ratione dici, tam Latinè, quam Græcè. Græcos enim περιεῖναι etiam in utraq; parte ponere, uel quòd superuacaneum esset, ac non necessarium: uel quòd abundans nimis & affluens, & exuperans. Sic quoq; nostros ueteres Superesse aliâs dixisse, pro superfluenti & superuacuo, neque admodùm necessariò, ita ut suprà posuimus Varronem dicere: aliâs ita, ut Cicero dixit, pro eo quod copia quidem & facultate cæteris anteiret: tum supra modum, tum & largiùs prolixiusq; flueret quàm esset satis. Qui dicit ergo se superesse ei, quem defendit, nihil istorum uult dicere, sed nescio quid aliud indictum inscitumq; dicit. At ne Vergilij quidem poterit autoritate uti, ut qui in Georgicis ita scripsit:

Primus ego in patriam mecũ, modò uita supersit.

Hoc enim in loco Vergilius ἀκυρώτερον uerbo usus uidetur, quòd Supersit dixit pro longinquiùs, diutiusq; adsit. Illud contrà eiusdem Vergilij est aliquanto probabiliùs:

Florenteisq; secant herbas, fluuiosq; ministrant,
Farraq;, ne blando nequeant superesse labori.

Significat enim supra laborem esse, neque opprimi à labore. An autem Superesse dixerint ueteres, pro restare, & perficiendæ rei adesse, quærebamus. Nam Sal-

copiosiorē futurum.

Nam ut plurimū apud Græcos περὶ præpositio in compositione abundans quidam & præcellēs significat.

Autorita.) Ad quam, quemadmodum Diomedes ait, cùm cætera omnia deficiūt, tanq̃ ad anchoram cōfugimus; ꝙ scilicet sit apud scriptores probatos ius & norma loquendi.

Iustius in significatione ista non Superesse, sed Superare dicit. Verba eius in Iugurtha: Is plerunq; à rege exercitum ductare, & omneis res exequi solitus erat, quæ Iugurthæ fesso, aut maioribus astricto superauerant. Sed inuenimus in tertio Ennij Annalium in hoc uersu:

Superare. Nouum est quòd Salluſtius in hac significatione usurpat superare, quemadmodum & exercitum ductare, quo modo posteri° annotauit & Fab. li. 10. Ora.) Forsitan glossema fuit.

Inde sibi memorant unum superesse laborem:

Id est, reliquum esse & restare. Quod quidem diuisè pronunciandum est, non ut una pars orationis esse uideatur, sed duæ. Cicero autem in II. Antonianarum, quod est reliquum, non superesse, sed restare dicit. Præter hæc superesse inuenimus dictum pro superstitem esse. Ita enim scriptum est in libro Epistolarum M. Ciceronis ad L. Plancum, & in epistola M. Asinij Pollionis ad Ciceronem, uerbis his: Nam neq; deesse Reipub. uolo, neq; superesse. Per quod significat, si Respublica emoriatur & pereat, nolle se uiuere. In Plauti autem Asinaria manifestiùs idipsum scriptum est in his uerbis, quæ sunt eius comœdiæ prima:

Liber Cice. ad Plãcum non extat.

Sicut tuum uis unicum gnatum tuæ
Superesse uitæ sospitem, & superstitem.

Cauenda igitur est non improprietas sola uerbi, sed etiam prauitas omnis, si quis se nunc senior aduocatus adolescenti superesse dicat.

Prauitas.) Deprauatio qualiscunq; Latinæ proprietatis.

Comitia.) A coëundo dicta, quæ comitia Cæsar uocat conuentus.

βιωφιλῆ) In uitæ usu utilia, ἀφιλίω enim prosum, βί@ uita

ultra dicitur, inde nomen est compositum. Et sunt potissimùm historiæ, & exempla dictorum & factorum memorabilium, tum naturę uariorum locorum, & animorũ, mores aliarũ nationum, erudita quoq; carmina, id est, in quibus misceatur dulci utile.

Defuit.) Inferior fuit. Superfuit.) Superior fuit.

In artem redigendo.) Ex tanta librorum uastitate.

Simplici ratione.) Significatione una.

Aliquando.) Aliàs.

Indictum inscitumq;.) Repugnantia est in uerbis, quemadmodum apud Hieronym. Satis diues est, qui in CHRISTO pauper est: hęc ambiguitas omnem gratiã parit. Horat. in Arte poëtica uocat Indictũ, quod nõ sit dignum, quodq; non habeat aliquam gratiam. Idem in Odis: Indictum, usurpat pro eo quod nõ sit antè ab aliis dictum. Gellius autem hoc in loco Indictum accipit pro impropriè & parum significanter dicere. Nam quæ impropriè & parum cum gratia efferũtur, ea perinde sunt ac si non dicerentur, indictaq; manerent.

Vita superfit.) Vsurpauit Superesse pro reliquum esse, & restare, quo modo & plures alii scriptores usurparunt.

Superesse.) Hoc si uerum est, oportebit hanc uocem in multis ueterũ scriptorum codicibus disiunctim scribere, quum tamen omnes libri coniunctam eam habeant. Quare haud scio an per omnia etiam rectè hîc sentiat Gellius.

QVIS FVERIT PAPYRIVS PRAEtextatus, quęue istius caussa cognomenti sit, historiaq; ista omnis super eodem Papyrio cognitu iucunda.

CAPVT XXIII.

Historia de Papyrio prætextato dicta, scripta est à Catone in oratione, qua usus est ad milites cõtra Galbam, cùm multa quidem uetustate atq; luce, ac mundicia uerborum. Ea Catonis uerba huic prorsus

commentario indidissem, si libri copia fuisset id temporis, cùm hæc dictabam. Quòd si non uirtutes dignitatesq; uerborum, sed rem ipsam scire quæris, res fermè ad hunc modum est: Mos anteà senatoribus Romæ fuit, in curiam cum prætextatis filijs introire. Tamen cùm in senatu res maior quæpiam consultata, eaq; in diem posterum prolata est: placuit, ut eam rem, super qua tractauissent, ne quis enunciaret priùs quàm decreta esset. Mater Papyrij pueri, qui cum parente suo in curia fuerat, percõtata est filium, quid'nam in senatu patres egissent. Puer respondit, tacendum esse, neq; id dici licere. Mulier fit audiendi cupidior: secretum rei, & silentium pueri, animum eius ad inquirendum euerberat. Quærit igitur cõpressiùs, uiolentiusq;. Tũ puer, matre urgente, lepidi atq; festiui mendacij consiliũ capit: Actum in senatu dixit, Vtrũ uideretur utiliùs, exq; republica esse, unus'ne ut duas uxores haberet, an ut una apud duos nupta esset. Hoc illa ut audiuit, animus compauescit: domo trepidãs egreditur: ad cæteras matronas peruenit. Ad senatum postridiè matrumfamiliâs cateruа lachrymantes atq; obsecrantes orant, una potiùs ut duobus nupta fieret, quàm ut uni duæ. Senatores ingredientes curiam, quæ illa mulierũ intemperies, & quid sibi postulatio illa uellet, mirabantur. Puer Papyrius in medium curiæ progressus, quid mater audire institisset, quid ipse matri dixisset,

Id est, qui adhuc adolescẽtes prætexta induebantur. Est autem uestis iuuenilis, & appellata, quod auro & gẽmis prætexta esset. Macro. Sat. lib. 1, cap. 6.

rem

rem, ficuti fuerat, denarrat. Senatus fidem atque ingenium pueri exofculatur: confultum facit, uti pofthàc pueri cũ patribus in curiam ne introẽant, nifi ille unus Papyrius. Atq; puero poſteà cognomentum honoris gratia inditum Prætextatus, ob tacendi loquendiq; in ætate prætextata prudentiam. Prætextatus.

TRIA EPIGRAMMATA TRIVM VEterum poëtarum, Næuij, Plauti, Pacuuij, quæ facta ab ipſis eorum ſepulchris incifa funt.

CAPVT XXIIII.

TRium poëtarum illuſtriũ epigrammata, Cn. Næuij, Plauti, M. Pacuuij, quæ ipſi fecerunt, & incidenda ſuo ſepulchro reliquerunt, nobilitatis eorum gratia, & uetuſtatis, ſcribenda in his commentarijs eſſe duxi. Epigramma Næuij *plenum ſuperbiæ Campanæ, quod teſtimonium eſſe iuſtum potuiſſet, niſi ab ipſo dictum eſſet:*

Næuij epigramma.

Immortales mortales ſi foret fas flere,
Flerent diuæ Camœnæ Næuium poëtam.
Itaq;, poſtquam eſt Orchio traditus theſauro,
Obliti ſunt Romæ lingua Latina loquier.

Orcum ueteres Latini iã ipſos inferos, iam inferorum principem Ditem nominãt, inde Orchius.

Epigramma Plauti, quod dubitaſſem modò an Plauti foret, niſi à M. Varrone poſitum eſſet in li. de Poëtis I.

Plauti epigramma.

Poſtquam eſt morte captus Plautus,
Comœdia luget, ſcena eſt deſerta:
Deinde riſus, ludus, iocusq;, & numeri,

Innumeri simul omnes collachrymarunt.

Pacuuij epigramma.

Epigramma Pacuuij uerecundißimum & purißimũ, dignumq́; eius elegantißima grauitate:

Adolescens, tametsi properas, hoc te saxum rogat,
Vt se aspicias: deinde quod scriptum est, legas.
Hic sunt poëtæ Pacuuij Marci sita
Ossa: hoc uolebam nescius ne esses, uale.

Tria epigrammata.) Tres inscriptiones sepulchrorũ. Nam quod ad ipsam nominis originem attinet, ἐπίγραμμα nihil aliud sonat, quàm inscriptionẽ. Siquidem Græcis γράφω scribo significat, & ἐπὶ in. Et Gellius inscriptionem appellat, quod Græci dicunt ἐπιτάφιον. Porrò Catullus & Martialis non tantùm sepulchrorũ inscriptiones, sed quæcunq; carmina breuiter & eruditè & arguté composita, uocant epigrammata.

Campania.) Terrarum omnium felicissima regio est Italię hodie regnum Neapolitanum dicta. Solet autem terræ fertilitatem ut plurimùm comitari opulẽtia: Opulentiam, fastus & superbia. Hinc in plerisq; locis ueterũ scriptorum tradũtur luxus & fastus ciuium Campanorum. Et Cicero hanc ipsam superbiam multis planè uerbis indicat in oratione cõtra Rullum, de lege Agraria. Plinius certè in descriptione Italiæ, naturę ludẽtis luxũ in Campania ponit. Vide & Liuium lib. 18.

Loquier.) Diomedes libro primo artis Grammaticæ dicit ueteribus in more fuisse, sed tantùm poëtis, pręsentis temporis infinitum passiuum extendere, apposita syllaba er.

QVIBVS VERBIS M. VARRO INDVCIAS definierit, quæsitumq́; inibi curiosiùs, quæ'nam ratio sit uocabuli induciarum.

CAPVT XXV.

DVobus modis M. Varro in libro humanarum, qui

qui est de bello & pace, Induciæ quid sint, definit: Induciæ (inquit) sunt pax castrensis paucorum dierum. Item alio in loco: Induciæ (inquit) sunt, belli feriæ. Sed lepidæ magis atq; iucundæ breuitatis utraq; definitio, quàm plena aut proba esse uidetur. Nam neq; pax est Induciæ: bellum enim manet, pugna cesset. Neq; in solis castris, neq; paucorum tantùm dierũ induciæ sunt. Quid enim dicemus, si inducijs in mensium aliquot factis, castris concedatur, nónne tũ quoq; induciæ sunt? Aut rursus, quid esse id dicemus, quod in primo annalium Quadrigarij scriptum est: C. Pontiũ Samnitem à Dictatore Romano sex horarũ inducias postulasse, si induciæ paucorũ tantùm dierum appellandæ sunt? Belli autẽ ferias festiuè magis dixit, quàm apertè atque definitè. Græci autem significantiùs consignantiusq; cessationem istam pugnæ pacticiam, ἐκεχειρίαν dixerũt, exempta una litera sonitus uastioris, & subiuncta lenioris. Nam quòd eo tempore non pugnetur, & manus cohibeantur, ἐκεχειρίαν appellarunt. Sed profectò non id fuit Varroni negociũ, ut Inducias superstitiosè definiret, & legibus rationibusq; omnibus definitionum inseruiret. Satis enim uisum est, eiusmodi facere demonstrationem: Quod genus Græci τύπους magis & ὑπογραφὰς, quàm ὁρισμοὺς uocant. Induciarum autem uocabulũ qua sit ratione factum, id diu est quod quærimus. Sed ex multis, quæ iam audiuimus, uel

Induciæ. Sic uerbum castrense apud Plin. in præfatione hist. mundi, quod in castris nascitur.

Cõcedatur, id est, excedatur domum.

Continentiam manuum nimirũ. ἔχω teneo, χεὶρ manus.

intermittantur. Atqui hæc est summa Gellianæ disputationis.

Feriæ belli.) Et Arist. improbat omnẽ definitionem, quæ per translationem fiat, propterea scilicet, quòd summam perspicuitatem poscat ratio definiendi, & translatio semper habeat quiddam obscuritatis.

Ferias autem festiuè.) Gratiam enim & festiuitatem addit, translatione sumpta à religione sacrorum ad fœdera militaria.

QVEM IN MODVM MIHI TAVRVS philosophus responderit percontanti, an sapiens irasceretur.

CAPVT XXVI.

INterrogaui in diatriba Taurum, an sapiens irasceretur: Dabat enim sæpè post quotidianas lectiones, quærendi quod quis uellet, potestatem. Is cùm grauiter & copiosè de morbo affectúue iræ disseruisset, quæ & in ueterum libris, & in ipsis commentarijs exposita sunt, conuertitur ad me qui interrogaueram: Et hæc ego (inquit) super irascendo sentio. Sed & quid Plutarchus noster, uir doctißimus ac prudentißimus sense rit, non ab re est, ut id quoque audias: Plutarchus (inquit) seruo suo nequam homini & contumaci, sed libris disputationibusq; philosophiæ aures imbutas habenti, tunicam detrahi ob nescio quod delictum, cædiq; cum loro iußit: cœperat uerberari, obloquebatur, non meruisse ut uapularet, nihil mali, nihil sceleris admisisse. Postremò uociferari inter uapulandum incipit, neq; iam querimonias aut gemitus eiulatusq; facere, sed

Colligimus enim alibi ex Gel. Taurum philosophũ condidisse tum alia, tum uerò cõmentarios in symposium Platonis, atque eius philosophi Dialogos.

sed uerba seria & obiurgatoria: non ita esse Plutarchum, ut diceret: Philosophũ irasci, turpe esse: sæpè eũ de malo iræ disertauisse, librum quoq; περὶ ἀοργησίας pulcherrimũ conscripsisse: his omnibus, quæ in eo libro scripta sunt, nequaq̃ conuenire, quòd prouolutus effususq; in iram, plurimis se plagis mulctaret. Tũ Plutarchus lentè & leniter: Quid aũt, inquit, uerbero, nunc ego tibi irasci uideor? ex uultu'ne meo, an ex uoce, an ex colore, an etiã ex uerbis, correptũ esse me ira intelligis? Mihi quidẽ neq; oculi (opinor) truces sunt, neq; os turbidũ, neq; immaniter clamo, neq; in spumã ruborém ue efferuesco, neq; pudẽda dico, aut pœnitẽda, neq; omninò trepido ira, et gestio: hæc enim omnia, si ignoras, signa esse irarum solent, & simul ad eum, qui cædebat conuersus: Interim, inquit, dum ego atq; hic disputamus, hoc tu age. Summa autem totius sententiæ Tauri hæc fuit: nõ idem esse existimauit ἀοργησίαν καὶ ἀναλγησίαν: aliudq; esse non iracundum animum, aliud ἀνάλγητον καὶ ἀναίσθητον. Nam ut aliorũ omnium, quos philosophi affectus, uel affectiones, Græci πάθη appellant: ita huius quoq; motus animi, qui cùm est ulciscendi causa sæuior, ira dicitur: non priuationem esse utilem censuit, quàm Græci στέρησιν dicũt, sed mediocritatem, quam μετριότητα ita appellant.

ἀνάλγητον.) Hoc eum significat, qui mala boni consulat, & indignitatẽ rei non sentiat.

Quam esse Arist. dicit, si irascamur pro quo cõuenit quantũ, quando, quo loco, quo tẽpore.

In Diatriba.) Auditorio, τρίβω tero, & exerceo, unde διατρίβω compositum perinde ualens ac si Latinè dicas, per aliqd, siue me in aliquo exerceo. Vsur patur & apud Lucia-

Lucianum pro immorari in aliquo. hinc διατριβὴ obseruatur in Græcis scriptoribus positū, modò pro exercitatione, modò pro exercitij loco, ut hoc loco apud Gelliū nonnunquam etiam pro mora.

Veterum libris.) At Aristot. Moralium lib. 4. cap. 5. De mansuetudine, & Plut. in libro, quem de ira conscripsit, Item Senecæ, cuius & hodie extat lib. de Ira.

Plutarchus.) Floruit is Traiani Imperatoris temporibus, quem & sua disciplina laudatū adeò reddidit principem, ut adhuc hodie creato principe Romano, ab electoribus sic ominet. Sis felicior Augusto, & melior Traiano. Porrò huic Traiano successit Hadrianus, sub quo floruit Gellius. Fuit autem Plutarchus præceptor Tauri philosophi.

Contumacis.) Contemnentis imperium.

Prudentissimus.) Prudens is dicitur, quem uaria rerū cognitio & usus, omnia præcepta superās, edocuit, quid in quaque re expetendum sit, aut fugiendum. Iam multis cōtingit doctrina & lectio multa, quibus tamen iudiciū & prudentia, usum lectionis docens, deest.

Ira dicitur.) Quòd scilicet irasci malū sit, & præter officium sapientis, sed liceat tamen dolorem quendam, & quasi indignationem propter scelera punienda concipere, idque ea seruata moderatione, ne animus sua quiete & statu ex impetu deturbetur.

A. GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII

LIBER II.

QVO GENERE SOLITVS SIT PHILOSOPHVS Socrates exercere patientiam corporis, deque eiusdem uiri patientia.

CAPVT I.



Nter labores uolũtarios, & exercitia corporis, ad fortuitas patientiæ uices, firmamentum id quoq; accepimus Socratem facere insueuisse: Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perdius atque pernox, à summo lucis ortu ad solem alterũ orientem, inconniuens, immobilis, iisdẽ in uestigijs, & ore atq; oculis eundem in locum directis cogitabundus, tanquã quodã secessu mentis atq; animi facto à corpore. Quam rẽ cùm Phauorinus de fortitudine eius uiri, ut pleraq; differens attigisset: πολλάκις, inquit, ἐξ ἡλίου εἰς ἥλιον εἱστήκει ἀστραβέστερος τῶν πρέμνων. Temperantia quoq; eum fuisse tãta traditũ est, ut omnia ferè uitæ suæ tẽpora à ualetudine inoffensa uixerit. In illius etiam pestilentiæ uastitate, quæ in bello Pelopõnesiaco in primis ipsam Atheniensiũ ciuitatẽ internecino genere morbi depopulata est, his parcẽdi moderãdiq; rationibus dicitur, & à uoluptatũ labe cauisse, & salubritates corporis retinuisse, ut nequaq̃ fuerit communi omnium cladi obnoxius.

Laert. lib. 2.

Quemadmodum Galenus ad CXX. se uixisse gloriatur, & Asclepiades.

Internecino genere.) Hoc genus morbi internecinum est, quod omnia indiscriminatim & penitùs necat. Solet autem Inter in compositione nonnunquam generale quoddam adducere, ut Terent. in And. Dauus interturbat, id est, omnia turbat.

QVAE RATIO OBSERVATIO'QVE OFficio

ficiorum esse debeat inter patres filiosq; in discumbendo sedendoq;, atque in id genus rebus, domi forisq;, si filij magistratus sunt, & patres priuati: superq; ea re Tauri philosophi dissertatio, & exemplum ex historia Romana petitum.

CAPVT II.

AD Philosophum Taurum Athenas, uisendi cognoscendiq; eius gratia, uenerat uir Cl. Præses Cretæ prouinciæ, & cum eo simul eiusdem præsidis pater. Taurus sectatoribus commodùm dimißis, sedebat pro cubiculi sui foribus: & cùm aßistentibus nobis sermocinabatur, introiuit prouinciæ Præses, & cum eo pater. Assurrexit placidè Taurus, & post mutuam salutationem resedit. Allata mox una sella est, quæ in promptu erat: atq; dum aliæ promebantur, apposita est. Inuitauit Taurus patrem Præsidis ut sederet. Atq; ille ait: Sedeat hic potiùs, qui Po. Ro. magistratus est. Absq; præiudicio, inquit Taurus, tu intereà sede, dum inspicimus quærimusq;, utrùm conueniat, te'ne potiùs sedere qui pater es, an filium, qui magistratus est. Et cùm pater assedisset, appositumq; esset aliud filio quoque eius sedile, uerba super ea re Taurus facit cum summa (dij boni) honorum atq; officiorum perpensatione. Eorum uerborum sententia hæc fuit: In publicis locis, atq; muneribus, atq; actionibus, patrũ iura, cum filiorũ, qui in magistratu sunt, potestatibus collata, interquiescere paululum & conniuere. Sed cùm extra Rempublicã in domestica re atq; uita sedeatur, ambu-

Creta distat ab Athenis solo mari interiecto.

Apuleianũ prouerbiũ est usurpatum pro iã, & paulò antè, & uix dũ, hoc enim modo Apuleius in lib. de Asino aureo sæpißimè utitur.

Filiorum in patres officium.

Vt in tẽplo, in curia.

letur, in conuiuio quoq; familiari discumbatur, tum inter filium magistratum, & patrem priuatum, publicos honores cessare, naturales et genuinos exoriri. Hoc *igitur, inquit, quòd ad me uenistis, quòd colloquimur nunc, quòd de officijs disceptamus, priuata actio est. Itaq; utere apud me ijs honoribus priùs, quibus domi quoq; uestræ te uti priorē decet. Hæc atq; alia in eandem sententiam* Taurus *grauiter simul & comiter disseruit. Quid autem super huiuscemodi patris atq; filij officio apud* Claudium *legerimus, non abre uisum est, ut ascriberemus.* Posuimus *igitur uerba ipsa* Quadrigarij *ex* Annali *eius* VI. *transcripta:*Deinde *facti* Con*sules* Sempronius Gracchus *iterum,* Qu. Fabius Maxi*mus filius eius, qui priore anno erat* Consul*: ei* Consu*li pater* Proconsul *obuiam in equo uehens uenit.* Neq; *descendere uoluit, quòd pater erat: & quòd inter eos sciebant maxima concordia conuenire, lictores nō ausi sunt descendere iubere.* Vbi *iuxtà uenit, tum* Consul *ait descendere iube, quod posteaq̄ lictor ille, qui apparebat, citò intellexit,* Maximum Proconsulē *descendere iussit.* Fabius *imperio paret, & filium collaudauit, quum imperium quod populi esset, retineret.*

Qui priori anno fuerat Consul, & iam dimissus erat ad prouinciam administrandam.

Vnde etiam apparitores dicti, qui & lictores.

Absq; præiudicio) Id est, ea conditione, ut per hoc nihil decedat iuris filio tuo. Est enim præiudicium dictum aut factum, quod documentum iudicij futuri esse possit.

QVA RATIONE VERBIS QVIBVSdam uocabulisq; ueteres immiserint, h, literæ spiritum CAPVT.

CAPVT III.

H Litera, siue illam spiritum magis quàm literam dici oportet, inserebant eam ueteres nostri plerisq; uocibus uerborum firmandis roborandisq; ut sonus earum esset uiridior uegetiorq;. Atq; id uidentur fecisse studio, & exemplo linguæ Atticæ. Satis notum est Atticos ἰχθῦν, ἵερον, multa itidem alia, citra morẽ gentium Græciæ cæterarum, inspirantis primæ literæ dixisse. Sic Lachrymas, sic Sepulchrum, sic Ahenum, sic Vehemens, sic Inchoare, sic Helluari, sic Hallucinari, sic Honera, sic Honustum dixerunt. In his enim uerbis omnibus literæ seu spiritus istius nulla ratio uisa est, nisi ut firmitas, & uigor uocis, quasi quibusdam neruis additis intenderetur. Sed quoniam Aheni quoq; exemplo usi sumus, uenit nobis in memoriã, fidum optatumq; multi nominis Romæ Grammaticũ ostendisse mihi librum Aeneidos secundum mirandæ uetustatis, emptum in Sigillarijs XX. aureis, quẽ ipsius Vergilij fuisse credebat, in quo duo isti uersus quum ita scripti forent:

H. litera. Vide Cælių lib. 7. ca. 12.

Lachrymę. Sepulchrũ. Ahenum. Vehemens. Inchoare. Helluari. Hallucinari Honera. Honustum.

Multi nominis, magnæ famæ.

Vetustissimi Latini, qui per omnia uestigia Grecos sequebãtur, superscribebant aspirationem haud aliter ac Græci.

> Vestibulũ ante ipsum, primoq; in limine Pyrrhus
> Exultat telis, & luce coruscus ahena.

Additam supra uidimus h literam, & ahena factum. Sic in illo quoq; Vergilij uersu in optimis libris scriptum inuenimus:

> Aut folijs undam tepidi dispumat aheni.

Spiritum.) Propterea scilicet quod neq; uox perfecta, ut uocalibus, neq; strepitus labiorum ei, ut consonantibus, respondeat: sed tantùm quidam flatus & spiritus.

Gentium Graeciae.) Quatuor sunt potissimùm Graeciae gentes consuetudine loquendi discriminatae, Attici, Iones, Aeolenses & Dorienses, hi parciùs utuntur aspiratione. At Aeolenses in totum non agnoscunt, ut refert Corinthus. Attici prae caeteris amant. Porro qua parte conuenit his gentibus in lingua, ea communis ratio loquendi appellatur.

ἰχθὺν ἱερόν.) Ludouicus Caelius lib. 7. cap. 12. torquet se hic in pisce sacro miris modis, atq; peregrina multa con uertit de piscis sacri appellatiōe, ut satis indicet, se, quid Gellius uelit non intelligere. Nos simpliciter accipimus locum de uocibus aspiratis, & inspirantes legimus in accusatiuo, qui refertur ad datiuū, primae literae. Huius formae loquutio est, & apud Fab. in primo: De aspiratione, in hanc sententiam disserentis, rarissimum eius usum apud ueteres fuisse, ut qui ircus & oedus citra flatum dixerint, Demum seculis aliquot obseruatum, ut consonans omnino non aspiraretur. Vnde adhuc suo seculo durat Graccus, Triumpus pro Gracchus, Triumphus. Sed mox irrepsisse immodicum eius usum, ut & Chorona & Chenturio diceretur: de qua re uide cap. quoddā miscel. Ang. Pol. tertio lib. Citatur epigramma nobile super hoc abusu Catulli poëtae de Ario. Tametsi Cicero sua aetate nullum omnino usum aspirationis in consonantibus fuisse testatur in Oratore perfecto.

Viridior.) Translatio sumpta est à uiridibus lignis

Inspirantes) Spiritum addentes primae literae.

Sigillaria.) Macrob. Satur. primo lib. cap. 11. respondet, Sigillaria fuisse antiquitùs festa Saturnalibus annexa, quę circiter Calendas Ianuarias Romae celebrarentur, potissimùm missitandis inuicem ultro citroq; imagunculis & munusculis quibusdam: quae consuetudo adhuc hodiè durat. Itaq; à signis & imaginibus, quae sic mittebantur, dicta sunt haec festa Sigillaria, quorū strepitū & mercatores uerisimile est sequutos, prostituisse uarij generis

generis merces uulgò emendas: atq; huc pertinere puto, quod Gellius dicit hunc librum emptum in Sigillarijs.

Quasi additis neruis.) Similitudo sumpta est à Musicis, quorum sonus uehementior fit appositis fidibus pluribus. Hinc facilè colligi potest, quantum errent qui fine ullo discrimine eiusmodi uoces pronunciant, quasi spiritus qui præponitur, sit ociosus, & planè nihil de suo addat: & ita hoc se feliciores putant, quòd aspirationē nō exprimunt.

Hallucinari.) Est perperàm uidere: inde ad animum transfertur, ut ille qui à uero aberret, hallucinari dicatur.

Ahenum.) Quasi dicas caldarium.

Vergilij.) Qui antecessit Gellium trecentis fermè annis. Nam Gellius sub Hadriano principe floruit, quēadmodum & Plutarchus, quoniam contēporanei fuerūt, ut ex ultimo cap. primi lib. colligere est.

QVAM OB CAVSSAM C. BASSVS genus quoddam iudicij diuinationem appellari scripsit, & quam aliam caussam esse eius uocabuli dixerunt.

CAPVT IIII.

CVm de constituendo accusatore quæritur, iudiciumq́; super ea redditur, cui nam potißimum ex duobus pluribus'ue accusatio subscriptio'ue in reum permittatur, ea res atq; iudicū cognitio, Diuinatio *appellatur. Id uocabulum quam ob caussam ita factū sit, quæri solet. C. Baßius in tertio librorum, quos de origine Vocabulorum composuit:* Diuinatio, inquit, *iudicium appellatur, quoniam diuinare quodammodò iudicem oporteat, quam sententiam sese ferre par sit. Nimis quidem est in uerbis C. Baßi ratio im-* Diuinatio

perfecta, uel magis inops & ieiuna. Sed uidetur eum significare uelle, idcircò dici diuinationē, quòd in alijs quidem caußis iudex ea quæ dicit, quæq; argumentis uel testibus demonstrata sunt, sequi solet. In hac autem re, cū eligēdus accusator est, parua admodùm & exilia sunt, quibus moueri iudex poßit: & propterea, quinam magis ad accusandū idoneus sit, quasi diuinandum est: Hæc Bassus. Sed alij quidem Diuinationē esse appellatam putant, quoniam quum accusator & reus duæ res quasi cognatæ coniunctæq; sint, neq; utra sine altera constare poßit: in hoc tamen genere caussæ reus quidem iam est, sed accusator nondum est: & idcircò, quòd adhuc usq; deest & latet, diuinatione supplendū est; quisnam sit accusator futurus.

Sunt enim relatiua, quæ Dialecticis autoribus sunt simul natura, ut pater & filius, nihil enim horum aliquid est nisi ad alterum referatur.

Subscriptio) Hoc loco est cū accusator nomen suum in libello profitetur, uidelicet, se esse eū, qui reum in hoc uel alio loco, die, & sic de alijs circūstantijs (quę iuris antiquitas ad longum descripsit in Pandectis li. 48. de accusa) accusare uelit. Subscriptorum nomen non rarò inuenies apud Ciceronem, quo significari puto eiusdē caussæ tanquam coniuratos.

Diuinatio.) Asconius Pedianus iudicium hoc propterea diuinationem appellari scribit, quia sine testibus ac tabulis res agatur, solis argumentis coniecturalibus, & nudis præsumptionibus. Fabius uerò Quinti. li. 7 ca. 5. tum putat diuinationem habere locum, quando de constituendo accusatore agitur. Quod ad diuinam orationem Ciceronis propiùs accedit, in qua Verrem accusare, socijs mandantibus, ingreditur.

QVAM LEPIDE DESIGNATEQVE DIxerit Phauorinus philosophus, quid intersit inter Platonis & Lysiæ orationem.

CAPVT

CAPVT V.

PHauorinus de Lysia & Platone solitus est dicere Si ex Platonis, inquit, oratione uerbum aliquod demas mutes'ue, atq; id cōmodißimè facias, de elegantia *tantùm detraxeris: si ex Lysia, de sententia.

Plato. Lysias. Vide Dionys. Hal. & Fabiū in 9. cap. de compositione. *tamen

QVIBVS VERBIS IGNAVITER, ET abiectè Vergilius usus esse dicatur: & quid ijs, qui improbè dicunt, respondeatur.

CAPVT VI.

NOnnulli Grammatici ætatis superioris, in quibus est Cornutus Anneus, haud sanè indocti, neque ignobiles, qui commentaria in Vergilium composuerunt, reprehendunt, quasi incuriosè & abiectè uerbum positum in his uersibus:

Anneus Cornutus.

Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichius uexasse rates, & gurgite in alto
Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis.

Ecloga sexta.

Vexasse enim putant uerbū esse leue, & tenuis ac parui incommodi, nec tātæ atrocitati cōgruere, quum homines repētè à belua immanißima rapti laniatiq; sint. Item aliud huiusmodi reprehendunt:

Est autē Dulichia insula Græciæ, uicina Samo & Ithacæ. Vnde Vergil. ex parte totū dat intelligendū, usus synechdoche.

Omnia iam uulgata, quis aut Eurysthea durum,
Aut illaudati nescit Busiridis aras?

Ex 2. Geor. in princi.

Illaudati parum idoneum esse uerbum dicunt, neq; id satis esse ad faciendā scelerati hominis detestationem; qui q hospites omnium gentiū immolare solitus fuit,

*sed & de testatione.

non laude indignus,* sed detractione, execrationeq; totius generis humani dignus esset.

Illaudati, indigni cuius mētio fiat.

Item aliud uerbum culpauerunt:

Per tunicam squalentem auro latus haurit apertū,

Tanquā non conuenerit dicere: Auro squalentē, quoniam nitoribus splendoribusq; auri squaloris illuuies sit cōtraria. Sed de uerbo Vexasse ita responderi posse credo: Vexasse graue uerbum est: factumq; ab eo uidetur, quod est Vehere, in quo inest iam uis quædam alieni arbitrij. Nō enim sui potēs est, qui uehitur. Vexare aūt, quod ex* eo inclinatum est, ui atq; motu procul dubiò inclinatū est. Nā qui fertur et raptatur, atq; huc atq; illuc distrahitur, is uexari propriè dicitur: sicuti Taxare preßiùs crebriusq; est, ꝙ Tangere, unde proculdubiò id inclinatū est: & Iactare multò fusiùs largiusq; est, ꝙ Iacere, id unde uerbum traductum est: & Quassare, ꝙ Quatere grauiùs uiolentiusq; est. Nō igitur quia uulgò dici solet: Vexatū esse quem fumo, aut uento, aut puluere, proptereà debet uis uera atq; natura uerbi deperire, quæ à ueteribus (qui propriè atque signatè locuti sunt, ita ut decuit) conseruata est. M. Catonis uerba sunt ex oratione, quam de Achæis scripsit: Cumq; Annibal terram Italiam laceraret atq; uexaret: Vexatam Italiam dixit Cato ab Annibale, quando nullum calamitatis, aut sæuiciæ, aut immanitatis genus reperiri queat, quod eo tempore Italia non per-

A non lauādo dictā putant illuuiē.

Vehere.
Vexare.
* ueho.

Taxare.
Tangere.
Iactare.
Iacere.
Quassare.
Quatere.

pessa

pessa sit. M. Tullij *in Verrem: Quæ ab isto sic spoliata atq; direpta est, ut non ab hoste aliquo, qui tamen in bello religionem, & consuetudinis iura retineret, sed ut à barbaris prædonibus uexata esse uideatur.* De illaudato autem duo uidētur respōdere non posse: Vnū est eiusmodi: Nemo quisquam tam * efferis est moribus, quin faciat aut dicat nonnunquam aliquid, quod laudari queat: unde hic antiquissimus uersuū uice prouerbij celebratus est:

Illaudatus.

*Eras. effli-ctis, legendum putat.

Πολλάκι καὶ κηπουρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν.

Sed eum qui omni re atq; omni tempore laude uacat, is illaudatus est, isq; omniū pessimus deterrimusq; est: sicuti omnis culpæ priuatio, inculpatum facit. Inculpatus autem instar est absolutæ uirtutis. Illaudatus igitur quoq; finis est extremæ maliciæ. Itaq; Homerus non uirtutibus appellandis, sed uicijs detrahendis laudare ampliter solet. hoc enim est:

Inculpatus. Non multò secus Verg. in 4 Georg. dixit: Et deformis arūdo, Cocyti tardaq; palus innabilis unda.

Ἡῦδα μάντις ἀμύμων Et:
Τῶν δ' οὐκ ἄκοντε πετέσθην. Et item illud.
Ἔνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδοις Ἀγαμέμνονα δῖον.
Οὐδὲ καταπτώσσοντ' οὐδ' οὐκ ἐθέλοντα μάχεσθαι.

Epicurus quoq; simili modo maximam uoluptatē, detractionem, priuationemq; omnis doloris definiuit his uerbis: ὅρος τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις. Eadem ratione idem Vergilius inamabilem dixit Stygiam paludem. Nam sicut illaudatū κατὰ laudis στέρησιν, ita inamabilem

Hoc quod Græcum hic est capitis sexti corruptum, emenda ex cap. 9. eiusdē libri. Laudare.

mabilem κατὰ amoris ςίγκσιμ detestatus est. Altero modo illaudatus ita defenditur. Laudare significat prisca lingua nominare appellareq́; : sic in actionibus aũt ciuilibus laudari id dicitur, quod est nominari. Illaudatus enim est quasi illaudabilis, qui neq; mẽtione, aut memoria ulla dignus, neq; unquam nominandus est. Sicuti quondam à communi consilio Asiæ decretum est, uti nomen eius, qui templum Dianæ Ephesiæ incenderat, ne quis ullo tempore nominaret. Tertium restat ex ijs, quæ reprehensa sunt, quòd Tunicam squalentem auro dixit. Id autem significat copiã, dẽsitatemq́; auri in squamarum speciem intexti. Squalere enim dictum est à squamarum crebritate asperitateq́;, quæ in serpentium pisciumq; corijs uisuntur. Quam rem alij, & hic quidem poeta locis aliquot demonstrat:

Valer. lib. 8. ca. De gloriæ cupiditate.

Squalere.

Quem pellis, inquit, ahenis
In plumam squamis auro conserta tegebat. Et alio loco:
Iamq; adeò rutilum thoraca indutus ahenis
Horrebat squamis.

Accius in Pelopidis ita scribit: Eius serpentis squamæ squalido auro, & purpura prætextæ. Quicquid igitur nimis inculcatum obsitumq; aliqua re erat, & incuteret uisentibus facie noua horrorem, id squalere dicebatur. Sic in corporibus incultis squamosisq; alta congerie sordium, squalor appellabatur. Cuius significationis

Tragœdia est cui nomen Pelopidis est.

Quæ ut scribit Pli. lib. 9 cap. 36. 7. & 8. colligitur

nis multo aßiduoq; usu totum id uerbum ita contaminatum est, ut iam squalor de re alia nulla, quàm de solis inquinamentis dici cœperit.

ex faucibus conchæ dictæ purpureę, referens nigricãtem sanguinis colorẽ, qualis est aspectus rosarũ, plus satis maturescentium.

Vi atq; motu.) Vt ipsa deriuatio multum addat uehementiæ ad primogenĩ significationem.

Dianæ Ephesiæ.) Ephesus nobilis fuit urbs Asię, celebris templo Dianę, quod incẽderat ob præposteram immortalitatis libidinem Herostratus, ut historici tradũt. Erat autem templum usq; adeò speciosum, ut inter mundi miracula numeraretur.

Inculcatum) intextum.

πολλάκι κ.) Erasmus in prouerb. Sæpè etiam est holitor, &c. corrigit huius uersus lectionem, partim nisus iudicio P. Bombasij, partim antiquissimi libri lectione, & eius Græci, ad hunc modum:

πολλάκι τοι κ, μωρὸς ἀνὴρ κατακαίριον εἶπε. Vt sit sensus: Sepè etiam stultus fuit opportuna locutus, Ita ut pro κηπωρὸς legas μωρὸς.

✝ Quin alibi existimat, suppositicium esse, & quæ sequuntur, tres esse senarios, sic restituendos:

Sed enim, qui in omni re, atq; in omni tempore,
Omni uacat laude, is uir illaudatus est,
Isq; omnium est deterrimusq; ac pessimus.

DE OFFICIO ERGA PARENTES liberorum, deq; ea re ex philosophię libris, in quibus scriptum quæsitumq; est, an semper in omnibus patris iussis obsequendum est.

CAPVT VII.

Officia filiorum in parentes.

QVæri solitum est in philosophorũ disceptationibus: An semper, inq; omnibus iußis patri parendum sit. Super ea re Græci, nostriq; qui de officijs scripserunt, treis sententias esse, quæ spectandæ considerandæq; sint, tradiderunt, easq; subtilißimè dijudicaucrunt

cauerunt. Earum una est: Omnibus quæ pater imperat, parendum. Altera est: In quibusdā parendum, quibusdam non obsequendum. Tertia est: Nihil necessum esse patri obsequi & parêre. Hæc sententia quoniam primore aspectu nimis infamis est, super ea, quæ prius dicta sunt, dicemus: Aut rectè, inquiunt, imperat pater, aut perperā: Si rectè imperat, nō quia imperat, parendum, quoniam id fieri ius est, faciendū est: si perperàm, nequaquàm scilicet faciendum, quod fieri nō oportet. Deinde ita concludunt: Nunquam est igitur patri parendum, quæ imperat. Sed neq; istam sententiam probari accepimus. Argutiola quippè hæc (sicuti mox ostendemus) friuola & inanis est. Neq; autem illa (quam primo in loco diximus) uera & proba uideri potest: Omnia esse, quæ pater iusserit, parendum. Quid enim si proditionem patriæ, si matris necem, si alia quædam imperarit turpia aut impia? Media igitur sententia optima atq; tutissima uisa est: Quædam esse parendū, quædam non obsequendum. Sed ea tamen, quæ obsequi non oportet, leniter & uerecundè, ac sine detestatione nimia, sine opprobratione acerba reprehensionis declinanda sensim, & relinquenda esse dicunt, quàm respuenda. Conclusio uerò illa, qua colligitur (sicuti suprà dictum est) Nihil patri parendum, imperfecta est, refutariq; ac dilui sic potest: Omnia quæ in rebus humanis fiunt (ut docti censuerunt) aut honesta sunt, aut turpia.

Propositio est disiūcta, de qua uide Boëtium & M. Capellā.

Calliditas maliciosa argutia dicitur: Vnde per diminutionē argutiola dicit.

turpia. Quæ sua ui recta aut honesta sunt, ut fidem colere, ut patriam defendere, ut amicos diligere, ea fieri oportet, siue imperet pater, siue non imperet. Sed quæ his contraria, quæq; turpia, & omninò iniqua sunt, ea ne si imperet quidem. Quæ uerò in medio sunt, & à Græcis tum ἀδιάφορα, tum μέσα appellantur, ut in militiam ire, rus colere, honores capessere, causas defendere, uxorem ducere, uti iussum proficisci, ut accersitum uenire: quoniam & hæc & his similia per sese ipsa neq; inhonesta sunt, neq; turpia, sed perinde ut à nobis aguntur, ita ipsis actionibus aut probanda fiunt, aut reprehendenda. Propterea in huiusmodi omnium rerum generibus, patri parendum esse censent, ueluti si uxorem ducere imperet, aut causas pro reis dicere. Quod enim utrunq; in genere ipso, per sese neq; honestum, neque turpe est: idcirco, si pater iubeat, obsequendum est. Sed enim si imperet uxorem ducere infamem, propudiosam, criminosam: aut pro reo Catilina aliquo, aut C. Bibulo, aut P. Clodio causam dicere, non scilicet parendum: quoniam accedente aliquo turpitudinis numero, desinunt esse per sese hæc media atq; indifferentia. Non ergo integra est propositio dicenda: aut honesta sunt, quæ imperat pater, aut turpia. Neq; ὑγιὲς νόμιμον διεζευγμένον uideri potest. Deest enim disiunctioni isti tertium: aut neque honesta sunt, neq; turpia: quod si additur, potest ita concludi:

Nonnun-

Indifferentia illa enim sunt, perinde ut est animus illius qui his utitur. Qui uti scit bene, bona, qui male, mala. Expressit hoc elegantissime Terentius in Heautont.

Nonnunquam est igitur patri parendum.

Omnia parendũ.) Magis Latinè dicimus parendum omnibus, quàm parẽdum omnia, per accusatiuũ. Tametsi Gellius in hoc capite subinde hac figura utitur, nimirum Græcos imitatus, quorum disputationem hîc Latinè recenset. Illi autem sua gerundia nón tantùm datiuo, sed & accusatiuo iungunt, id quod & Priscianus dili genter obseruauit.

Sed neq; istam sententiam.) Quod uidelicet dilemma non sit legitimũ: nam ad eius naturam requiritur, ut necesse sit alteram partem esse ueram. Sunt autem quædã mediæ conditionis, quæ pater mãdare potest, neq; rectè, neq; perperàm, sed neutro modo quare non procedit argumentatio conditionalis, de qua Boëtius & Trapezontius de modis conditionalium Syllogismorum.

QVOD PARVM AEQVA REPREHENSIO Epicuri à Plutarcho peracta sit in Syllogismi disciplina.

CAPVT VIII.

Plutarchus secundo librorum, quos de Homero cõposuit, imperfectè atq; præposterè atq; inscitè syllogismo esse usum Epicurũ dicit: Verbaq; ipsa Epicuri ponit: ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, τὸ δὲ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ, τὸ ἢ ἀναισθητοῦν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. *Nam prætermisit (inquit) quod in prima parte sumere debuit:* ὁ θάνατος ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις. *Tum deinde autem ipso quod omiserat quasi posito concessoq;, ad confirmandum aliud utitur. Progredi autem hic (inquit) syllogismus, nisi illo prius posito, non potest. Verè hoc quidem Plutarchus de forma & ordi-*

Quod minorem uulgò appellamus id eleganter cum Cic. & Quint. diceretur assumptio.

ordine syllogismi scripsit. Nam si (ut in disciplinis traditur) ita colligere & ratiocinari uelis, sic dici oportet: ὁ θάνατος ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις, τὸ δὲ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ, τὸ δὲ ἀναισθητοῦν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. *Sed Epicurus * cuiusmodi homo est, non inscitia uidetur partem illam syllogismi prætermisisse. Neq; id ei negocium fuit, syllogismũ tanquam in scholis philosophorum cum numeris omnibus, & cũ suis finibus dicere: & profectò, quia separatio animi & corporis in morte euidens est, non est ratus, necessariam esse eius admonitionem, quod omnibus prorsus erat obuium: sicuti etiam, quòd conclusionem syllogismi non in fine posuit, sed in principio. Nam id quoque non imperitè factum quis non uidet? Apud Platonem quoq; multis in locis reperias syllogismos repudiatos, conuersoq; ordine isto, qui in docendo traditur, cum eleganti quadam reprehensionis contentione positos esse.*

** cuiuscuiusmodi*

Secundo librorum.) Græcismus est. Latinus enim diceret secundo libro. Porrò familiare est Græcis, adiectiuum & substantiuum non solùm sic coniungere, ut mutuò sibi genere, numero & casu respondeant: uerùm etiã & adiectiuum eius fit casus, quem constructio poscit, & substantiuum genitiui pluralis.

De forma Syllogismi.) Intellige triũ terminorum inter se compositionem, quam Aristo. priorum resolutionum lib. figuram appellat .i. terminorum habitum. Per ordinem autem, propositionũ trium syllogismum perficientium & absoluentium explicatam seriem. Id quod uulgus dialecticorum modum appellat, Græci τρόπον.

Cum eleganti reprehensionis.) Id est, callido consilio, ut si crassi lectores offendantur ordinis confusione, frustra tamen reprehendere contendant. Sitque haec disputandi ratio acutior, quę artificio recto scitè lectorē fallat. Hinc illud saepè apud Fabium iteratur, summi artificis esse, artem posse dissimulare.

Progredi.) Ad sic iudicandum mouit opinor Plutar. quòd euidentissima raciocinatio, quā demonstrationē uocat Aristot. cuiusmodi hanc sentētiam uideri uoluit Epicurus, conficitur potissimùm iuxta doctrinam Aristot. in poste. resol. ex definitione tanquā medio. At hāc quę Syllogismi caput esse debebat, prętermisit Epicu⁹. Quanquam autem scriptores nunquam anxiè pręceptis dialecticorum se astringunt, satis enim est semina argumentorum indicare tantùm: tamen pręsentis huius formę sic habet ad artificium explicatio. Quod dissolutum est, expers est sensus: Sed mors est animę & corporis dissolutio: Ergo in morte nullus est sensus. Atqui in quo nullus est sensus, illud ad nos non pertinet: Porrò quod ad nos non attinet, formidandum nō est: Mors ad nos non attinet: Ergo non est formidanda.

QVOD IDEM PLVTARCHVS EVIDENTI calumnia uerbum ab Epicuro dictum insectatus sit.

CAPVT IX.

IN eodem libro idem Plutarchus eundém Epicurum reprehendit, quòd uerbo usus sit parum proprio, & alienæ significationis. Ita enim scripsit Epicurus: ὅρος τοῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν, ἡ παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις. Non (inquit) παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος, sed παντὸς τοῦ ἀλγεινοῦ dicere oportuit. Detractio enim significanda est doloris, inquit, nō dolentis. Nimis minutè ac propè etiam subfrigidè Plutarchus

ἡ παντὸς) Veteres pro more minorem praeponunt.

chus in Epicuro accusando λέξεως τηςῶ. Has enim curas uocum, uerborumq; elegantias, non modò nõ sectatur Epicurus, sed etiam insectatur.

Non sectatur.) παρωνομασία est in his uerbis Sectatur & Insectatur, uoce quidem conuenientibus, sed significatione longè diuersis. Sic Terent. in And.

Nam inceptio est amentium, haud amantium.

Porrò potest Epicurum quoq; excusare, qui dicat eum usum figura, qua Græci usurpant sæpè partem orationis pro altera parte, hanc ἀντιμερίαν uocant.

QVID SINT FAVISSAE CAPITOLINæ, & quid super eo uerbo M. Varro S. Sulpitio quærenti rescripserit.

CAPVT X.

SEruius Sulpitius iuris ciuilis autor, uir benè literatus, scripsit ad M. Varronem, rogauitq; ut rescriberet, quid significaret quod in censorijs libris scriptũ esset: id erat uerbum Fauissæ Capitolinæ. Varro rescripsit, in memoria sibi esse, quòd Quintus Catulus curator restituendi Capitolij dixisset: Voluisse se aream Capitolinam deprimere, ut pluribus gradibus in eandem conscenderetur, suggestusq; pro fastigij magnitudine altior fieret: sed facere id non quisse, quoniam Fauissæ impedissent. Id esse cellas quasdam & cisternas, quæ in area sub terra essent, ubi reponi solerent signa uetera, quæ ex eo templo collapsa essent, & alia quædam religiosè donarijs consecratis. At deinde eadem epistola negat quidẽ se in literis inueniffe, cur Fauissæ

Fauissæ Capitolinæ.

Pulpitum, id est, locus sublimior ex quo oratio ad populum haberi solet. Suggestus nimirũ dictus, quod ligna ibi suggerãtur in quibus stari possit.

dictæ sint. Sed Quintum Valerium Soranum solitum dicere ait, quos thesauros Græco nomine appellaremus, priscos Latinos Flauissas dixisse, quòd in eos non rude æs, argentumq́; sed flata signataq́; pecunia conderetur. Coniectare igitur se, detractam esse ex eo uerbo secundam literam, & Fauissas esse dictas cellas quasdam & specus, quibus æditui Capitolini uterentur ad custodiendas res ueteres religiosas.

Capitolij curator.) Capitolium dictum est, quod cum ædis Iouis fundamenta foderentur, qui ob hoc Capitolinus dictus est, caput humanum inuentum sit. Prius enim Tarpeius uocabatur, à uirgine Vestali Tarpeia, quæ à Sabinis necata, ibiq́ sepulta ab historicis traditur.

Donarijs.) Seruius putat donaria loca, in quibus deorum dona reponãtur: sed malè, quum donaria apud probatos scriptores pro ipsis donis accipi inueniamus.

DE SICINIO DENTATO EGREGIO bellatore multa memoratu digna.

CAPVT XI.

Sicinius Dentatus.

Lucium Sicinium Dentatum, qui Tribunus plebis fuit Sp. Tarpeio, A. Thremo Cõsulibus, scriptum est in libris Annaliũ, plus quàm credi debeat, strenuũ bellatorem fuisse: nomenq́; ei factum ob ingentem fortitudinem, appellatumq́; esse Achillem Romanum. Is pugnasse in hostem dicitur centum & XX. prælijs. Cicatricem auersam nullam, aduersas quinq́; & quadraginta tulisse. Coronis esse donatum aureis octo, obsidionali una, muralibus tribus, ciuicis quatuordecim, torquibus tribus & octoginta, armillis plus centum sexaginta

Achilles Romanus.

ginta, hastis duodeuiginti. Phaleris item donatus est quinquies uiciesq́;. Populi militaria dona habuit multijuga, in his prouocatoria pleraq́;. Triumphauit cum imperatoribus suis triumphos nouem.

Dentatus.) De Sicinio Dentato Plin. lib. 7. cap. 28. Valer. Max. & Solinus in Polyhi.

Torquibus.) Torquis circulus est flexilis ex auro obtorto, colli ornamentum, & summi pectoris, utroq́; genere tam masculino quàm fœminino ab eruditis usurpatur. Gell. lib. 9 cap. 13. Caput Galli pręcidit, torquem detraxit, eumq́; sanguinolentum in collum posuit. Refert Plinius quod scitu dignum est: Torquibus aureis auxiliares externos donatos à Romanis fuisse, at ciues non nisi argenteis.

Phaleris donatus) Phaleræ non tam equorum quàm equitum nobilium sunt ornamenta, ueluti ex Liuij lib. quodam colligere est, quo sic scribit: Comitia Flauij ędilicia tantùm habuisse indignitatis, ut plerique nobilium aureos annulos & phaleras deponerent. Plin. refert lib. 33. olim ab ordine equestri phaleras fuisse positas ex indignatione. Inde phalerata dicta apud Terent. pro honestis & ornatis.

CONSIDERATA PERPENSA'QVE LEX quædam Solonis, speciem habens primorem iniquæ iniustæq́; legis, sed ad usum & emolumentum salubritatis penitus repertam.

CAPVT XII.

IN legibus Solonis illis antiquißimis, quæ Athenis axibus ligneis incisæ sunt, quasq́; latas ab eo, Athenienses (ut sempiternæ manerent) pœnis & religionibus sanxerunt: legem esse Aristoteles refert scriptam ad hanc sentētiam: Si ob discordiam dissensionemq́; se- Solonis legis sentētia.

ditio atq; discessio populi in duas parteis fieret, & ob eam causam irritatis animis utrinq; arma caperentur, pugnareturq;, tum qui in eo tempore, in eoq; casu ciuilis discordiæ, non alterutra parte sese adiunxerit, sed solitarius separatusq; à communi malo ciuitatis secesserit, is domo, patria, fortunisq; omnibus careto, exul, extorrisq; esto. Cùm hanc legem Solonis singulari sapientia præditi, legissemus, tenuit nos grauis quædam in principio admiratio, requirentes quam ob causam dignos esse pœna existimarit, qui se procul à seditione & ciuili pugna remouissent. Tū qui penitus atque altè usum ac sententiam legis inspexerat, non ad augendam, sed ad desinendam seditionem, legem hanc esse dicebat: & res prorsum se sic habent. Nam si boni homines, qui in principio coërcendæ seditionis impares fuerint, populumq; percitum & amentem non deterruerint, ad alterutram partem diuisi sese adiunxerint: tum eueniet, ut cùm socij partis seorsum utriusq; fuerint, eoq; partes ab ijs, ut maioris autoritatis uiris, temperari ac regi cœperint, concordia per eos potissimùm restitui conciliariq; poßit, dum & suos apud quos sunt, regunt atq; mitificant, & aduersarios seruatos magis cupiunt, quàm perditos. Hoc idem Phauorinus philosophus inter fratres quoq; aut amicos dißidenteis oportere fieri censebat, ut qui in medio sunt utriusq; partis beneuoli, si in concordia admittenda pa rum

rum autoritatis, quasi ambigui amici habuerint, tum alter in alteram partem discedat: ac per id meritum uiam sibi ad utriusq; concordiam muniat. Nunc autem pleriq; (inquit) patris utriusq; amici, quae si probè faciant, duas litigātes destituunt & relinquūt, deduntq; eos aduocatis maleuolis aut auaris, qui lites animasq; eorum inflamment, aut odij studio, aut lucri.

LIBEROS IN MVLTITVDINIS NVMERO etiam unum filium filiámue ueteres dixisse.

CAPVT XIII.

Antiqui oratores, historiaeq; aut carminum scriptores, etiam unum filium filiam'ue, liberos multitudinis numero appellarunt. Id quoq; nos cùm in compluriū ueterū libris scriptum aliquoties aduerteremus, nunc quoq; in libro Sempronij Asellionis rerū gestarum quinto ita positū esse *ostendimus. Is Asellio sub P. Scipione Africano Tribunus militum ad Numantiam fuit, resq; eas, quibus gerendis ipse interfuit, conscripsit. Eius uerbi de Tiberio Graccho Tribuno plebis, quo in tempore interfectus in Capitolio est, haec sunt: Nam Gracchus, domo cùm proficisceretur, nunq̃ minus terna aut quaterna milia hominū sequebantur. Atq; inde infrà de eodem Graccho ita scripsit: Orare cœpit ut se defenderent, liberosq; suos: eum quem uirilis sexus tum in eo tempore habebat, produci iussit, populoq; commendauit propè flens.

Liberi.

*Alij offendimus habent, quasi non dedita opera inuenimus, malim & egò offendimus legere.

Propter diuinā eloquētiam, qua seditiones multas mouit in populo.

Liberos appellarunt) Liberorum appellatione antiqui scriptores unum filium filiámue appellarunt. Et apud Iurisconsult. scriptum legimus: Liberorum uoce, nepotes quoque contineri. Item Titulo de uerborũ significatione, sic inquit Callistratus Iurisconsultus. Liberorũ appellatione nepotes, & pronepotes, cæteríque qui ex his descendunt, continentur. Hos enim omnes Liberorum appellatione lex duodecim tabularum comprehendit.

Ad Numantiam) De obsidione Numantiæ per Scipionem, Florus lib. Epithomatis 2. Porrò T. Graccho Tribuno plebis legem agrariam aduersus uoluntatem Senatus & equestris ordinis ferenti, ne quis plus M. agri iugera possideret, ob eamque potissimũm rem iterum Tribun⁹ creari uellet Gracchus, autore Cornelio Nasica in Capitolio à primatibus occisus est, & inter alios, qui in eadem seditione occisi erant, in flumen proiectus fuit à Lucretio ædili, auto. Plin.

QVOD M. CATO IN LIBRO QVI INscriptus est contra Tiberium exulem, Stitisses uadimonium per i literam dicit, non Stetisses: eiúsque uerbi ratio reddita.

CAPVT XIIII.

Sistere est se uel aliũ præsentem exhibere ad præstitutã diẽ, corã iudice, uel Prætore. Vnde & uadimonium sisti.

IN libro uetere M. Cato. qui inscribitur contra Tiberium exulem, scriptum quidem sic erat: Quid si uadimonium capite obuoluto stitisses? Rectè ille, Stitisses scripsit. Sed falsi & audaces emendatores, e scripto, per libros Stetisses fecerunt, tanquam Stitisses uanum & nihili uerbum esset: quin potiùs ipsi nequam & nihili sunt, qui ignorant Stitisses dictum à Catone, quoniam sisteretur uadimonium, non staretur.

QVOD

QVOD ANTIQVITVS AETATI SENECTÆ potissimum habiti sunt ampli honores: & cur posteà ad maritos & patres ijdem isti honores delati sint, atque ibi quædam de capite legis Iuliæ septimo.

CAPVT XV.

Apud antiquißimos Romanorũ, neq; generi, neq; pecuniæ præstantior honos tribui, quàm ætati solitus. Maioresq; natu à minoribus colebantur, ad deûm propè & parentum uicem. Atq; in omni loco, inq; omni specie honoris priores potioresq; habiti. A conuiuio quoq; (ut scriptum est in antiquitatibus) seniores à minoribus domum reducebantur: eumq; morem accepisse Romanos à Lacedæmonijs traditũ est: apud quos Lycurgi legibus maior rerum omnium honos maiori ætati habebatur. Sed postquàm soboles ciuitati necessaria uisa est, & ad prolem populi frequentandã præmijs atq; inuitamentis usus fuit, tum antelati quibusdã in rebus, qui uxorem, quiq; liberos haberent, senioribus neq; liberos, neq; uxores habentibus. Sicuti capite septimo legis Iuliæ, priori ex Consulibus fasces sumendi potestas sit, non qui plureis annos natus est, sed qui plureis liberos quàm collega, aut in sua potestate habet, aut bello amisit. Sed si par utriq; numerus liberorum est: maritus, aut qui in numero maritorum est, præfertur. Si uerò ambo & mariti, & patres totidem liberorũ sunt: tum ille pristinus honos instauratus, & qui maior natu est, prior fasces sumit. Super ijs autem,

qui aut cœlibes ambo sunt, aut parem numerum filiorum habent, aut mariti sunt, & liberos non habent, nihil scriptum in lege de ea ætate est. Solitos tamen audio, qui lege potiores essent, fasces primi mensis collegis concedere, aut longè ætate prioribus, aut nobilioribus multò, aut secundum consulatum ineuntibus.

QVOD CESELLIVS VINDEX A SVLpitio Apollinari reprehensus est in † sensus Vergiliani enarratione.

† uersus

CAPVT XVI.

Vergilij uersus sunt è libro sexto:

Ille uides pura iuuenis qui nititur hasta,
Proxima sorte tenet lucis loca: primus ad auras
Aethereas Italo commistus sanguine surget
Syluius Albanum nomen, tua posthuma proles:
Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux
Educet syluis regem, regumq; parentem:
Vnde genus longa nostrum dominabitur Alba.

Videbantur hæc nequaquam conuenire,

– Tua posthuma proles, &
Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux
Educet syluis regem.

Nam si hic Syluius, ut in omnium fermè Annalium monumentis scriptum est, post mortem patris natus est, ob eamq; causam prænomen ei impositum hoc fuit: qua ratione subiectum est?

Quem

Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux
Educet syluis.

Hæc enim uerba significare uideri possunt, Aenea uiuo ac iam sene, natum ei Syluium & educatum. Itaque hanc sententiam esse uerborum istorum Cesellius opinatur in commentario lectionum antiquarum: Posthuma (inquit) proles non eum significat, qui patre mortuo, sed qui postremo loco natus est: sicuti Syluius, qui Aenea iam sene, tardo seroq; partu est êditus. Sed huius historiæ autorem nullum idoneum nominat. Syluiū autem post Aeneæ mortem (sicut diximus) natum multi tradiderunt. Idcirco Apollinaris Sulpitius inter cætera, in quibus Cesellium reprehendit, hoc quoq; eius quasi erratum animaduertit. Erroris'q; istius hanc esse caussam dixit, quòd scriptum ita sit: Quem tibi longæuo, inquit, non seni. Significatio enim est contra historiæ fidem, sed in longum iam æuum & perpetuum recepto immortaliq; facto. Anchises enim, qui hæc dicit ad filium, sciebat eum, cùm hominum uita discessisset, immortalem indigetem futurum, & lōgo perpetuoq; æuo potiturū: Hoc sanè Apollinaris argutè. Sed aliud tamen est longū æuum, aliud perpetuum. Neq; dij longæui appellantur, sed immortales.

Sub Traianois uitam egir, &c.

Indigetes dicuntur quasi inter deos agentes, & sunt qui ex hominibus in deorum numerū referātur uirtutū Heroicarū caussa, Græci Heroas appellant.

CVIVSMODI NATVRAM ESSE QVARVNDAM præpositionum M. Cicero animaduerterit: discepratumq; ibi super eo ipso, quod Cicero obseruauerat.

CAPVT XVII.

In & Con. Obseruatè, accuratè. Gellianū est prouerbiū, alibi non temerè reperitur.

OBseruatè curioseq; animaduertit M. Tullius, In & Con, præpositiones, uerbis aut uocabulis præpositas, tunc produci atq; protendi, cùm literæ sequærentur, quæ primæ sunt in Sapiente atq; Felice, in alijs autem omnibus correptè pronunciari. Verba Ciceronis hæc sunt: Quid uerò hoc elegantiùs, quod non fit natura, sed quodā instituto? Inclytus dicimus breui prima litera, Insanus producta, Inhumanus breui, Infelix longa. Et ne multis, quibus in uerbis eæ primæ literæ sunt, quæ in Sapiente atq; Felice, productè dicuntur: in cæteris omnibus, breuiter: Itemq;: Composuit, Consueuit, Concrepuit, Confecit, consule ueritatem, reprehendet: refer ad aureis, probabunt. Quære cur ita sit? dicent, probè se iuuari: uoluptati autem aurium morigerari debet oratio. Manifesta quidem ratio suauitatis est in his uocibus, de quibus Cicero locutus est. Sed quid dicemus de præpositione Pro? quæ quum produci & corripi soleat, obseruationem hanc tamen M. Tullij aspernata est. Non enim semper producitur, cùm sequitur ea litera, quæ prima est in uerbo Felice: quam Cicero hanc habere uim significat, ut propter eam rem In, & Con, præpositiones producantur. Nam Proficisci, & Profundere, & Profugere, & Profanum, & Profestum correptè dicimus: Proferre autem, & Profligare, & Proficere, productè. Cur igitur

Inclytus. Insanus. Inhuman⁹. Infelix.

Pro.

Proficisci. Profundere Profugere. Profanum. Profestum. Proferre. Profligare. Proficere.

tur ea litera, quam Cicero Productionis caussam facere obseruauit, non in omnibus consimilibus eandē uim aut rationis, aut suauitatis tenet, sed aliam uocem produci facit, aliam corripi? neq; uerò Con, particula, tum solùm producitur, cùm ea litera, de qua Cicero dicit, insequitur. Nam & Cato & Sallustius: Fœnoribus, inquiunt, coopertus est. Propterea Colligatus & Connexus, productè dicuntur. Sed tamen uideri potest in ijs, quæ posui, ob eam caussam particula hæc produci, quoniam eliditur ex ea N litera. Nam detrimentum literæ, productione syllabæ compensatur. Quod quidem etiam in eo seruatur, quod est Cogo. Neq; repugnat, quòd Coëgi & correptè dicimus. Non enim salua συναιρέσει dicitur à uerbo, quod est Cogo.

Con.) Con in compositione complexa f, ut confero, confido, confestim, confertus: eodem modo s, ut consulo, conscendo, consono, consisto, consul, producitur. Eadem alijs literis præposita corripitur, cōduco, cōtineo, conuoco, conuerto, comprehendo, & sic in similibus. Hæc Diome. in 2.

QVOD PHAEDON SOCRATICVS SERuus fuit, quodq; itē alij cōplusculi seruitutē seruierunt. CAPVT XVIII.

Phædon. Macro. li. 1. cap. 11.

PHædon Elidensis ex cohorte illa Socratica fuit, Socratiq; & Platoni per fuit familiaris. Eius nomini Plato illum librū diuinum de immortalitate animæ dedit. Is Phædon seruus fuit, forma atq; ingenio liberali, & (ut quidā scripserūt) à lenone domino puer ad

Sectio est, cū dicit per fuit familiaris ac si dicat perfamiliaris.

Laërtius nõ Cebetem eũ sed Alcibiadem uocat, &c.

ad merendum coactus. Eum Cebes Socraticus hortãte Socrate emisse dicitur, habuisseq́; in philosophiæ disciplinis. Atq; is posteà philosophus illustris fuit: sermonesq́; eius de Socrate admodùm elegantes leguntur.

Menippus.

Alij quoq; non pauci serui fuerunt, qui post philosophi clari extiterunt. Ex quibus ille Menippus fuit, cuius libros M. Varro in Satyris æmulatus est, quas alij Cynicas, ipse appellat Menippeias. Sed & Theophrasti Peripatetici seruus Põpilius, & Zenonis Stoici seruus, qui Perseus uocatus est, & Epicuri, cui nomen Mus fuit, philosophi non incelebres uixerũt. Diogenes etiam Cynicus seruitutẽ seruiuit, sed is ex libertate in seruitutem uenum ierat: quem cùm emere uellet Xeniades Corinthius, & quid is artificij nouisset, percontatus foret: Noui, inquit Diogenes, hominibus liberis imperare. Tum Xeniades responsum eiusdem miratus, emit, & manumisit: filiosq́; suos ei tradẽs: Accipe (inquit) liberos meos, quibus imperes. De Epicteto autem philosopho nobili, quòd is quoq; seruus fuit, recentior est memoria, quàm ut scribi quasi obliteratum debuerit. Eius Epicteti etiã de se scripti duo uersus feruntur, ex quibus latenter intelligas, non omnes modò dijs exosos esse, qui in hac uita cum ærumnarum uarietate luctantur, sed esse arcanas caussas, ad quas paucorum potuit peruenire curiositas.

Mus.

Diogenes Cynicus.

Xeniades Corinthius.

Epictetus.

Δοῦλος ἐπίκτητος γενόμην καὶ σώματι πηρὸς,

καὶ

καὶ πενιχρὸς ἔην, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

RESCIRE VERBVM QVID SIT, ET quam habeat ueram & propriam significationem.

CAPVT XIX.

Verbum Rescire obseruauimus uim habere propriam quandam, non ex cõmuni significatione cæterorum uerborum, quibus eadem præpositio Re *imponitur. Neq; ut Rescribere, Relegere, Restituere dicimus, itidem Rescire. Nam qui factum aliquod occultius, aut inopinatum insperatumq́; cognoscit, is dicitur propriè rescire. Cur autẽ in hoc uño uerbo Re, particula huius sententiæ uim habeat, equidem adhuc quæro. Aliter enim dictum esse Resciui aut Rescire apud eos, qui diligenter locuti sunt, nondum inuenimus, quàm super his rebus, quæ aut occulto consilio latuerint, aut contra spem opinionem'ue usu uenerint, quanquam ipsum Scire de omnibus communiter rebus dicatur, uel aduersis, uel prosperis, uel insperatis, uel expectatis. Næuius in* Triphalo *ita scripsit:*

Rescire

Si unquam quicquam filium resciuero
Argentum amoris causa sumpsisse mutuum,
Extemplò illò te ducam, ubi non despuas.

*Bap. Pius Ityphallo legit.

Claudius Quadrigarius in I. *Annali:*

Ea Lucani ubi resciuerunt sibi per fallacias uerba data esse. Idem Quadrigarius in eodem libro in re tristi, & inopinata, uerbo isto ita utitur: id ubi resciuerunt

pro-

propinqui obsidũ, quos Pontio traditos suprà demonstrauimus, eorũ parẽtes cum propinquis capillo passo in uiam prouolarunt. M. Cato in IIII. Originum: Deinde Dictator iubet postridie magistrum equitum arcessi. Mittam te, si uis (inquit) cum equitibus. Serò est, inquit magister equitum, iam resciuêre.

QVAE VVLGO DICVNTVR VIVARIA, id uocabulum ueteres non dixisse: & quid pro eo P. Scipio in oratione ad populum, quid posteà M. Varro in libris de Re rustica dixerit, usurpatum.

CAPVT XX.

Viuaria. Leporaria. Ornithones. Villaticę pastionis, id est, nutrimonis quæ in uilla fit. Pasci brutorum animalium est propriè.

Viuaria, quæ nunc dicuntur septa quædam loca, in quibus feræ uiuæ pascũtur, M. Varro in lib. de Re rustica III. dicit leporaria appellari. Verba Varronis subieci: Villaticæ pastionis genera sunt tria, ornithones, leporaria, piscinæ. Nũc Ornithones dico omnium alitum, quæ intra parietes uillæ solent pasci. Leporaria te accipere uolo, non ea quæ tritaui nostri dicebant, ubi soli lepores sint, sed omnia septa ædificia uillæ, quæ sunt & habent inclusa animalia quæ pascuntur. Is item infrà in eodem lib. ita scribit: Cùm emisti fundum Tusculanũ à M. Pisone, in leporario apri fuêre multi. Viuaria autem quæ nunc uulgus dicit, sunt quos παραδείσους Græci appellant: quæ autem leporaria Var. dicit, haud usquam memini apud uetustiores scriptum. Sed quod apud Scipionem omnium ætatis suæ purißimè locatum legimus Roboraria, aliquot

Romæ

Romæ doctos uiros dicere audiui id significare, quod nos Viuaria dicimus: appellatáq; esse à tabulis roboreis, quibus septa essent, quod genus septorũ uidimus in Italia locis plerisq;. Verba ex oratione eius contra Clau. Asellium quinta hæc sunt: Vbi agros optimè cultos, & uillas expolitißimas uidisset, in his regionibus excelsißimo locorum murum statuere aiebat: inde corrigere uiam alijs per uineas medias, alijs per roborarium atq; piscinam, alijs per uillam. Lacus uerò & stagna quæ piscibus uiuis coërcentur clausa, suo atq; proprio nomine piscinas nominauerunt. Apiaria quoque uulgus dicit loca, in quibus siti aluei apum: sed neminẽ eorum fermè, qui incorruptè loquti sunt, aut scripsisse memini, aut dixisse. M. autem Varro de Re rustica III μελισσῶνες, ut ἀμπελῶνες, id est, δαφνῶνες inquit, ita facere oportet, quæ quidem Mellaria appellabant. Sed hoc uerbum quo Varro usus est, Græcũ est: nam μελισσῶνες ita dicuntur.

Piscina.

Apiaria.

Melissones Mellaria.

Ornithones.) Auiaria, nam Græcis ὄρνιον, auis dicitur.

Paradysus) Ratione uocabuli aliud significat nihil quàm hortum fluuijs irriguũ, à præpositione παρὰ, quæ iuxta significat, & δεύω uerbo, quod irrigo significat, hæc Suidas.

SVPER EO SIDERE, QVOD GRAECI ἅμαξαν, nos Septentriones uocamus, ac de utriusq; uocabuli ratione & origine.

CAPVT XXI.

AB Aegina in Pyræum compluſculi earundẽ diſciplinarum ſectatores Græci Romaniq́; homines eadẽ in naui tranſmittebamus: nox fuit, & clemẽs mare, & anni æſtas, cœlumq́; liquidè ſerenum, ſedebamus ergo in puppi ſimul uniuerſi, & lucentia ſidera conſiderabamus. Tum quiſpiam ex iis, qui eodem in numero Græcas res eruditi erant, quid ἅμαξα eſſet, quid ἄρκτος, quid βοώτης, & quænam maior ἄρκτος, & quæ minor, & cur ita appellata, & quam in partem procedentis noctis * ſpacium mouerentur, & quamobrem Homerus ſolam eam non occidere dicat, cum & quædã alia ſcitè, tum iſta omnia ac peritè diſſerebat: hîc ego ad noſtros iuuenes conuertor: & quid inquam, uos opici dicitis mihi? quare quod ἅμαξαν Græci uocant, nos Septentriones uocamus. Non enim ſatis eſt quòd ſeptem ſtellas uidemus, ſed quid hoc totum, quod Septẽtriones dicimus, ſignificet, ſcire inquã id prolixiùs uolo. Tum quiſpiã ex iis, qui ſe ad literas memoriasq́; ueteres dediderat: Vulgus, inquit, Grammaticorum Septentriones à ſolo numero ſtellarum dictũ putat. Triones enim per ſeſe nihil ſignificare aiũt, ſed uocabuli eſſe ſupplementũ, ſicut in eo, quod Quinquatrus dicamus, quod quinq; ab idibus dierum numerus ſit, Atrus nihil: ſed ego quidem cum Lælio, & M. Var. ſentio, qui Triones ruſtico uocabulo boues appellatos ſcribunt, quaſi quoſdam teriones, hoc eſt, arandæ co-

Aegina inſula eſt, q̃ abeſt xii. milia paſſuum à portu Athenienſium, q Piræum appellatur, ut ſcribit Plin.

* ſpacio

Huius autẽ rei cauſſa eſt, quòd attingit ex una parte circulum Arcticon, atq; ex altera Polum Boreũ, qui nobis nunquam occidit, teſte etiam Vergil. in Georgicis.

Quinquatrus quintus dies eſt Idus Martii, in quo ſacra fiebant Mineruæ, quæ

dæ colendæq; terræ idoneos. Itaq; hoc sidus, quod à figura posituraq; ipsa, quia simile plaustri uidetur, anti qui Græcorum ἅμαξαν dixerunt, nostri quoq; ueteres à bubus iunctis Septentriones appellarunt, id est, à septem stellis, ex quibus quasi iuncti Triones figurantur. Præter hanc, inquit, opinionē, id quoq; Varro addit: dubitare sese, an propterea magis hæ septem stellæ Triones appellatæ sint, quia ita sunt sitæ, ut ternæ stellæ proximæ quæq; inter sese faciāt trigonas, id est, triquetras figuras. Ex his duabus rationibus, quas ille dixit, quod posterius est, subtilius elegantiusq; uisum est. Intuentibus enim nobis in illud, ita propemodum res erat, ut ea forma esset, ut triquetra uideretur.

Quinquatria sunt appellata, autor Festus Pomp.

Triangularis figura. Triquetra est, quæ tres angulos, ac totidem latera æqualia habet. Sic libro 3. Carolus Bouill.

Opici.) Ita legendum est: Nam autore Pomp. priscis Latinis quicquid mundiciæ sermoni aduersum erat, opicum appellabat, uel ab Osco sermone, uel ab ops, opis, quod terram significat, quasi terrei & agrestes essent.

DE VENTO IAPYGE, DEQVE ALIORUM uentorum uocabulis, regionibusq;, accepta à Phauorini sermonibus.

CAPVT XXII.

APud mensam Phauorini in cōuiuio familiari legi solitum erat, aut uetus carmē Melici poëtæ, aut historia partim Græcæ linguæ, aliâs Latinæ. Legebatur ergo tūc ibi in carmine Latino ἰάπυξ uētus, quæsitumq; est, quis hic uētus, & quibus ex locis spiraret, & quæ tam infrequentis uocabuli ratio esset. Atq; etiā

Melici poëtæ, id est, Lyrici.

Iapyx.

petebamus, ut super cæterorum nominibus regionibusq; ipse nos docere uellet: quia uulgò neq; de appellationibus eorum, neq; de finibus, neq; de numero conueniret. Tũ Phauorinus ita fabulatus est: Satis, inquit, notum est, limites regionesq; esse cœli quatuor, exortum, occasum, Meridiẽ, Septẽtrionem. Exortus & occasus mobilia & uaria sunt. Meridies Septentrionesq; statu perpetuo stant & manent. Oritur enim sol non indidem semper, sed aut æquinoctialis oriens dicitur, cùm in circulo currit, qui appellatur ἰσονύκτιος, aut ἰσημερινός, aut solstitialis, aut brumalis, quæ sunt θεριναὶ τροπαὶ καὶ χειμεριναί. Item cadit sol non in eũdem semper locũ: fit enim similiter occasus eius, aut æquinoctialis, aut solstitialis, aut brumalis. Qui uentus igitur ab Oriente uerno. i. æquinoctiali uenit, nominatur Eurus ficto uocabulo, ut isti ἐτυμολογικοὶ aiũt, ἀπὸ τῆς ἕω ῥέων. Is alio quoq; à Græcis nomine ἀπηλιώτης, à Romanis nauticis Subsolanus cognominatur. Sed qui ab æstiua & solstitiali orientis meta uenit, Latinè Aquilo, Boreas Græcè dicitur, eumq; propterea quidam dicunt ab Homero αἰθρηγενέτην appellatum. Boream autem putant dictum ἀπὸ τῆς βοῆς, quoniam sit uiolenti flatus & sonori. Tertium uentum, qui ab Oriente hyberno spirat, Vulturnum Romani uocant. Eum pleriq; Græci misto nomine, quòd inter Notum & Eurum sit, εὐρόνοτον appellant. Hi sunt igitur tres uenti Orien-

Ventorum descriptio.

Nam ἴσος æqualis est & νύξ nox.

Eurus.

Apeliotes. Subsolan⁹.

Aquilo. Boreas.

Id est, sudificum.

Vulturnus.

Euronotus.

Orientales, Aquilo, Vulturnus, Eurus, quorum medius Eurus est. His oppositi & contrarij sunt alij tres occidui, Caurus, quem solent Græci ἀργέστην uocare: is ad uersus Aquilonē flat. Itē alter Fauonius, qui Græcè uocatur ζέφυρος, is aduersus Eurū flat. Tertius Africus qui Græcè uocatur λίψ: is aduersus Vulturnum flat. Eæ duæ regiones cœli Orientis Occidentisq; inter sese aduersæ sex habere uentos uidentur. Meridies autem quoniam certo atq; fixo limite est, unum Meridionalē uentum habet, is Latinè Auster, Græcè νότος nominatur, quoniā est nebulosus atq; humectus: νοτὶς enim Græcè humor nominatur. Septentriones autem habēt ob eandem causam unum: is obiectus directusq; in Austrum, Latinè Septētrionarius, Græcè ἀπαρκτίας appellatus. Ex his octo uentis, alij quatuor detrahūt uentos, atq; id facere se dicunt Homero autore, qui solos quatuor uentos nouerit: Eurum, Austrum, Aquilonem, Fauonium. Versus Homeri sunt:

Caurus. Argestes. Fauonius. Zephyrus. Africus. Lips. ζέφυρος. quasi uitam ferens. Auster. Notus. Septentrionarius. ἀπαρκτίας. Qui fons ingeniorū dicitur à Plin. lib. 28.

Σὺν δ᾽ εὖρός τε νότος τ᾽ ἔπεσε ζέφυρός τε δυσαὴς
Καὶ βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων.

A quatuor cœli partibus, quas quasi primas nominauimus: Oriente scilicet atq; Occidente, latioribus atque simplicibus, nō tripartitis. Partim autem sunt, qui pro VIII. XII. faciunt, inter hos quatuor in media loca inserentes: cum Meridie Septentriones, eadem ratione, qua secūdi quatuor insiti sunt inter primores duos

apud Orientē Occidentemq́. Sunt porrò alia quædam nomina quasi peculiarium uentorū, quæ incolæ in suis quiq; regionibus fecerunt, aut ex locorum uocabulis, in quibus pollent, aut ex aliqua causa, quæ ad faciendum uocabulum acciderat. Nostri nanq; Galli uentum *ex sua terra flantem, quem sæuißimum patiuntur,* Circium *appellant à turbine (opinor) eius ac uertigine:* ἰάπυγα *ex ipsius* Appuliæ *oræ proficiscentem quasi finibus,* Appuli *eodē quo ipsi nomine* Iapygem *dicunt.* Eum *esse propemodùm* Caurum *existimo.* Nam *&* est Occidentalis, *& uidetur aduersus* Eurum *flare.* Itaq; Vergilius Cleopatram *è nauali prælio in* Aegyptū *fugientem, uento* Iapyge *ferri ait: equum quoq;* Appulum *eodem quo uētum uocabulo* Iapygem *appellauit.* Est *etiam uentus nomine* Cæcias, *quem* Aristoteles *ita flare dicit, ut nō nubes procul propellat, sed ut ád sese uocet, ex quo uersum istum prouerbialem factum ait:* κακὰ ἐφ᾽ ἑαυτὸν ἕλκων ὡς καικίας νέφος. Præter *hos autem, quos dixi, sunt alij plurifariam uenti commenticij, suæ quisq; regionis indigenæ, ut est* Horatianus *quoq; ille* Atabulus, *quos ipse quoq; executurus fui: addidissemq́; eos, qui* Etesiæ *&* Prodromi *appellantur, qui certo tēpore anni, cùm* Canis *oritur, ex alia atq; alia parte cœli spirant, rationesq́; omnium uocabulorū (quia plus paulò adbibi) effudissem, nisi multa iam prorsus omnibus uobis reticentibus uerba fecissem,*

Nā Phauorinus hic ex Gallia oriūdus erat, ut testatur Philostratus in uitis Sophistarum.

Caurus.

Cæcias.

Atabulus.

Etesiæ.

Prodromi.

eissem, quasi fieret à me ἀκρόασις ἐπιδεικτική. In conuiuio autem frequenti loqui solū unum, neq; honestum est (inquit) neq; commodum: Hæc nobis Phauorinus in eo quo dixi tempore apud mensam suam summa cum elegātia uerborum, totiusq; sermonis comitate atque gratia denarrauit. Sed quod ait, uentum, qui ex terra Gallia flaret, Circium appellari, M. Cato in libris Originum eum uentum Cercium dicit, non Circium. Nam cùm de Hispanis Alpinis scriberet, qui circa Iberū colunt, uerba hæc posuit: Sunt in his regionibus ferrariæ argentifodinæ pulcherrimæ: Mons ex sale mero magnus: quantum demas, tantum accrescit. Ventus Cercius cùm loquare, buccam implet. Armatum hominem, plaustrum oneratum percellit. Quod suprà autem dixi ἐτησίας ex alia & alia parte cœli flare, haud scio an secutus opinionem multorum, temerè dixerim. P. Nigidij in II. librorum, quos de uento composuit, uerba hæc sunt:

Argentifodinæ.

Et Austri anniuersarij secundo sole flant.

Considerandum igitur est, quid sit secundo sole.

Paucorum uerborum hic est defectus.

Non satis intelligo, quid intelligat per solem secundum, an clarum & serenum, an aliud quiddam.

Carmine Latino.) Arbitror hunc Latinum poëtam Horatium extitisse, in cuius carmine lib. 1. Odarum sic usurpatur:

Sic te Diua potens Cypri,
Sic fratres Helenæ lucida sidera,
Ventorumq; regat pater,
Obstrictis alijs, præter Iapyga.

Neq; de numero conueniret.) Consensus esset: quidam enim quatuor numerant tantùm, alij octo, nōnulli

huius rei nobis uenit: Cæcilij Plotium legebamus: haud quaquam mihi, & qui aderāt, displicebat. Libitum est Menandri quoq; Plotiū legere, à quo istā Comœdiam uerterat. Sed enim postquam in manus Menander uenit, à principio statim (dij boni) quantum stupere, atq; frigere, quantumq; nutare à Menandro Cæcilius uisus est. Diomedis hercle arma & Glauci, nō dispari magis precio æstimata sunt. Accesserat de hinc lectio ad eum locū, in quo maritus senex super uxore diuite atq; deformi querebatur, quòd ancillam suam, non inscito pu ellam ministerio, & facie nō illiberali, coactus erat ue nundare, & suspectam uxori quasi pellicem. Nihil dicā ego quantum differat uersus utriusq; eximius: sit satis, alijs ad iudicium faciendum exponi. Menander sic:

Aemulari, ex æquo reddere.

Nutare, id est, declinare, abesse.

ἐπ' ἀμφοτέραν ἰν' ἐπίκληρος ἢ μέλλειν καθευδήσειν
κατεργάσασα μέγα, καὶ περιβόητον ἔργον
ἐκ τῆς οἰκίας ἐξέβαλε τὴν λυποῦσαν, ἣν βούλετο.
ἵν' ἐπιβλέπωσι πάντες εἰς τὸ κρεωβύλης πρόσωπον
ἦγ' εὔγνωστος εἶχέ με γυνὴ δέσποινα.
καὶ τὴν ὄψιν ὧν ἐκτήσατο ὄνος ἐν πιθήκοις
τὶ τὸ λεγόμενον ὂν ἐστι δὴ τοῦτο σιωπᾶν βούλομαι.
τὴν νύκτα τὴν πολλῶν κακῶν ἀρχηγόν.
οἴμοι κρεωβύλην λαβεῖν ἐμέ. καὶ δέκα τάλαντα,
* γύναιον οὖσα τηχέως. εἶτ' ἐστὶ τὸ φρύαγμα
ἔι πως ἀνυπόστατον. Δία τὸν ὀλύμπιον,
καὶ ἀθηνᾶν οὐδαμῶς παιδισκάριον, θεραπευτικὸν δὲ

ἐπίκληρος.) Filius qui omnē patris substātiam hæreditario iure obtinet dicitur, siue ipse pater sit superstes, siue ex uita discesserit, autor Iulius Pollux de Rerum uocabulis l. 3.

* Fortassis γυναικῶν.

λόγου τάχιον, ἀπαγέσθω δ' ἔτις ἢ ἄξ ἀντεισαγάγοι.

Cæcilius autem sic:

SENEX. Is demũ miser est, qui ærumnã suam nequit
Occultare. M. ferre ita me uxor forma, & factis facit.
Si taceam, tamen indicium est: quæ nisi dotem, omnia
Quæ nolis, habet: qui sapit, de me discet, qui quasi
Ab hoste captus liberè seruio, salua urbe atq; arce.
Quæ mihi quicq̃ placet, eo priuatũ, uin' me seruatum?
Dum eius mortem inhio, egomet uiuo mortuus
Inter uiuos. Ea me, clam se, cum mea ancilla ait
Consuetum: id me arguit, ita plorando, orando,
Instando, atq; obiurgando me obtudit, uti eam
Venundarem. nunc credo inter suas æqualeis
Et cognatas sermonem serit: Quæ * nostrarum fuit
* nostrûm Integra ætatula, quæ hoc itidem à uiro
Impetrarit suo, quod ego anus modò
Effeci, pellice ut meum priuarem uirum?
Hæc erunt consilia hodiè: differor sermone miser.

Præter uenustatem aũt rerum atq; uerborum, in duobus libris nequaq̃ parem, in hoc equidem soleo animũ attendere, quòd quæ Menander præclarè & appositè & facetè scripsit, ea Cæcilius nequaq̃ potuit, & quidẽ conatus enarrare. Sed quasi minimè probanda prætermisit, et alia nescio quæ inimica inculcauit: et illud Menandri de uita hominum media sumptum, simplex, & uerũ, & delectabile, nescio quo pacto omisit. Idẽ enim illc

Menandrũ Cæcilio præfert.

ille maritus senex cum altero sene uicino colloquens, & uxoris locupletis superbiam deprecans, hæc ait:

ἔχω δ' ἐπίκληρον λαμίαν οὐκ εἴρηκά σοι
τοῦτ' οὐχὶ κυρίαν τῆς οἰκίας, καὶ τῶν ἀγρῶν.
καὶ πάντων ἀντ' ἐκείνης ἔχομεν * ἀπ' ὅλων χαλεπῶν *Fortassis
χαλεπότατον, ἅπασι δ' ἀργαλέα 'στὶν οὐκ ἐμοὶ μόνῳ. ἀπόλλων. /
ὑῷ πολὺ μᾶλλον θυγατρί. πρᾶγμα
ἄμαχον λέγεις. εὖ οἶδα.

Cæcilius uerò hoc in loco ridiculus magis, quàm personæ isti, quam tractabat, aptus atq; conueniens uideri maluit, sic enim hæc corrupit:

Se. Sed tua morosa'ne uxor quæso est? M. Quã rogas?
S. Qui tandẽ? M. Tædet mentionis: quæ mihi ubi domũ
Adueni, ac sedi, extemplò suauiũ datat ieiuna anima.
S. Nihil peccat de suauio: ut deuomas uolt, quod foris
potaueris.

Quid de illo quoq; loco in utraq; Comœdia posito æstimari debeat, manifestum est. Cuius loci hæc fermè sententia: Filia hominis pauperis in peruigilio uiciata est. Ea res clam patre fuit, & habebatur pro uirgine: ex eo uicio grauida mensibus exactis parturit. Seruus bonæ frugi, cùm pro foribus domus staret, & propinquare partum herili filiæ, atque omnino uicium esse oblatum ignoraret, gemitum & ploratũ audit puellæ in puerperiò enitentis: timet, irascitur, suspicatur, miseretur, dolet. Hi omnes motus eius affectionesq; animi in Gre-

Græca quidē Comœdia mirabiliter acres & illustres: apud Cæcilium autem pigra hæc omnia, & à rerum dignitate atq; gratia uacua sunt. Pòst ubi idem seruus percontando, quid acciderat, reperit, has apud Menandrum uoces facit:

ὦ τρὶς κακοδαίμων ὅς τις ὢν πένης γαμεῖ
καὶ παιδοποιεῖ, ὡς ἀλόγιστός ἐστ' ἀνήρ·
ὃς μήτε φυλακὴν τῶν ἀναγκαίων ἔχει.
εἰ μήτ' * ἀνατειχίσῃ εἰς τὰ κοινὰ τοῦ βίου
ἐπαμφιέσασθαι δύναται τούτοις χρήμασιν.
ἀλλ' ἐν ἀνακατακύπτῳ καὶ ταλαιπώρῳ βίῳ,
χειμαζόμενος ζητῶν μὲν, ἀνιαρὸν δ' ἔχων τὸ μέρος
ἁπάντων ἀγαθῶν οὐ δυνάμενος
ὑπὲρ γὰρ ἑνὸς ἀλέγων, ἅπαντας νουθετῶ.

* Fortaßis ἀνατιχύσῃ.

Ad horum autem synceritatem ueritatemq; uerborum an aspirauerit Cæcilius, cōsideremus. Versus sunt hi Cæcilij, trunca quædam ex Menandro dicentis, & consarcinantis uerba tragici tumoris:

Tragi.) Id est, fastus qui decet Tragœdias, de quo Horat. in Arte: Proijcit ampullas & sesquipedalia uerba: Quæ res uitiosa est in Comœdijs, ut idem Flaccus indicat his uerbis: Versibus exponi tragicis res comica nō uult.

Is demum infortunatus est homo pauper,
Qui educit in egestate liberos: cui fortuna
Et res est, ut continuò pateat. nam opulēto famam
Facilè occultat factio.

Itaq;, ut suprà dixi, cùm hæc Cæcilij uerba seorsum lego, neutiquam uidentur ingrata ignauaq;. Cùm autem Græca comparo & contendo, non puto Cæcilium sequi debuisse, quod assequi nequiret.

Menan-

Menander.) Genere hic Atheniensis fuit, qui plus aliis in ore est nouæ Comœdiæ: ingenio fuit acutissimo, mulierum amore maximè insaniuit, scripsit Comœdias septem & quinquaginta, & epistolas ad Ptolemæum regẽ: ad hæc libros multos oratione soluta: hæc Suidas in Collectaneis.

Translatio est à neruis instrumentorum musicorũ, quæ dum extenduntur ad mutuã consonantiam simul solent tendi.

Oppidò.) Aduerbium hoc malim pronunciare penultima longa, ad differentiam nominis.

Cęcilij Plotium.) De Cęcilio Cicer. lib. 7. Epistolarũ ad Atticum epistola tertia: Sequutusq́ sum, non dico Cęcilium: mane ut ex portu in Piræum, malus enim autor Latinitatis est: sed Terentium, cuius fabellæ propter elegantiam sermonis putabantur à C. Lælio scriptæ.

Diomedis arma.) Homerus Ilia. li. 6. inducit Diomedem Græcum, & Glaucum Lyciorum principem stupidum omnino, uerùm iactabũdum, commutantes arma uicissim in signum ueteris iuris hospitij, & nouę amicitiæ pignus. Arma autem Diomedis ærea erant, & uilia, Glauci autem aurea ac bobus emenda. Hinc est prouerbium, ut quoties significare uolumus, deteriora pro melioribus accepta, dicamus Glauci & Diomedis permutationem esse, cuius meminit & Iustinianus princeps in procœmio Pandectarum iuris ciuilis.

Quę Mimica.) Imitatoria, quibus scilicet ipsum Menandrum ridiculè imitatus est.

An aspirauerit.) Translatio sumpta est ab his qui mõtem ascendunt.

Factio.) Vt inquit Nonius Marcel. malorum & potẽtum mutuus consensus est: inde factiosus, qui studiosus est excitãdę factionis & coniurationis. Verùm, ut idem indicat, opulentiam hoc loco significat. Citaturq́ à Nonio hic Cæcilij locus, sed corruptè.

DE VETERE PARSIMONIA, DEQVE antiquis legibus sumptuarijs.

CAPVT XXIIII.

Parsimo-

Macro. li. 3. cap. 9.

PArsimonia apud ueteres Romanos, & uict9 atq; cœnarum tenuitas non domestica solùm obseruatione ac disciplina, sed publica quoq; animaduersione, legumq; complurium sanctionibus custodita est. Legi adeò nuper in Capitonis Atteij collectaneis senatus decretũ uetus, C. Fannio, & M. Valerio Messala COSS. factum, in quo iubentur principes ciuitatis, qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutitarent, id est, mutua inter sese conuiuia agitarent, iurare apud COSS. uerbis conceptis, non ampliùs in singulas cœnas sumptus esse facturos, quàm centenos uicenosq; æris, præter holus & far & uinum: neq; uino alienigena, sed patrio usuros: neq; argenti in conuiuio plus pondo, quàm libras centum illaturos. Sed post id S C. cùm lex Fannij lata est, quæ ludis Romanis, item ludis plebeijs, & Saturnalibus, & alijs quibusdam diebus in singulos dies centenos æris insumi concessit, decemq; alijs diebus in singulis mensibus tricenos: cæteris autem omnibus diebus denos. Hanc Lucilius poëta legem signat, cùm dicit:

Capito hic scripsit commentaria, &c. uerùm hodiè nulla extant.

Far, id est, panem.

Qui in memoriam urbis conditæ celebrabantur.

Institutis ad plebẽ demulcendã.

Fannij centußisq; misellos.

In quo errauerunt quidam commentariorum in Lucilium scriptores, quòd putauerunt Fannia lege perpetuos in omne dierum genus centenos æris statutos. Centũ enim æris Fannius cõstituit, sicuti suprà dixi, festis quibusdam diebus, eosq; ipsos dies nominauit. Aliorum autem dierum omnium in singulos dies sumptus

inclusit

*inclusit intra æris aliâs tricenos, aliâs denos. Lex dein de Licinia rogata est, quæ cùm certis diebus, sicuti Fannia, centenos æris impendi permisisset, nuptijs ducenos indulsit, cæterisq; diebus statuit æris tricenos: quum et carnis aridæ, & salsamenti certa pondera in singulos dies constituerit. Sed quicquid esset, tum è terra, uite, arboreq;, promiscuè atq; indefinitè largita est. Huius legis Lælius poëta meminit in * Crotopægnijs. Verba Lælij hæc sunt: Quibus hœdum, qui ad epulas fuit allatus, dimissum, cœnamq;, ita ut lex Licinia sanxisset, pomis, holeribusq; instructam: Lex Licinia, inquit, intrò ducitur, lux liquida hœdo redditur. Lucilius quoq; legis istius meminit in his uerbis: Legem uitemus Licini. Postea L. Sylla Dictator, cùm legibus istis situ atq; senio obliteratis, plerique in patrimonijs amplis helluarentur, & familiam pecuniamq; suam prandiorum gurgitibus proluissent, legem ad populum tulit, qua cautum est: Vt calendis, idibus, nonisq; diebus ludorũ & ferijs quibusdam solennibus HS. tricenos in cœnam insumere ius potestasq; esset: cæteris autem alijs diebꝰ omnibus, non amplius ternos: Præter has leges, Aemiliam quoq; legem inuenimus, qua lege nõ sumptus cœnarum, sed ciborum genus, & modus præfinitus est. Lex deinde Antia, præter sumptum æris, id etiam sanxit, ut qui magistratus esset, magistratum'ue capturus esset, ne quò ad cœnam, nisi ad certas personas, itaret.*

Licinia lex.

* Erotopaignijs.

Archaism est cùm lux pro uita ponitur, nam charissimũ quod est in uita, est lux.

Aemilia lex.

Antia lex.

Postre-

Iulia lex. *Postremò lex Iulia ad populũ peruenit, Cæsare Augusto imperante, qua profestis quidẽ diebus ducenti finiuntur: calendis, Idibus, nonis, & alijs quibusdam festiuis, trecenti: nuptijs autem & repotijs HS. millies esse. Etiam dicit Capito Atteius edictum, diui'ne Augusti, an Tiberij Cæsaris, nõ satis commemini: qui edicto per dierum uarias solennitates, à CCC. HS. ad usq; duo milia sumptus cœnarum propagatus est, ut his saltem finibus luxuriæ efferuescentis æstus coërceretur.*

Sumptuarijs,) Id est, in quibus terminus sumptuum certis diebus statuitur.

Lex Fannia.) A Fannio, qui eam rogauit, sic appellata, id est, lex Fannij, qua concessit centum asses consumere, ludis Romanis, Plebeis, & Saturnalibus.

Centenos æris.) Id est, asses. Insumi.) Expendi.

Crotopægnijs.) Exemplaria uulgò, quæ ego uiderim omnia habent: In Erotæ innijs, uerùm legendũ est, Crotopægnijs, id est, in libro quo ludorum plausus tractauit, κροτίω enim plaudo significat, & παίγνιον ludus.

Helluarentur.) Helluo ab eluendo dicitur, qui omnia eluit, nihil'q; in patinis relinquit, ab helluor aris uerbo quod aspiratur, ut patet ex cap. 3. lib. 2.

QVID GRAECI ἀναλογίαν, QVID CONTRA ἀνωμαλίαν uocent.

CAPVT XXV.

Analogia. Anomalia. *IN Latino sermone, sicut in Græco, alij* Αναλογίαν *sequendã putauerunt, alij* Ανωμαλίαν, Αναλογία *est similiũ similis declinatio, quã quidam Latinè proportionem uocant.* Ανωμαλία *est inæqualitas declinationum consuetudinem sequens. Duo aũt Græci Grammatici*

Aristarchus Crates.

matici illustres, Aristarchus & Crates, summa ope, ille ἀναλογίαν, hic ἀνωμαλίαν defensitauit. M. Varronis liber ad Ciceronem de lingua Latina octauus, nullã esse obseruationem similiũ docet. Itaq; in omnibus penè uerbis consuetudinem dominari ostẽdit: Sicuti cùm dicimus, inquit, Lupus lupi, Probus probi, & Lepus leporis. Itẽ Paro paraui, Lauo laui, Pungo pupugi, Tundo tutudi, & Pingo pinxi. Quumq́;, inquit, à Cœno, et Prandeo, & Poto, & cœnatus sum, & pransus sum, & potus sum dicamus: & Astringor, tũ & Extergor, & Lauor, astrinxi, & extersi, & laui dicimus. Item quũ dicamus ab Osco, Thusco, Græco, oscè, thuscè, Græcè: à Gallo tamen & à Mauro, Gallicè & Mauricè dicimus. Item à Probus probè, à Doctus doctè, sed à Rarus non dicitur rarè, sed alij rarò dicunt, alij rarenter. Idem M. Varro in eodem libro: Sentior, inquit, nemo dicit, & id per se nihil est, Assentior tamen ferè omnes dicunt. Sisenna unus Assentio in Senatu dicebat, & eũ postea multi secuti, neq; tamẽ uincere consuetudinem potuerunt. Sed idem Varro in alijs libris multa pro ἀναλογίᾳ tuenda scripsit. Sunt igitur hi tanquam loci quidam communes, contra ἀναλογίαν dicere, & item rursus pro ἀναλογίᾳ.

SERMONES M. FRONTONIS, ET PHAuorini philosophi de generibus colorum, uocabulisq́ eorum Græcis & Latinis: atq; inibi color spadix, & cuiusmodi sit.

CAPVT XXVI.

Hic Fronto rhetor fuit, & floruit Romæ Hadriani tēporibus, de quo Iuuen. Frontonis Platani conuulsáq; marmora clamant. Cuius breuitas & siccitas in epistolis scribendis maximè comprobatur, ut Macrob. in Sat. est autor.

PHauorinus philosophus, cùm ad M. Frontonem consularē pedibus ægrum uiseret, uoluit me quoque ad eum secum ire. Ac deinde cùm ibi apud Frontonem plerisq; uiris doctis præsentibus, sermones de coloribus uocabulisq; eorū agitarentur, quòd multiplex colorum facies, appellationes autem incertæ & exiguæ forent: Plura, inquit, sunt Phauorinus in sensibus oculorum, quàm in uerbis uocibusq; colorum discrimina. Nā ut alias eorū cōcinnitates omittam9, simplices isti, rufi & uirides colores, singula quidem uocabula, multas autem species differentes habent. Atq; eam uocum inopiam in lingua magis Latina uideo, quàm Græca: quippe qua rufus color à rubore quidē appellatus est: Sed quū aliter rubeat ignis, aliter sanguis, aliter ostrū, aliter crocus: has singulas rufi uarietates, Latina oratio singulis proprijsq; uocabulis non demonstrat, omniáq; ista significat una ruboris appellatione: quum tamen ex ipsis rebus uocabula colorum mutuentur, & igneum aliquid dicit, & flammeū, & sanguineum, & croceum, & ostrinum, & aureum. Rufus enim color, & ruber, nihil à uocabulo rufi differunt, neque proprietates eius omnes declarāt: ξανθὸς δὲ καὶ πυῤῥὸς, καὶ ἐρυθρὸς, καὶ φοινικὸς scilicet, habere quasdam distantias coloris rufi uidentur, uel augentes eum, uel remittentes, uel mista quadam specie temperantes. Tum

Rufus color. Ruber.

Fronto ad Phauorinum: Nõ inficias, inquit, imus, quin lingua Græca, quã tu uidêre legisse, prolixior fusiorq; sit, quàm nostra. Sed in ijs tamen coloribus, quibus modò dixisti, designandis, non perinde inopes sumus, ut tibi uidemur. Nõ enim hæc sunt sola uocabula rufum colorem demonstantia, quæ tu modò dixisti, rufus, & ruber: sed alia quoque habemus plura, quàm quæ dicta abs te Græca sunt. Fuluus enim, & flauus, & rubidus, & phœniceus, & rutilus, & luteus, & spadix, appellationes sunt rufi coloris, aut acuentes eum, quasi incendentes, aut cum colore uiridi miscentes, aut nigro infuscantes, aut uirenti sensim albo illuminantes. Nam phœniceus, quem tu Græcè φοίνικα dixisti, noster est: & rutilus, & spadix phœnicei συνώνυμα, qui factus Græcè, noster est, exhuberantiam splendoremq; significat ruboris: quales sunt, fructus palmæ arboris non admodùm sole incocti: unde spadicis & phœnicei nomen est. Spadica enim Dorici uocant auulsum è palma termitem cũ fructu. Fuluus autem uidetur de rufo atq; uiridi mistus, in alijs plus uiridis, in alijs plus rufi habere. Sic Poëta uerborum diligentissimus, fuluã aquilam dicit & iaspidem, fuluos galeros, & fuluũ aurum, & arenã fuluam, & fuluũ leonem. Sicq; Ennius in Annalibus: Fuluo ære dixit. Flauus contrà uidetur ex uiridi & rufo & albo cõcretus. Sic flauentes comæ, & quod mirari quosdam uideo, frondes olearum à Vergilio di-

Fuluus. Flauus. Rubidus. Phœniceus. Rutilus. Luteus. Spadix. Id est, palmarium.

Termitem, id est, palmitem.

cuntur flauæ. Sic multò antè Pacuuius aquam flauam dixit, & flauum puluerem: cuius uersus (quoniam sunt iucundißimi) libens commemini:

Cedo tamen pedẽ lymphis flauis, flauũ ut puluerem,
Manibus ijsdẽ, quibus Vlyßi sæpè permulsi, abluam:
Laßitudinemq; nimiam manuum mollitudine.

Rubidus autem est rufus atrore & nigrore multo mixtus. Luteus contrà, rufus color est dilucidior: unde eius quoq; nomẽ esse factum uidetur. Nõ ergo, inquit, mi Phauorine species rufi coloris plures apud Græcos, quàm apud nos nominantur. Sed ne uiridis quidem color pluribus ab illis, quàm à nobis uocabulis dicitur. Neq; non potuit Vergilius colorem equi significare uiridem, uolens cæruleũ magis dicere equum, quàm glaucum. Sed maluit uerbo uti notiore Græco, quàm inusitato Latino. Nostris aũt Latinis ueteribus cæsia dicta est, quæ à Græcis γλαυκῶπις, ut Nigidius ait, de colori cœli, quasi cœlia. Postquam hæc Fronto dixit, tum Phauorinus scientiã rerum uberam, uerborumq; eius elegantiam exosculatus: Absq; te, inquit, uno forsitan lingua profectò Græca longè anteisset, sed tu mi Fronto, quod in uersu Homerico est, id facies:

καὶ νίκων ἐπ' ἀρετῇ ἀμφήριστον ἔθηκας.

Sed cùm omnia libens audiui, quæ peritißimè dixisti, tum maximè quod uarietatem flaui coloris enarrasti, feci stiq; ut intelligerem uerba illa ex Annali XIIII. Ennij amœnißi-

Cæruleus. Glaucus. Cæsia. Glaucopis. A glaucedine oculorũ. γλαὺξ enim noctua est, cuius quoniam oculi cæsij sunt, factũ est, ut glaucus color inde cæsius dictus sit: est autẽ epitheton Mineruæ frequentissimè apud Homerum.

amœnißima, quæ minimè intelligebam.

Verrunt extemplò placidè mare marmore flauo,
Cæruleum spumat mare conferta rate pulsum.

Non enim uidebatur cæruleum mare cũ marmore flauo conuenire. Sed quũ sit ita, ut dixisti, flauus color uiridi & albo mistus, pulcherrimè prorsus spumas uirentis maris, flauo marmore appellauit.

Phœniceus color.) Phœnix Græcis palmam significat arborem, cuius fructus quum præ rubore uehementer fulgeat, factum est, ut is color modò Phœniceus, & per contractionem, Phœnicus, id est, rutilus diceretur, qui & spadix dicitur eadem fermè ratione.

QVID T. CASTRITIVS EXISTIMAVERIT super Sallustij uerbis & Demosthenis, quibus alter Philippum descripsit: alter Sertorium.

CAPVT XXVII.

VErba sunt hæc grauia atq; illustria de rege Philippo, Demosthenis: ἑώρων δ᾽ αὐτὸν Φίλιππον πρὸς ὃν ἦν ἡμῖν ὁ ἀγών, ὑπὲρ ἀρχῆς, καὶ Δυναστείας, τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα, τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηρωμένον, πᾶν ὅτι ἂν βουληθῇ μέρος ἡ τύχη τοῦ σώματος παρελέσθαι, τοῦτο προϊέμενον, ὥστε τὸ λοιπὸν μετὰ τιμῆς καὶ δόξης ζῆν. *Hæc æmulari uolens Sallustius, de Sertorio duce in historijs ita scripsit: Magna gloria * tribus militibus in Hispaniã T. Didio imperante, magno usu bello Marsico, paratu militum & armorum fuit. Multaq; tum ductu eius, quæ rapta primò per ignobilitatẽ, dein de per*

* Tribunu militum i Hispania T. Didius Imperator.

de per inuidiam scriptorũ, celebrata sunt, quæ eminus faciem suam ostentabant, aliquot aduersis cicatricibus, & effosso oculo, quo ille dehonestamẽto corporis maximè lætabatur. Neq; illis anxius, quia reliqua gloriosiùs retinebat. De utriusq; his uerbis T. Castritius cùm pensitaret: Nónne, inquit, ultra naturæ modum humanæ est, dehonestamẽto corporis lætari? Siquidẽ læticia dicitur exultatio quædã animi, cũ gaudio efferuentiore, euentu rerũ expetitarũ. Quantò illud syncerius & humanius, magisq; omnibus cõueniens πᾶρ ὅτι ἂρ βουληθῇ μέρος ἡ τύχη τοῦ σώματος περιελέσθαι, τοῦτο προϊέμενον. Quibus uerbis, inquit, ostẽditur Philippus, non ut Sertorius corporis dehonestamento lætus: quod est, inquit, insolens & immodicũ: sed præ studio laudis & honoris, iacturarũ dãnorumq; corporis contemptor, qui singulos artus suos fortunæ prodigendos daret, quæstu atq; compendio gloriarum.

Læticia.

De Sertorio.) Sallustius de Sertorio duce in historiis ita scripsit, &c. quæ nobis perierunt, non enim duabus his historiis Catilinæ & Iugurthæ, tantum laudis meruit, ut diceretur à Martiale:

Sallustius Romana primus in historia.

Gloriarum.) Hoc peculiare est apud Gellium, apud alios non temerè reperitur. Gloria in plurali numero, licèt & Cicero semel, quod sciam, usurpet.

NON ESSE COMPERTVM, CVI DEO rem diuinã fieri oporteat, cùm terra mouetur uiribus.

CAPVT XXVIII.

Quæ-

QVæ'nam esse causa uideatur, quamobrem terræ motus fiant, non modò his cõmunibus hominũ sensibus opinionibusq; compertum non est, sed ne inter Physicas quidem philosophias satis constitit, uentorum'ne ui accidant, specus hiatusq; terræ subeuntium: an aquarum subter in terrarum cauis undantium fluctibus pulsibusq;, ita uti uidētur existimasse antiquissimi Græcorum, qui Neptunum γυνοσίγαιον, & σεισίχθονα appellauerunt: an cuius aliæ rei causa, alterius'ue dei ui ac numine, nondũ etiã (sicut diximus) pro certo creditum. Propterea ueteres Romani cùm in omnibus alijs uitæ officijs, tum in constituendis religionibus, atq; in dijs immortalibus animaduertendis castißimi cautißimiq;, ubi terram mouisse senserant, nunciatum'ue erat, ferĩas eius rei causa edicto imperabant. Sed Dei nomen, ita uti solet, cui seruari oporteret, statuere & edicere quiescebant: ne alium pro alio nominando, falsa religione populum alligarent. Eas ferias si quis polluisset, piaculoq; ob hanc rem remotus esset: hostiam siue Deo, siue deæ immolabat. Idq; ita ex decretis Pontificum obseruatum esse M. Varro dicit: quoniam & qua ui, & per quem deorum, dearúmue terra tremeret, incertũ esset. Sed de lunæ motibus, solisq; defectionibus, non minus in eius rei causa reperienda sese exercuerunt. Quippe M. Cato uir in cognoscendis rebus multi studij, incerta tamẽ causa & incuriosa

Terræmotus ratio. Alteram autem opinionẽ de aquis subeũtibus terram refellit Arist. lib. rerum sublimium 3. ca. 4. & 5.

Sacrificio quo Dei ira placaretur. Id est, Deo uel deæ.

super ea re opinatus est. Verba Catonis ex Originum quarto hæc sunt: Non libet scribere, quod in tabula apud Pont.Max.est, quoties annona cara, quoties lunæ aut solis lumini caligo, aut quid obstiterit: usq; adeò parui fecit rationes ueras solis & lunæ deficientium, uel scire, uel dicere.

APOLOGVS AESOPI PHRYGIS MEMORATU NON INUTILIS.

CAPVT XXIX.

Apologus sermo est nō uer', uerun tamen ueritatis ipsius imaginem quandā repręsentans: autor Aphthonius in pręexercitamentis artis Rhetoricæ.

*AEsopus ille è Phrygia fabulator haud immeritò sapiens existimatus est, quum quæ utilia monitu suasuq; erant, non seuerè, non imperiosè præcepit, & censuit, ut philosophis mos est: sed festiuos delectabilesq; apologos commentus, res salubriter ac prospicienter animaduersas in mentes animosq; hominum cum audiendi quadam illecebra inducit: uelut hæc eius fabula de auiculæ nidulo, lepidè atq; iucundè præmonet, spem fiduciamq; rerum, quas efficere quis possit, haud unquam in alio, sed in semetipso habendam. Auicula, inquit, est parua: nomē est Cassita, habitat nidulaturq; in segetibus, id fermè tēporis ut appetat messis, pullis iamiam plumantibus. Ea Cassita in sementes forte concesserat tempestiuiores: * Propterea frumentis flauescentibus pulli etiam tunc inuolucres erant. Cùm igitur ipsa iret cibum pullis quæsitum, monet eos, ut si quid ibi rei nouæ fieret, diceretur' ue, animaduerterēt, idq;*

Appetat, appropinquat iamiam, id est, paulò pòst.

* Preterea

idq; uti sibi, ubi redisset, renũciarent. Dominus postea segetum illarum filium adolescentẽ uocat: & Vides'ne inquit, hæc ematuruisse, & manus iã postulare? idcirco die crastini, ubi primùm diluculabit, fac amicos adeas, & roges ueniant, operamq; mutuam dent, & messem hanc nobis * adiuuent. Hæc ille ubi dixit, discessit: atq; ubi rediit Cassita, pulli trepiduli circunstrepere oraréq; matrẽ, ut statim iam properet, atq; aliũ in locum sese asportet: nam dominus, inquiunt, misit qui amicos rogaret, uti luce Oriente ueniãt, & metant. Mater iubet eos à metu ociosos esse. Si enim dominus, inqt, messem ad amicos reiicit, crastino seges non metetur, neq; necesse est hodiè uti uos auferã. Die igitur postero mater in pabulum uolat: dominus, quos rogauerat, operitur: sol feruit, & fit nihil, & amici nulli erant. Tũc ille rursum ad filiũ: Amici isti, inquit, magnam in partẽ cessatores sunt: quin potius imus, & cognatos, affines, uicinosq; nostros oramus, ut adsint cras tẽpori ad metendum? Itidẽ hoc pulli pauefacti matri nunciant. Mater hortatur, ut tum quoq; sine metu, ac sine cura sint: cognatos affinesq; nullos fermè tam esse obsequibiles ait, ut ad laborẽ capessendũ nihil cunctentur, & statim dicto obediãt: Vos modò (inquit) aduertite, si modò quid denuò dicetur. Alia luce orta, auis in pastum profecta est: cognati & affines operã, quã dare rogati sunt, supersedent. Ad postremũ igitur dominus filio: Valeant

Diluculo uerb.

* adiuuent

Magnã in partem, id est, mirũ in modũ, Gellianum.

H 5 (inquit)

(inquit) amici cum propinquis: afferes prima luce falces duas, unam egomet mihi, & tu tibi capies alterã, & frumentũ nosmetipsi manibus nostris cras metem9. Id ubi ex pullis dixisse dominum mater audiuit: Tempus, inquit, est cedendi et abeundi: fiet nunc dubio procul, quod futurũ dixit. In ipso enim iam uertitur, cuia est res, non in alio unde petitur. Atq; ita Caßita nidũ migrauit, & seges à domino demessa est. Hæc quidem est Aesopi fabula de amicorum & propinquorum leui & inani fiducia. Sed quid aliud sanctiores libri philosophorum monent, quàm ut in nobis tantùm ipsis nitamur? Alia autem omnia, quæ extra nos, extraq; nostrum animũ sunt, neq; pro nostris, neq; pro nobis ducamus. Hunc Aesopi apologum Q. Ennius in Satyris, scitè admodùm & uenustè uersibus quadratis composuit: quorum duo postremi isti sunt, quos habere cordi & memoriæ operæprecium esse herclè puto:

Id est, consistit, translatio à ianua & cardine est sumpta. Migrauit, transtulit, nouè dixit.

Id est, iambicis octonariis, qui habent, autore Dio. lib. de Arte poë. 3. quatuor cõbinationes, unde quadrati appellantur, siquidem ex duobus iambis fit una combinatio.

Hoc erit tibi argumentum semper in promptu situm:
Ne quid expectes amicos, quod tu agere poßis.

Aesopus ille.) Hic Aesopus patriam habuit Amorrhęum magnæ Phrygiæ oppidũ, fortunaq; & cõditione seruus fuit, de quo uerũ mihi uidetꝰ esse, quod Plato scribit. Leges sępenumero naturę esse aduersas, nam Aesopum natura ędidit liberum hominem, lex aũt reddidit seruũ. Ad hęc deformitate corporis Homericũ Thersiten penè superauit. Nam uertice erat acuminato, humeris depßis & contractis, labris prominentibus, lingua blesus ac uẽtre protenso, postremò curuus, & colore nigro. Vnde & nomen meruit: siquidem Aesopus Phrygum lingua, idẽ est quod Aethiops: hæc Maximus Planudes.

QVID

QVID OBSERVATVM SIT IN VNDArum motibus: & quæ in mari alio atque alio modo fiunt, Austris flantibus Aquilonibusque.

CAPVT XXX.

Hoc sæpenumerò, in undarum motu obseruatum est, quas Aquilones uenti, quiq; ex eadem cœli regione aër fluit, quas ue faciunt in mari Austri atque Africi: nam fluctus, qui flante Aquilone maximi ac crebrrimi excitantur, simul ac uentus posuit, sternuntur & conflaccescunt, & mox fluctus esse desinunt. At nō idem fit flante Austro, uel Africo, quibus iam nihil spirātibus, undæ tamē factæ diutius tumēt & à uēto quidem iamdudum tranquillæ sunt: sed mare est etiā atq; etiam undabundum. Vndarū motus uarij. Eius rei causa esse conicctatur, *quòd uenti à Septentrionibus ex altiore cœli parte in mare incidentes, deorsum in aquarum profunda quasi præcipites deferuntur, undasq; faciūt non prorsus impulsas, sed ui intus commotas, quæ tantisper erutæ uoluuntur, dum illius infusi desuper spiritus uis manet. Austri uerò & Africi, ad Meridianum orbis circulum, & ad partem axis infimā depreßi, inferiores & humiles per suprema æquoris euntis protrudūt magis fluctus, quàm eruunt: & idcirco non desuper læsæ, sed propulsæ in aduersum aquæ etiam desistente flatu, retinent aliquantisper de pristino pulsum impetū. Id autē ipsum quod dicimus, ex illis quoq; Homericis uersibus, si quis non incuriosè legat, adminiculari potest.* Nam de Pro con...

mari, passiuo pro actiuo.

Austri flatibus ita scripsit:

ἔνθα νότος πόντοιο λυδῶνα εἰς λάαρ ὤθεῖ.

Contrà autem de Borea, quem Aquilonem appellamus, alio dicit modo:

καὶ Βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων.

Ab Aquilonibus enim, qui alti superniq; sunt, fluctus excitatos quasi per prona uolui dicit. Ab Austris aūt iis, qui humiliores sunt, maiore ui quadam propelli sursum atq; subiici. Id enim significat uerbum λάαρ ὤθεῖ: *sicut in alio loco,* λάαρ ἄνω ὤθεῖ. *Id quoq; è peritissimis rerum philosophis obseruatum est, Austris spirantibus mare fieri glaucū, & cæruleū: Aquilonibus obscurius, atriusq;. Cuius rei causam, cùm Aristotelis libros Problematum percerpsimus, notaui, cur Austro spirante mare cæruleū fiat, Aquilone obscurius atriusq;: an propterea, q; Aquilo minus mare perturbat? Omne aūt quod tranquillius est, atrum esse uidetur.*

Maris colorem à uento mutari.

Aër fluit.) Videtur Gellius approbare eorum philosophorum sententiam, qui uētum aliud putant esse nihil, quàm aërem fluentem, & agitantem: quam opinionem tuetur Seneca in quæstioni. Natur. Verùm Aristo. Rerū sublimium lib. 3. cap. 1 hoc refutat, docetq; uentum exhalationem esse calidam & siccam.

Contrà autem de Borea.) Regionem uentorum sic Manlius paucis indicat:

Asper ab axe ruit Boreas, fugit Eurus ab ortu,
Auster amat medium solem, Zephyrusq; profundum.

Nam constat, Aristo. autore, motum uentorum è sublimi deorsum fieri, & nobis uertex Septētrionalis semper est sublimis, & eleuatus, adeò ut uenti illinc flantes, in mare nostrum decidere uideantur.

A. GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII

LIBER III.

QVAESITVM AC TRADITVM, QVAM ob causam Sallustius auariciam dixerit non animũ modo uirilem, sed corpus quoq; ipsum effœminare.

CAPVT I.



Yeme iam discedente apud balneas Sicias in area sub calido sole cũ Phauorino philosopho ambulabamus, atq; ibi inter ambulandum legebatur Catilina Sallustij, quem in manu amici conspectũ legi iusserat. Cumq; hæc uerba ex eo libro lecta essent: Auaricia pecuniæ studiũ habet, quã nemo sapiens concupiuit: ea quasi uenenis malis imbuta, corpus animumq; uirilem effœminat, semper infinita & insatiabilis est, neq; copia, neq; inopia minuitur. Tum Phauorinus me aspiciẽs: Quo, inquit, pacto corpus hominis auaricia effœminat? Quid enim istuc sit, quòd animum uirilem ab ea effœminari dixit, uideor fermè assequi: sed quónam modo corpus quoq; hominis effœminet, nondum reperio. Et ego, inquam, longè iam diu in eo ipso quærendo fui, ac nisi tu occupasses, ultrò te hoc rogassem. Vix ego hæc dixeram cunctabũdus, atque inibi quispiam de sectatoribus Phauorini, qui uidebatur

Sallustius in Catilina.

batur esse in literis ueterator: Valerium, inquit, Probum audiui hæc dicere, usum esse Sallustium circumlocutione quadã poëtica: & cùm dicere uellet, hominem auaricia corrumpi, corpus & animũ dixisse, quæ duæ res hominem demonstrarẽt. Nanq; homo ex anima & corpore est. Nunq̃, inquit Phauorinus, quod equidem scio, tã importuna tãq; audaci argutia fuit noster Probus, ut Sallustium uel subtilissimũ breuitatis artificem, periphrasim Poëtarũ facere diceret. Erat tum nobiscũ in eodem ambulacro homo quispiã sanè doctus: is quoque à Phauorino rogatus, ecquid haberet super ea re dicere, huiuscemodi uerbis usus est: Quos, inquit, auaricia minuit & corrumpit, quiq; sese quærenda undiq; pecunia dediderunt, eos plerosq; tali genere uitæ occupatos uidemus: ut sicuti alia in his omnia præ pecunia, ita labor quoq; uirilis, exercendiq; corporis studiũ relictum sit. Negocijs se plerunq; umbraticis, & sellularijs quæstibus intentos habent: in quibus omnis eorum uigor animi corporisq; elanguescit: &, quod Sallustius ait, effœminatur. Tum Phauorinus legi denuò uerba eadem Sallustij iubet, atque ut lecta sunt: Quid igitur, inquit, dicemus, quòd multos uidere est pecuniæ cupidos, & eosdem tamen corpore esse uegeto ac ualenti? Tum ille ita respondit, non herclè inscitè: Quisquis est, inquit, pecuniæ cupiens, & corpore tamen est bene habito, ac strenuo, aliarum quoq; rerum uel studio,

o, uel exercitio eum tenêre necessarium est, atq; in e colendo non æquè esse parcum. Nam si auaricia la summa, omnes hominis partes affectionesq; occupet, & si ad incuriam usq; corporis grassetur, ut r illam unam, neque uirtutis, neque uirium, neque rporis, neque animi cura adsit: tum denique is uerè ci potest effœminato esse & animo, & corpore, qui que sese, neque aliud curet, nisi pecuniam. Tum Phaorinus: Aut hoc, inquit, quod dixisti, probabile est, t Sallustius odio auariciæ plus, quàm potuit, eam iminatus est.

Balneas Sicias,) A Sicio quodam Romano, siue contore sic appellatas.

Veterator,) Autore Nonio Marcel. ueterator est, qui usu & experientia rerum iam quasi consenuit & inueterauit, & in aliam sępè accipi solet partem, pro eo, uòd omne nequitiarum genus absolutè calleat. Sic Terentius Dauum callidum ac uersutum impostorem, uetetorem uocat.

QVEM NAM ESSE NATALEM DIEM I. Varro dicat eorū, qui ante noctis horā sextā, pòstue im nati sunt. Atq; inibi de temporibus, terminisq; dieū qui ciuiles nominātur, & usquequaq; gentiū uariè ob ruantur: & præterea, quid Q. Mutius scripserit super a, quam maritus non iure usurpasset, quòd rationem uilis anni non habuerit.

CAPVT II.

Vide Macr. lib. I. cap. 3. de huius capitis intellectu, quod ipsum penè totum trāssumpsit.

QVæri solitū est, q̃ noctis hora tertia quartáue siue qua alia nati sunt, uter dies natalis haberi appellariq; debeat, is'ne, quem nox ea consecuta est, n qui dies noctē consecuturus est, M. Varro in lib. re-

rum

rum humanarũ, quem de diebus scripsit: Homines, inquit, qui media nocte ad proximam mediam noctem in his horis xxiiij. nati sunt, una die nati dicuntur. Quibus uerbis ita uidetur dierum obseruationem diuisisse, ut qui post solem occasum, ante mediam noctem, natus sit, is ei dies natalis sit, à quo die ea nox cœperit. Contrà uerò qui in sex horis posterioribus nascãtur, eo die uideri natum, qui post eam noctem diluxerit. Athenienses aũt aliter obseruare idem Varro in eodem libro scripsit, eosq; à sole occaso, ad solem iterum occidentem omne id medium tempus unum diem esse dicere. Babylonios porrò aliter: A sole enim exorto, ad exortum eiusdem incipiente, totũ id spacium unius diei nomine appellare. Multos uerò in terra Vmbria unum & eundem diem esse dicere à meridie ad insequentem meridiem. Quod quidem, inquit, minus absurdum est. Nam qui Calendarum hora sexta natus est apud Vmbros, dies eius natalis uideri debebit & Calendarũ dimidiarum, & qui est post Calendarum dies, ante horam eiusdem sextam. Populum autem Romanum ita, uti Varro dixit, dies singulos annumerare à media nocte usq; ad mediã proximam, multis argumentis ostenditur. Sacra sunt Romana partim diurna, partim nocturna: sed ea, quæ inter noctem fiunt, diebus adijciuntur, nõ noctibus. Quæ igitur sex posterioribus noctis horis fiunt, eo die fieri dicũtur, qui proximus eam no

ctem

In passiua uoci dixit noue.

Dierum obseruatio.

Prima die alicuius mensis.

Vt nos diem resurrectionis domini & natiuitatis Domi[ni]

ctem illuceſsit. Ad hoc ritus quoq; & mos auſpicandi eandem eſſe obſeruationem docet. Nam magiſtratus, quando una die eis auſpicandum eſt, & id ſuper quo auſpicauerunt, agendum, poſt mediam noctem auſpicantur, & poſt exortum ſolem agũt, auſpicati eſſe & egiſſe ex eodem die dicuntur. Præterea Tribuni plebeij, quos nullum diem abeſſe Roma licet, cùm poſt mediam noctem proficiſcuntur, & poſt primam facem ante mediam ſequentem reuertuntur, non dicuntur ab fuiſſe unum diem, quãdo ante horam noctis ſextam regreſsi, partem aliquam illius in urbe Romana ſunt. Q. quoq; Mutiũ Iuriſconſultum dicere ſolitũ legi, nõ eſſe uſurpatam mulierem, quæ cùm calẽdis Ianuarijs apud uirum cauſſa matrimonij eſſe cœpiſſet, ante diem quartam calendas Ianuarias ſequentes uſurpatum eſſet: nõ enim poſſe impleri trinoctium, quod abeſſe à uiro uſurpandi cauſſa ex XII. tabulis deberet: quoniã tertiæ noctis poſteriores ſex horæ alterius anni eſſent, qui inciperet ex calendis. Iſthæc autẽ omnia de dierum temporibus, & finibus, ad obſeruationẽ diſciplinamq; iuris antiqui pertinentia, cùm in libris ueterũ inueniremus, non dubitamus, quin Vergilius quoq; idipſum oſtenderet non expoſitè atq; apertè, ſed ut hominem decuit poëticas res agentem, recondita & quaſi operta ueteris ritus ſignificatione:

Id eſt, à duodecima uſq; ad ſextam matutinã.

Nam Romani, auto. Val. Maxi. neq; priuatim neq; publicè quidq; aggrediebãtur, niſi prius ſumptis auſpicijs, id eſt, conſultis auibus quas in eũ uſum publicè nutriebant.

Torquet, inquit, medios nox humida curſus,

Et me sæuus equis oriens efflauit anhelis.
His enim uersibus obliquè (sicuti dixi) admonere uoluit, diem, quem Romani *ciuilem appellauerunt, à sexta noctis hora oriri.*

Vsurpatam mulierem.) Quanquam hæc lex usurpandi mulieres adeò est uetusta, ut ne uestigiũ quidē hodiè in Iurisconsultorũ literis supersit, tamen cõiecturare licet morem fuisse ex XII. tabulis, ut qui uxorem duceret trinoctium ab ea omni contactu abstineret: quod & hodiè in quibusdam regionibus obseruatur, idq; emēso anno, ac recurrente nuptiarum die anniuersario, uelut renouaretur, dimissa à se uxore per trinoctium tempus. Quod propterea apparet Vsurpari dictum, tanquã hoc facto usum uxoris in sequentem annum quasi cõpararet, ita ut eo anno repudiare nõ uelit: nam apud ueteres multas ob caussas licebat uxores repudiare.

De dierum temporibus.) Dies ita diuiditur: Primum tempus diei est noctis inclinatio: deinde gallicinium, inde conticinium, cùm & galli conticescũt, & homines etiam tum quiescunt: deinde diluculũ, cùm incipit dinosci dies. Inde mane, dum dies clar' est: deinde à mane ad meridiem, id est, mediũ diei: inde iam supra uocatur tēpus occiduum: & mox suprema tēpestas, id est, diei naturalis nouissimum tempus. Deinde uespera, quod à Grãmaticis tractum est, illi enim hesperam à stella hespero dicunt. Ab hoc tempore prima nox dicitur, deinde concubium: & inde tempestas, quæ non habet idoneum tempus rebus gerendis. Hęc est diei ciuilis diuisio apud Romanos, autore Macrob. lib. 1. Satur. ca. 3. Diē uerò Romanos ueteres in duodecim horas diuisisse, & in totidē noctem, ex Censorini uerbis conijcere licet: quę sũt hęc in lib. de die Natali: In horas duodecim diuisum esse diē, noctemq; in totidem, uulgò notum est. More Romano dies à media nocte incipit, & sequentis media parte finitur. Ita quod in his XXIIII. horis, id est, duab' dimidiatis nocte & luce media actum est, perinde est quasi quauis

nis hora lucis actum esset. Hæc Paulus Iurisconsult. in Pandectis, Tit. De feriis.

Dies ciuilis.) Vocatur tẽpus quod fit uno cœli circum actu, quo dies uerus & nox continetur: ut cùm dicimus aliquem tantùm triginta dies uixisse, relinquitur enim etiam noctes intelligere, auto. Censorino.

DE NOSCENDIS EXPLORANDIS'QVE Plauti Comœdiis, quoniã promiscuè uerę atq; falsæ nomine eius inscriptæ feruntur. Atq; inibi, quòd Plautus in pistrino, & Næuius in carcere fabulas scriptitarint.

CAPVT III.

Verum esse comperior, quòd quosdam bene literatos homines dicere audiui, qui plerasq; Plauti Comœdias curiosè atq; contentè lectitauerunt: non indicibus Helij Sedigiti, nec Claudij, nec Aurelij, nec Accij, nec Manilij, super his fabulis, quæ dicuntur ambiguæ, credituros, sed ipsi Plauto, moribus ingenij, atq; linguæ eius. Hac enim iudicij norma Varronem quoq; usum uidemus. Nam, præter illas unam & uiginti, quæ Varronianæ uocantur, quas idcircò à cæteris segregauit, quoniã dubiosæ non erãt, sed consensu omnium Plauti esse censebantur: quasdam item alias probauit, adductus stylo atq; facetia sermonis Plauto congruentis: easq; iam nominibus aliorũ occupatas, Plauto uindicauit: sicuti istam, quam nuperrimè legebamus, cui est nomen Bœotia. Nam quum in illis una & uiginti nõ sit, & esse Aquilij dicatur: nihil tamen Varro dubitauit, quin Plauti foret: neq; alius quisquam non infrequens Plauti lector dubitauerit, si uel hos

Plautus.

Helij Sedigiti, qui scripsit librum de poëtis Latinis, ut ex alio loco Gellij colligimus.

Varronis iudicio probatæ.

Bœotia Comœdia.

Id est, Plauti honore dignissimi,

solos uersus ex ea fabula cognouerit. qui quoniã sunt, ut de illis Plauti more dicam, Plautinißimi: propterea & meminimus eos, & ascripsimus. Parasitus ibi esuriens hæc dicit:

Vt illum dij perdant, primus qui horas repperit,
Quiq; adeò primus statuit hîc solarium,
Qui mihi comminuit misero articulatim diem.
Nam, me puero, uetus erat solarium
Multò omnium istorum optimum & uerißimum.
Vbi iste monebat esse, cùm nihil erat.
Nunc etiam quod est, non est, nisi soli lubet.
Itaq; adeò iam oppletum'st oppidum solarijs.
Maior pars populi aridi reptant fame.

Neruularia Comœdia.

Phauorinus quoq; noster, cùm Neruulariam Plauti legerem, quæ inter incertas est habita, & audisset ex ea Comœdia uersum hunc:

Strateæ scrupedæ stratiuolæ sordidæ.

delectatus faceta uerborum antiquitate, meretricum uicia atq; deformitates significantiũ: Vel unus hercle, inquit, hic uersus Plauti esse hanc fabulam, satis potest fidei fecisse. Nos quoq; ipsi nuperrimè, cũ legeremus:

Fretum Comœdia,

Fretum (nomen est id Comœdiæ, quam Plauti esse quidam non putant) haud quicquam dubitauimus, quin & Plauti foret, & omniũ maximè genuina. Ex qua duos hos uersus exscripsimus, ut historiam quæreremus oraculi Arictini:

Nunc

Nunc illud est, quod Arietini responsum magnis lu dis * dicitur: Arietinum oraculum. * Dicitur, redundat.

Peribo, si non fecero: Si faxo, uapulabo.

Marcus autem Varro in libro de Comoedijs Plautinis primo actu uerba hæc ponit: Nam nec Gemini, nec Leones, nec Cordalium, nec Anus Plauti, nec Bis compressa, nec Boeotia unquam fuit: neq; adeò ἄγροικος, neq; Commorientes, sed M. Acutici. In eodem libro Var. id quoq; scriptum, etiam Plautium fuisse quempiam poëtam Comoediarũ: cuius quoniam fabulæ Plauti inscriptæ forent, acceptas esse quasi Plautinas, quum essent non à Plauto Plautinæ, sed à Plautio Plautianæ. Feruntur aũt sub Plauti nomine Comoediæ circiter centũ atq; xxx. Sed homo eruditißimus Lælius quinq; & xx. esse eius solas existimauit. Non tamẽ dubium est, quin ista, & quæ scripta à Plauto non uidentur, & nomini eius adijciuntur, ueterum poëtarum fuerint, & ab eo retractatæ expolitæq; sint, ac propterea recipiant stylum Plautinum. Sed enim Saturionem & Aditum, & tertiam quandam, cuius nunc mihi nomẽ non suppetit, in pistrino eum scripsisse Varro & pleriq; alij memoriæ tradiderunt, cùm pecunia omni, quam in operis artificum scenicorum pepererat, in mercationibus perdita, inops Romam redisset, & ob quærendum uictum, ad circumagendas molas, quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasset. Sicuti de Næuio quoq; accepi-

Sunt enim iambici tetrametri catalectici. Idq; monuit Erasmus in Prouerb.

Plautius poëta.

Molæ trusatiles.

Næuius.

mus, fabulas eum in carcere duas scripsisse, Ariolum & Leontem, cùm ob aßiduam maledicentiam, & probra in principes ciuitatis, de Græcorum poëtarum more dicta, in uincula Rom. à Triumuiris coniectus esset. Vnde pòst à Tri. ple. exemptus est, cùm in ijs, quas suprà dixi, fabulis delicta sua & petulantias dictorum, quibus multos antè læserat, diluisset.

Comperior.) Comperior & comperio differunt: nam comperior mea opinione colligo, & compertum habeo, pro explorato: quod uerbum deficit in futuro & infinitiuo, comperio autem significat ab alio cognosco, autore Diomede lib. 1. artis Grammatices.

Contentè.) Id est, magna animi contentione, & est Gellianum aduerbium, nec nobis in usum trahendũ. Dubiosus, similiter Gellianum est.

Solarium.) Horologium dicitur id, in quo horæ in sole inspiciebantur. M. Varro, ut citat Plin. li. 7. ca. ulti. Primum statutum in publico secũdùm Rostra in columna tradit, bel. Pun. primo, à M. Val. Messala Consule, Catina capta in Sicilia, deportatũ inde post triginta annos, quàm de Papiriano horologio tradit, Anno urbis 477. Secundum autem horologium Anaximenes Anaximandri & Thaletis discipulus Lacedæmone constituit, quod sciotericon, id est, umbras obseruans, appellatum est. Plin. lib. 2. cap 76.

Vbi isti.) Scilicet, stomachus. δεικτικῶς, id est, demonstratiuè. Iste in hoc loco accipiẽdum est, uentrem enim demonstrat parasitus.

QVOD P. AFRICANO, ET ALIIS tunc uiris nobilibus ante ætatem senectam, barbam & genas radere moris fuit.

CAPVT IIII.

IN libris quos de uita P. Scipionis Africani composi-

tos

tos legimus, scriptum esse animaduertimus, P. Scipioni Pauli filio, postquam de Pœnis triumphauerat, censorq; fuerat, eidem diem dictum esse ad populũ à Clau. Asellio Trib. pleb. cui equum in censura ademerat. Eum cùm esset reus, neq; barbã desisse radi, neq; non candida ueste uti, neq; fuisse cultu solito reorum. Sed quũ in eo tempore Scipionem minorem xl. annorũ fuisse constaret, q. de barba rasa ita scriptum esset, mirabamur. Comperimus aũt cæteros quoq; in ijsdem temporibus nobiles uiros, barbam in eiusmodi ætate rasitauisse. Idcircò plerasq; imagines ueterum, non admodùm senum, sed in medio ætatis, ita factas uidemus. Radendæ barbæ mos.

Equum in censura ademerat.) Propterea quòd mulcta equitum erat equo priuari, si fortè quid malis moribus admisissent, contraq; dignitatem.

Quadraginta annorũ.) Quũ ante quadragesimũ annum prisci illi & agrestes Romani barbã non fuerint soliti rasitare. Macro. aũt commentariorũ in somniũ Scipionis lib. 1. Ter septenariũ requiri dicit ad barbę tẽpus radendæ accommodatum, id est, uiginti unum annos.

DELICIARVM VICIVM, ET MOLLIcies oculorum & corporis, ab Archesilao philosopho cuidam opprobrata acerbè simul & festiuiter.

CAPVT V.

PLutarchus refert, Archesilaum philosophum uehementi uerbo usum esse, de quodã nimis delicato diuite, qui incorruptus tamen, & castus & perinteger dicebatur. Nam cùm uocem eius infractam, capillumque arte compositum, & oculos ludibundos,

Dictum in molles.

atq; illecebræ uoluptatisq; plenos uideret: Nihil interest, inquit, quibus membris Cinædi sitis, posterioribus, an prioribus.

Cinædi.) Obsceno uocabulo dicuntur homines, qui, quod aliorum draucorum, sic enim Martialis appellat, in se libidinem damnatam exuscitent, pudenda ipsorum exagitare solent. Nam κινέω moueo, & αἰδοῖον pudendum significat.

DE VI ATQVE NATVRA PALMAE arboris, quod lignum ex ea ponderibus impositis renitatur.

CAPVT VI.

* VII. De palma Plin. lib. 26, cap. 42. Vide Eras. in prouerbio, Palmã ferre

PErhercle rem mirandam Arist. in * VIII. Problematum, & Plutar. in VIII. symposiacorum dicit: Si supra palmæ (inquit) arboris lignum magna pondera imponas, ac tã grauiter urgeas oneresq;, ut magnitudo oneris sustineri non queat: nõ deorsum palma cedit, nec intra flectitur: sed aduersus pondus resurgit, & sursum nititur recuruaturq;. Propterea, inquit, Plutarchus, in certaminibus palmã signum esse placuit uictoriæ: quoniam ingenium eiusmodi ligni est, ut urgentibus opprimentibusq; non cedat.

HISTORIA EX ANNALIBVS SVMPTA de Q. Ceditio Tribuno militum, uerbaq; ex Originibus M. Catonis apposita, quibus Cedicij uirtutem cum Spartano Leonida æquiparat.

CAPVT VII.

Nã Græcis, ut inquit Horatius, dedit inge-

PVlchrum, dij boni, facinus, Græcarumq; facũdiarum magniloquẽtia condignũ M. Cato libris Originum

ginum de Q. Ceditio Tribuno militũ ſcriptũ reliquit. Id profectò eſt ad hanc fermè ſententiam: Imperator Pœnus in terra Sicilia bello Carthaginenſi primo, obuiàm Romano exercitui progreditur: colles, locosq; idoneos prior occupat. Milites Romani (uti res narrata eſt) in locũ inſinuant fraudi & perniciei obnoxiũ. Tribunus ad Conſules uenit: oſtendit exitium de loci importunitate, & hoſtium circunſtantia. Maturum cenſeo, inquit, ſi rem ſeruare uis, faciundũ, ut CCCC. aliquos milites ad uerrucam illam (ſic enim M. Cato locum êditum aſperumq; appellat) ire iubeas, eamq; uti occupẽt, imperes horterisq;: hoſtes profectò ubi id uiderint, fortiſsimus quiſq; & prõptiſsimus, ad occurſandum pugnandumq; in eos præuertentur: unoq; illo negocio ſeſe alligabunt, atq; illi omnes CCCC. procul- dubiò obtruncabuntur. Tu intereà occupatis in ea cæde hoſtibus, tempus exercitus ex hoc loco educẽdi habebis. Alia, niſi hæc, ſalutis uia nulla eſt. Conſul Tribuno reſpondit, cõſilium quidẽ fidum atq; prouidens ſibi uiderier: Sed iſtos (inquit) milites CCCC ad eum locum in hoſtium cuneos quiſquam erit qui ducat? Si alium (inquit Tribunus) neminem reperis, me licet ad hoc periculũ utare. Ego hanc tibi & Reipub. animam do Conſul Tribuno gratias laudesq; egit. Tribunus et CCCC. ad moriendũ proficiſcuntur. Hoſtes eorum audaciam demirantur: quorſum ire pergãt, in expectan-

nium Muſarum ore rotundo loqui. Hannonem intelligit.

M. Fabius lib. 8. notat uicium orationis eſſe, quando ubi humilitate res ipſa minuitur. atq; huius uicij exemplum citat Catonem, qui ſaxeam uerrucam dixerit, pro ſaxeo colle: humili nimirũ uocabulo, ſi ad modicã cutis aſperitatem immenſam montiũ ſublimitatẽ conferas.

do sunt. Sed ubi apparuit, ad eandē uerruncā occupandam iter intendere, mittit aduersum illos Imperator Carthaginensis peditatū equitatumq; illos, quos in exercitu uiros habuit strenuißimos. Romani milites circumueniuntur, circumuenti repugnāt. Fit præliū diu anceps: tandē superat multitudo. Quadrigenti omnes tū unà perfoßi gladijs, aut mißilibus operti, cadūt. Cōsul interibi dū ea pugna fit, se in locos tutos atq; éditos subducit. Sed quod illi Tribuno duci militū quadringētorum diuinitùs eo prælio usus uenit, non iam nostris, sed ipsius Catonis uerbis subiecimus: Dij immortales Tribuno militum fortunā ex uirtute eius dedêre. Nā ita euenit, cùm saucius multifariā ibi factus esset, tum uulnus capiti nullū euenit. Eumq; inter mortuos defatigatum uulneribus, atq; spirantem, q sanguen defluxerat, cognouêre: eum sustulêre, isq; conualuit: sæpeq; post illam operam Reip. fortē atq; strenuā perhibuit. Illoq; facto, quòd illos milites subduxit, exercitum cæterū seruauit. Sed idem benefactum loco in quo ponas, nimiū intereſt. Leonidas Lacedæmonius laudatur, qui simile apud Thermopylas fecit. Propter eius uirtutes omnis Græcia gloriam, atq; gratiā præcipuam claritudinis inclytißimæ decorauêre monumētis, signis, statuis, elogijs, historijs: alijsq; rebus gratißimū id eius factum habuêre. At Tribuno militum parua laus pro factis relicta, qui idem fecerat, atq; Rempublicam seruaue-

Vsu uenit legit Mosellanus, atq; accidit, exponit.

Sanguen.

Augustæ Thermopylarū locātur à C. Plinio li.4. ca.7. in Attica, ita tamen ut ferè Thessaliam attingant.

uiuerat. Hanc Qu. Ceditij uirtutem M. Cato tali suo testimonio decorauit. Cl. autem Quadrigarius annaliũ tertio, non Ceditio nomen fuisse refert, sed Laberio.

Elogia dicũtur de aliquo celebria dicta, siue inscriptiones laudatoriæ statuarum.

Sanguen defluxerat.) Priscianus multis locis exemplis comprobat, ueteres Latinos in nominatiuo non sanguis sed sanguen dixisse, unde & genitiuus sanguinis, quemadmodum lumen luminis.

Ceditius.) Florus in compendio lib. 17. hunc Tribunum militum nominat neq; Ceditium, neq; Laberium, sed M. Calphurnium, trecentosq; milites tantũm numerat. Vide etiam Iulium Florum, in primo bello Pun.

LITERAE EXIMIAE CONSVLVM C. Fabricij & Aemilij, ad regem Pyrrhum, à Qu. Claudio scriptore historiarum in memoriam datæ.

CAPVT VIII.

CVm Pyrrhus rex in terra Italiæ esset, & unam atq; alteram pugnã prosperè pugnasset, satisq; angerentur Romani, & pleraq; Italia ad regem desciuisset: tum Ambraciẽsis quispiã Timochares regis Pyrrhi amicus, ad C. Fabricium Consulem furtim uenit, ac præmiũ petiuit: & si de præmio conueniret, promisit regem uenenis necare. Idq; facilè esse factu dixit, quoniam filij sui pocula in conuiuio regi ministrarent. Eã rem Fabricius ad Senatum scripsit. Senatus legatos ad regem misit, mandauitq;, ut de Timochare nihil proderent, sed monerẽt uti rex circunspectiùs ageret, atq; à proximorum insidijs salutem tutaretur. Hoc ita, uti diximus, in Valerij Antiatis historia scriptum est. Quadrigarius autem in lib. III. non Timocharem, sed

Aliquot prælia pugnasse pugnasset, Attica locutio est. Timochares. Fabricius.

Niciam

Niciam adiſſe ad Conſulẽ, ſcripſit. Neq; legatos à ſenatu miſſos, ſed à Conſulibus. Et regem Pop. Ro. laudes atq; gratias ſcripſiſſe, captiuosq; omnes, quos tum habuerit, reſtituiſſe & reddidiſſe. Conſules tum fuerunt C. Fabricius atq; Aemilius. Literas quas ad regem Pyrrhum ſuper ea cauſa miſerunt, Cl. Quadrigarius ſcripſit fuiſſe hoc exemplo: Conſules Romani ſalutẽ dicũt Pyrrho regi: NOS pro tuis iniurijs cõtinuò animo ſtrenui, commoti inimiciter tecum bellare ſtudemus. Sed cõmunis exempli & fidei ergò, uiſum eſt uti te ſaluum uelimus, ut eſſet, quem armis uincere poßimus. Ad nos uenit Nicias familiaris tuus, qui ſibi precium à nobis peteret, ſi te clã interfeciſſet. Id nos negauimus uelle: néue ob eam rem quicquam commodi expectaret. Et ſimul uiſum eſt, ut te certiorem faceremus: ne quid eiuſmodi ſi accidiſſet, noſtro conſilio ciuitates putarent factum: & quod nobis non placet, precio, aut præmio, aut dolis pugnare. Tu, niſi caueas, iacebis.

QVIS ET CVIVSMODI FVERIT, QVI in prouerbio fertur, equus Seianus: & qualis color equorum ſit, qui ſpadices uocantur, deq; iſtius uocabuli ratione.

CAPVT IX.

Equus Seianus.

CAius Baſſus in cõmentarijs ſuis, item Iulius Modeſtus in II. Quæſtionũ confuſarum, hiſtoriã de equo Seiano tradũt, dignam memoria atq; admiratione Cn. Seium quempiam ſcribũt fuiſſe, eumq; habuiſſe

equum natum Argis in terra Græcia, de quo fama constans esset, tanq̃ de genere equorum progenitus foret, qui Diomedis Thracis fuissent, quos Hercules, Diomede occiso, è Thracia Argos perduxisse. Eũ equũ fuisse magnitudine inusitata, ceruice ardua, colore phœniceo flaua & comãti iuba, omnibusq; alijs equorũ laudibus *quoq; longè præstitisse. Sed eundẽ equum tali fuisse fato siue fortuna ferũt, ut quisquis haberet eũ, poßideretq;, ut is cũ omni domo, familia, fortunisq; omnibus suis ad internecionẽ deperiret. Itaq; primum illum Cn. Seium dominũ eius, à M. Antonio, qui posteà Triumuir Reip. constituendæ fuit, capitis damnatum, miserando supplicio affectum esse. Eodem tempore Cor. Dolobellam Consulẽ in Syriam proficiscentẽ, fama istius equi adductum Argos diuertisse, cupidineq; habendi eius exarsisse, emisseq; eum HS. centum milibus. Sed ipsum quoq; Dolobellam in Syria bello ciuili obsessum, atq; interfectum esse. Mox eundẽ equũ, qui Dolobellæ fuerat, C. Caßium, qui Dolobellam obsederat, adduxisse: quem Caßium posteà satis notum est, uictis Parthis, fusoq; exercitu suo, miseram mortem oppetijsse. Deinde Antonium post interitum Caßij parta uictoria, equum illum nobilem Caßij requisisse: & cũ eo potitus esset, ipsum quoq; posteà uictum atq; desertum, detestabili exitio interisse. Hinc prouerbium de hominibus calamitosis ortum, diciq; solitum: Ille homo habet equum Seianum

Equi Diomedis. Celebratur Argos tanq̃ equis educãdis adcõmodatissimum à scriptoribus: id quod indicat Homerus, qui subinde eq̃s pascens appellare solet, quod Horat. 1. Odarum, uelut interpretans, expreßit: Aptũ dicet equis Argos, ditesq; Mycenas.

* quoscũq;

Seianum, Eadem sententia est illius quoq; ueteris prouerbij, quod ita dictum accepimus: Aurũ Tolossanum. Nam cùm oppidum Tolossanum in terra Gallia. Q. Cepio Consul diripuisset, multũq; auri in eius oppidi templis fuisset, quisquis ex ea direptione aurũ attigit, misero cruciabiliq; exitu perijt. Hunc equum C. Bassus uidisse se Argis refert, haud credibili pulchritudine, uigoreq;, & colore exuberãtissimo. Quem colorem nos (sicuti dixi) puniceũ, Græcè partim φοίνικα, alij σπάδικα appellant: quoniã palmæ termes ex arbore cum fructu auulsus, spadix dicitur.

Aurum Tolossanum.

Puniceus color.

Spadix.

QVOD EST QVAEDAM SEPTENARII numeri uis & facultas in multis naturæ rebus animaduersa, de qua M. Varro in Hebdomadibus disserit copiosè.

CAPVT X.

Marcus Varro in primo librorum, qui inscribuntur Hebdomades, uel de imaginibus, septenarij numeri (quem Græci ἑβδόμαδα appellant) uirtutes potestatesq; multas uariasq; dicit. Is nanq; numerus, inquit, Septẽtriones maiores minoresq; facit in cœlo: item Vergilias, quas πλειάδας uocãt. Facit etiam stellas, quas alij erraticas, P. Nigidius errones appellat. Circulos quoq; ait in cœlo circum longitudinem axis septẽ esse, è queis duos minimos, qui axem extimũ tangunt πόλους appellari dicit: sed eos in sphæra, quæ κρικωτὴ uocatur, propter breuitatem non inesse. At neq; ipse

Septenarius numerus.

Vergiliæ.

Pleiades.

Errones.

Axibus cõmodiùs legi purat Mosellanus.

Circularis, meliùs for

ipſe zodiacus ſeptenario numero caret. Nam in ſeptimo ſigno fit ſolſtitium à bruma: in ſeptimo bruma à ſolſtitio, in ſeptimo æquinoctium ab æquinoctio. Dies deinde illos, quibus halcyones hyeme anni in aqua nidulantur, eos quoq; ſeptem eſſe dicit. Præterea ſcribit, lunæ curriculum confici integrũ quater ſeptenis diebus. Nam duodetriceſimo luna (inquit) ex quo ueſtigio profecta eſt, eodem redit: autoremq́; opinionis huius Ariſtidem eſſe Samium. In qua re non ſolùm animaduerti debere dicit, quòd quater ſeptenis, id eſt, octo & uiginti diebus conficeret iter luna ſuum: ſed quòd is numerus ſeptenarius, ſi ab uno profectus, dum ad ſemetipſum progreditur, omneis per quos progreſſus eſt numeros comprehendat, ipſumq́; ſe addat, facit numerum octo & uiginti, quot dies ſunt curriculi lunaris. Ad homines quoq; naſcẽdos uim numeri iſtius porrigi pertinereq́; ait. Nam cùm in uterum (inquit) mulieris genitale ſemen datum eſt, primis ſeptem diebus conglobatur, coagulaturq́;, fitq́; ad capiendam figuram idoneum. Poſt deinde quarta hebdomade, quod eius uirile fœtus futurum eſt, caput, & ſpina quæ eſt in dorſo, informatur. Septima autem ferè hebdomade, id eſt, nono & quadrageſimo die, totus (inquit) homo in utero abſoluitur. Illam quoq; uim numeri huius obſeruatã refert, quòd ante menſem ſeptimum, neq; maſculus neq; fœmina, ſalubriter ac ſecundùm naturam naſci poteſt: & quòd

taſsis κρικώπη, uel κολικώπη, id eſt, circulus utrobiq;. Solſtitium dicitur uel maximus ſolis aſcenſus in noſtro hemiſpherio, uel maxima ſolis declinatio à nobis.

& quòd ij, qui iustißimè in utero sunt, post ducentos septuaginta tres dies, postq̃ sunt concepti, quadragesima deniq; hebdomade ita nascũtur. Pericula quoq; uitæ fortunarumq; hominum, quæ climacteras Chaldæi appellant, grauißima quæq; fieri affirmat septenarijs. Præter hæc, modum esse dicit summum adolescẽdi humani corporis septem pedes: quod esse magis uerum arbitramur, quàm quod Herodotus homo fabulator in I. Historiarum, inuentum esse sub terra scripsit Orestis corpus, cubita longitudinis habens septem, quæ faciunt pedes duodecim & quadrantem: nisi si (ut Homerus opinatus est) uastiora prolixioraq; fuerint corpora hominum antiquorum: & nunc, quasi iam mundo senescente, rerum atq; hominũ decrementa sunt. Dentes quoq; & in septẽ primis mensibus, & septenos ex utraq; parte gigni ait, & cadere annis septenis, & genuinos annasci annis ferè bis septenis. Venas etiam in hominibus, uel potiùs arterias medicos musicos dicere ait, numero moueri septenario, quod ipsi appellãt τὴν διὰ τεσσάρων συμφωνίαν, quæ fit in collatione quaternarij numeri. Discrimina etiã periculorũ in morbis maiore ui fieri putãt in diebus, qui conficiũtur, ex numero septenarij. Eosq; dies omnium maximè, ita ut medici appellant, κρισίμους ἢ κρισίμους, cuiquam uideri primam hebdomadam & secũdam & tertiam. Necnõ id etiã est ad uim facultatesq; eius numeri augendas, quòd

Climacteras, id est, scalæ grad⁹ κλίμαξ enim scala uel gradus dicitur.

Herodotus fabulator.

Orestis corporis longitudo.

Id est, perpetuos & maxillares, uide Pli. lib. 2. cap. ult.

quòd quibus inedia mori cõsilium est, septimo demum die mortem oppetunt. Hæc *Varro de numero septenario scripsit admodùm conquisitè. Sed alia quoq; ibidẽ congerit frigidiuscula, ueluti, septem opera esse in orbe terrarum miranda, & sapientes item ueteres septem fuisse, & curricula ludorum Circensium solẽnia septem esse, ad oppugnandas Thebas duces septẽ electos: tum ibi addit, se quoq; iam duodecimam annorũ hebdomadam ingressum esse, & ad eum diem septuaginta hebdomadas librorum conscripsisse.* Ex quibus *aliquandiu cùm proscriptus esset, direptis bibliothecis suis, non comparuisse.*

Octogesimum quartum anni. Quo hęc cõscripserat. CCCCXC Scribit diuus Hieron. Originem VI.M. librorũ conscripsisse, quod nequaq̃ fuerat crediturus, nisi omnes perlegisset.

De omnibus quæ in hoc capite à Gellio scribuntur, uide copiosius Macrob. lib. 1. Somnij Scipionis, Et Censorinum de die natali.

Axibus.) Ita commodissimè legitur. Nam, ut est autor Sext. Pomp. plures habet Axis significationes, nã pter partem cœli Septentrionalem, etiã stipitem significat, intra quem uertitur rota, & tabulam sectilem.

Aequinoctialis circulus.) Is est quem astrologi in media sphæra ponunt, ita ut eam in duo æqualia diuidat secundùm quamlibet sui partem, æqualiter distans ab utroq; polo. Et dicitur æquinoctialis, quia quãdo sol istuc perueniat, ut fit bis in anno, in principio Arietis, & in principio Libræ, ęquinoctiũ est in uniuersa terra. Ob id & Aequator dictus est, quòd æquet noctem diei.

Vt Homerus.) Solet enim identidem iterare hãc clausulam in libris suis: Vt nunc homines sunt, per q̃d significat, priorum seculorum memoria robustiores longiores[q;] homines extitisse.

Pericula quoq; uitę.) Plinius eiusmodi dies decretorios appellat, quòd his medici decernant statuant[q;], quid de ægrotante futurum sit.

QVIBVS ET QVAM FRIVOLIS ARgumētis Accius in Didascalicis utatur: quibus docere nititur, Hesiodum esse quàm Homerū natu antiquiorem.

CAPVT XI.

Homeri Hesiodiq; ętas.

SVper ætate Homeri atq; Hesiodi non consentitur. Alij Homerum quàm Hesiodum maiorem natu fuisse scripserunt, in queîs Philochorus, & Xenophanes. Alij minorem, in queîs L. Accius poëta, & Ephorus historiæ scriptor. M. aūt Varro in primo de Imaginibus, uter natus prior sit, parum constare dicit: sed nō esse dubium, quin aliquo tempore eodem uixerint, idq; ex epigrammate ostendit, quod in tripode scriptum est, qui in mōte Helicone ab Hesiodo positus traditur. Accius autem in I. Didascalico leuibus admodū argumentis utitur, per quæ ostēdit Hesiodū natu priorem: Quod Homerus, inquit, cùm in principio carminis Achillem esse filiū Peleī diceret, quis esset Peleus non addidit, quam rem procul (inquit) dubio dixisset, nisi ab Hesiodo iam dictum uideretur. De Cyclope itidem, inquit, uel maximè q̀ unoculus fuit, rem tam insignem non præterisset, nisi æquè prioris Hesiodi carminibus uulgatū esset. De patria quoq; Homeri multò maximè dissensum est: Alij Colophoniū, alij Smirnaū: sunt qui Atheniensem, sunt qui Aegyptiū dicāt fuisse. Aristot. tradit ex insula Io natum. M. Varro in lib. de Imaginib. I. Homeri imagini hoc epigrāma apposuit: Capella Homeri candida hoc tumulum indicat,

Hesiodus sic dictos ait Ciclopas, q̀ uno oculo orbiculari in frōte insignes essent. Multa sunt quę argumēto sunt quā clarus fuerit hic Homer. Hoc tamen singulare est, quòd tot gētes conatę fuerint pro se quęlibet uendicare sibi Homerum.

Quod ariete mortuo faciunt sacra.

ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν ὁμήρου

σμύρνα, ῥόδος, κολοφών, σαλαμὴν, ἴος, ἄργος, ἀθῆναι.

LARGVM ATQVE AVIDVM BIBENDI à P. Nigidio doctissimo uiro, nouo & propemodùm absurdo uocabulo bibosum dictum.

CAPVT XII.

Bibendi auidum P. Nigidius in cõmentarijs Grammaticis, Bibacem & Bibosum dicit, Bibacem ego ut Edacem, à plerisq; alijs dictũ lego: Bibosum dictum etiam nusquam reperi, nisi apud Laberium. Neq; aliud est, quod simili inclinatu dicatur. Non enim simile est, ut Vinosus aut Viciosus, cæteraq; quæ hoc modo dicuntur: quoniam à uocabulis, non à uerbis inclinata sunt. Laberius in Mimo. lib. 1. qui Salinator inscriptus est, uerbo hoc ita utitur:

Bibax. Bibosus.

Non mammosa, non annosa, non bibosa, non procax.

Procax.) Ea mulier procax dicitur, quæ multa petit. Etenim procari ueteri uerbo dicebant petere & postulare: unde procaces mulieres audaces dicuntur, quæ nihil non petere audeant.

Quem ita inscripsit quasi imitatorquidam, nam uitas hominũ est imitatus, ut sicut fermè etiam Comœdiæ dicũtur mimicæ.

QVOD DEMOSTHENES ETIAM TVM adolescens cùm Platonis philosophi discipulus foret: audito fortè Callistrato rhetore in concione populi, destitit à Platone, & sectatus est Callistratum.

CAPVT XIII.

Hermippus hoc scriptum reliquit, Demosthenem admodùm adolescentẽ uentitare in Academiam

Cuius meminit Plut. in uita Demosthenis.

Platonemq; audire solitũ: atq; is inquit, Demosthenes domo egressus, ut ei mos erat, cùm ad Platonem pergeret, complureisq; populos concurrenteis uideret, percontatur eius rei caussam: cognoscitq; currere eos auditum Callistratum. Is Callistratus Athenis Orator in Repub. fuit, quam illi Δημαγωγοὺς *appellant. Visum est paulùm diuertere, expeririq; an ad digna auditu tanto properatum studio foret. Venit, inquit, atq; audit Callistratum, nobilem illam* τὴν περὶ ὀρωποῦ δίκην *dicentem. Atq; ita motus, & demulctus, & captus est, ut Calistratum iam inde sectari cœperit, Academiam cum Platone reliquerit.*

Callistratus. Tanquam ductores populi. Nam δῆμος populus est, ἄγω duco.

DIMIDIVM LIBRVM LEGI, AVT DImidiã fabulã audiui, aliaq; huiuscemodi qui dicat, uicio se dicere. Eiusq; uicij caussas reddere M. Varronem, nec quenquam ueterum ijsdem uerbis ita usum esse.

CAPVT XIIII.

Dimidium librum legi, aut dimidiam fabulam audiui, uel quid aliud huiuscemodi, malè ac uiciose dici existimat Varro. Oportet enim (inquit) dicere Dimidiatum librum, non Dimidium: & Dimidiatã fabulam, nõ Dimidiam. Contrà aũt, si è sextario hemina fusa est, non Dimidiatum sextarium fusum dicendum est. Et qui quoq; ex mille numûm, quod ei debebatur, quingentos recepit, non Dimidiatũ recepisse dicemus, sed Dimidiũ. At si scyphus (inquit) argenteus mihi cũ alio

Dimidiatũ. Dimidium.

alio cõmunis, in duas partes dissectus sit, Dimidiatum cum dicere esse scyphum debeo, non Dimidium: Argenti autem quod in eo scypho inest, Dimidium meum esse, non dimidiatum: disserit, ac diuidit subtilissimè, quid Dimidium Dimidiato intersit: & Quint. Ennium scienter hoc in Annalibus dixisse ait:

Dimidiatũ, id est, totũ dissectum in duas partes

Sicuti si quis ferat uas uini dimidiatum.

Sic pars quæ deest à uase, non Dimidiata dicenda est, sed Dimidia. Omnis autem disputationis eius, quam subtiliter quidem sed subobscurè explicat, summa hæc est: Dimidiatum est quasi dismediatum, & in parteis duas pares diuisum. Dimidiatum ergo, nisi ipsum quod diuisum est, dici haud conuenit. Dimidium uerò est, nõ quod ipsum dimidiatũ est, sed quæ ex dimidiato pars altera est. Cùm igitur Partem libri dimidiam legisse uolumus dicere, aut Partem dimidiam fabulæ audisse: si Dimidiam fabulam, aut Dimidium librum dicemus, peccabimus. Totum enim ipsum, quod Dimidiatũ atque diuisum est, Dimidium dicis. Itaq; Lucilius eadem secutus:

Vno oculo (inquit) pedibusq; duobus dimidiatus
**Vt porcus.* Et alio loco:
Quid ni? & scruta quidem ut uendat, scrutarius laudat
Præfractam strigilem soleam improbus dimidiatã.

* Particula Vt, non est in antiquo codice.

Iam in uigesimo manifestius Dimidiam horam dicere

Scruta. Scrutarius.

ſtudioſe fugit. Sed pro Dimidia Dimidium *ponit in hiſce uerſibus:*

Tempeſtate ſua atq; eodem uno tempore, & hora
Dimidio tribus confectis duntaxat eandem,
Et quartam.

Nam cùm obuium proximumq; eſſet dicere : Et hora Dimidia *tribus confectis, uigilatè atq; attentè uerbum non probum mutauit : per quod ſatis apparet, ne horã quidem* Dimidiã *rectè dici, ſed uel* Dimidiatã *horam, uel* Dimidiam *partẽ horæ.* Propterea Plaut. in Bacch. *Dimidium auri dicit, non* Dimidiatum *aurum.* Item in Aulularia: Dimidium *obſonij, non* Dimidiatum *obſonium, in hoc uerſu:*

Et adeò obſonij hinc iuſsit Dimidium *dari.*

In *Menæchmis autem dimidiatũ diem, non dimidium, in hoc uerſu:*

Dies quidẽ iã ad umbilicũ Dimidiatus *mortuus eſt.*

M. *Cato in libro quem de Agricultura conſcripſit. Semen cupreſsi ſerito crebrum, ita uti linum ſeri ſolet: eo crebro terram inſternito* Dimidiatum *digitum. Iam id bene tabula, aut pedibus, aut manibus cõplanato.* Dimidiatum *aũt, inquit, digitũ, nõ* Dimidiũ. *Nam digiti quidem* Dimidium, *digitũ aũt ipſum* Dimidiatũ *dici oportet.* Item M. *Cato de Carthaginenſibus ita ſcripſit:* Homines *defoderũt in terrã* Dimidiatos, *ignemq; circumpoſuerũt, ita interfecerunt.* Neq; *quiſpiam omniũ, qui*

probè

probè locuti sunt, his uerbis secùs quàm dixi, usus est.

Scrutarius.) Legendũ est Scruta in primo, neq; enim aliâs quadrat, id quod omnium primus Ianus Parrhasius indicat in enarrationibus in Claudianum. Sunt autem res uiles & antiquitate deteriores factæ, ut uestes detritę: & calceamenta marcida, & id genus nugę. Scrutarius autem est is, qui uendit. Nã deriuatiua nomina in arius, uel eum qui habet primitiuũ, uel eum qui uendit, significãt. Sic chartarius, qui chartas uendit, uestiarius, Parmularius apud Quintilianũ. Diome. li. primo artis Grammaticæ. In his uerò dictionibus Scrutarius, & Improbus, oportet s ultimum elidi more antiquo.

EXTARE IN LITERIS, PER'QVE HOminum memorias traditum, quod repentè multis mortem attulit gaudium ingens insperatum, interclusa anima, & uim magni nouiq; motus non sustinente.

CAPVT XV.

Cognito repentè insperato gaudio expirasse animam, refert Aristoteles philosophus, Policratã nobilẽ fœminam è Naxo insula. Philippides quoq; Comœdiarum poëta, haud ignobilis ætate iam êdita, cùm in certamine poëtarum præter spem uicisset, & lætissimè gauderet, inter illud gaudium repentè mortuus est. De Rhodio etiam Diagora celebrata historia est. Is Diagoras tres filios adolescentes habuit, unum pugilem, alterũ pancratiasten, tertium luctatorem. Eosq; omnes uidit uincere, coronariq; eodẽ Olympiæ die: & cùm ibi eum tres adolescentes amplexi, coronis suis in caput patris positis suauirarentur, cum'que populus gratulabundus flores undique in eum iaceret, ibi in

Gaudio enecti.

Polycrata.

Philippides. De quo uide Suidam.

Diagoras. Qui non pugnis tantũ, uerùm etiã pedibus, cursu, omniq; certaminis genere congrediebatur uictoriæ spe.

stadio inspectante populo, in oculis atq; in manibus filiorum animam efflauit. Prætereà in nostris Annalibus scriptum legimus, qua tẽpestate apud Cannas exercitus Pop. Roma. cæsus est, anum matrem, nuncio de morte filij allato, luctu atq; mœrore affectam esse. Sed is nuncius non uerus fuit. Atq; is adolescens non diu pòst ex ea pugna in urbem rediјt. Anus repentè filio uiso copia atq; turba, & quasi ruina incidentis inopinati gaudij oppressa, exanimataq; est.

Certamine poëtarum.) Mos erat apud Græcos poëtas Comicos Comœdijs certare, qui ergo uictor euaderet, huic dabatur omnis certaminis gloria.

Olympiæ die.) Olympia certamina quinto quoq; anno totius Græciæ solennitate celebrari solebant. Alij Olympiorum dicunt: Gellius tamen, ut pleraq; alia nouat, singlariter inflectit.

Apud Cannas.) Cum Belio sentit Plinius lib. 1. Cæterum Liuius & Valer. Maxi. lib. 9. cap. 12. narrant id accidisse in ea clade, quam ad lacum Thrasimenum Romani acceperint.

TEMPORIS VARIETAS IN PVERPERIJS mulierum, quænam sit à medicis & philosophis tradita, atq; inibi poëtarum quoq; ueterum super eadem re opiniones. Multaq; alia auditu atque memoratu digna. Verbaq; ipsa Hippocratis medici ex lib. illius sumpta, qui inscriptus est περὶ τροφῆς: id quoq; esse à grauissimis uiris memoriæ mandatum.

CAPVT XVI.

Tẽpus partus humani.

ET *medici, & philosophi illustres, de tempore humani partus quæsiuerunt,* πόσος ὁ τῆς ἀνθρώπου κυήσεως χρόνος. *Et multa opinio est, eaq;*

iam

iam pro uero recepta: Postquam mulieris uterus conceperit semen, gigni hominem septimo rarenter, nunquam octauo, sæpè nono, sæpenumerò decimo mense. Eumq; esse hominem gignendi summum finem, decem menses non inceptos, sed exactos. Idq; Plautum ueterem poëtam dicere uidemus in Comœdia Cistellaria his uerbis:

Tum illa quam compresserat
Decimo pòst mense exacto, hic peperit filiam.

Hoc idem tradit etiam Menander poëta uetustior, humanarum opinionum uel peritißimus. Versus eius super ea re de fabula Plotio posui:

γυνὴ κυεῖ δεκάμηνος.

Sed noster Cæcilius, cùm faceret eodē nomine & eiusdem argumenti Comœdiā, ac pleraq; à Menandro sumeret: in mensibus tamen genitalibus nominandis, non prætermisit octauum, quem præterierat Menander. Cæcilij uersus hi sunt:

Insolet'ne mulier decimo mense parere?
Pol nono etiam septimo atq; octauo.

Eam rem Cæcilium non inconsideratè dixisse, neq; temerè à Menandro, atq; à multorum opinionibus desciuisse, M. Varro uti credamus, facit. Nam mense nonnunquam octauo êditum esse partum, in lib. XIIII. rerum diuinarum scriptum reliquit. Quo in libro etiam XI. mense aliquãdo nasci posse hominem dicit. Eiusq;

sententiæ, tam de VIII. quàm de XI. mēse, Aristotelem laudat autorē. Sed huius de mēse VIII. dissensionis causa cognosci potest in li. Hippocratis, qui inscriptus est περὶ τροφῆς. *Ex quo libro uerba hæc sunt* ἔστι δὲ καὶ οὐκ ἔστιν ὀκτάμηνος γένεσις. *Id tā obscurè, atq; præcisè, tamq; aduersè dictū Sabinus medicus, qui Hippocratē commodissimè commentatus est, his uerbis enarrauit;* ἔστι μὲν φαινόμενα ὡς ζῶα μετὰ τὴν ἔκτρωσιν, οὐκ ἔστι δὲ ὡς θνήσκοντα μετὰ ταῦτα· καὶ ἔστιν οὖν φαντασία μὲν παραυτίκα ὄντα, δυνάμει δὲ οὐκ ἔστι. *Antiquos autem Romanos Varro dicit non recepisse huiuscemodi quasi monstrosas raritates. Sed nono mense aut decimo, neq; præter hos alios partionem mulieris secundùm naturam fieri existimasse. Idcircoq; eos nomina Parcis tribus fecisse à pariendo, & à nono atque decimo mense: Nam Parca, inquit, immutata litera una, à partu nominata. Item Nona & decima à partus tempestiui tempore. Cesellius autem Vindex in lectionibus suis antiquis: Tria, inquit, nomina Parcarum sunt: Noua, Decima, Morta, & uersum hunc Liuij antiquissimi poëtæ ponit ex* ὀδυσσείᾳ*: Quando dies adueniet, quē profata Morta est? Sed homo minimè malus Cesellius, Mortam quasi nomen accepit, quum accipere quasi* μοῖραν *deberet. Præterea ergo de partu humano, præterquàm quæ scripta in libris legi, hoc quoq; uenisse usu Romæ comperi: Fœminā bonis atq; hone-*

Laudē Hippocratis uide apud Plini. lib. 7.

Nouē dixit Gellius partionem pro partu.

Sunt q μοίρα legunt. Vide Cæliū li. 14. cap. 13.

*honestis moribus, non ambigua pudicitia in XI. mense post mariti mortem peperisse: factumq; esse negocium propter rationem temporis, quasi marito mortuo, posteà concepisset: quoniam Decemuiri in decimo mense gigni hominem, non in undecimo scripsissent. Sed diuum Hadrianũ, causa cognita, decreuisse in XI. quoque mense partum êdi posse: idq; ipsum eius rei decretum nos legimus. In eo decreto Hadrianus id statuere se dicit, requisitis ueterũ philosophorũ, & medicorum sententijs. Hodie quoq; in Satyra fortè M. Varronis legimus, quæ inscribitur Testamentum, uerba hæc: Si quis mihi filius unus plures' ue in decem mensibus gignũtur, ij si erũt ὄνοι λύραι, exhæredes sunto. Quòd si quis undecimo mense κατ᾽ Ἀριστοτέλη, natus * esto, Accio idẽ quod Titio ius esto apud me. Per hoc uetus prouerbium Varro significat, sicuti uulgò dici solitum erat, de rebus inter se nihil distantibus, Idẽ Accij quod Titij: ita pari eodemq; iure esse in X. mensibus natos, & in XI. Quòd si ita, neq; ultra decimum mensem fœtura mulierum protolli potest: quæri oportet, cur Homerus scripserit Neptunum dixisse puellæ à se recens compressæ:*

Id est, tumultum.

* est

Prouerbiũ est, de quo uide Erasmum.

Protolli, id est, prorogari.

χαῖρε γύναι φιλότητι, περιπλομένου δ᾽ ἐνιαυτοῦ
τέξεαι ἀγλαὰ τέκνα, ἐπεὶ οὐκ ἀποφώλιοι εὐναὶ
ἀθανάτων.

Id cùm ego ad complureis Grãmaticos attulissem, partim

tim eorum disputabant, Homeri quoq; ætate, sicuti Romuli, annum fuisse non XII. Mensium, sed X. Alij conuenisse Neptuno maiestatiq; eius dicebãt, ut longiore tempore fœtus ex eo grandesceret. Alij alia quædam nugalia. Sed Phauorinus mihi ait περιπλομένου ἐνιαυτῶ, non confecto esse anno, sed affecto. In qua re usus est uerbo nõ uulgariæ significationis. Affecta enim (sicuti M. Cicero, & ueterum elegantißimi locuti sunt) ea propriè dicebantur, quæ non ad finem ipsum, sed proximè fini progressa deductáue erant. Hoc uerbum ad hanc sententiam in Ciceronis oratione fuit, quam dixit de Prouincijs consularibus. Hipocrates autem in eo libro (de quo suprà scripsi) cùm & numerum dierum, quibus conceptum in utero coagulum conformatur, & tempus ipsius partionis nono aut decimo mense definisset, neq; id tamen semper eadem esse fini dixisset, sed aliâs ocyus fieri, aliâs serius: hisce ad postremum uerbis usus est: γίνεται δὲ ἐν τούτοις καὶ πλέω, καὶ ἐλάσσω, καὶ ὅλου καὶ κατὰ μέρος, καὶ ἔιπομένων δὲ καὶ πλείω πλειόνων, καὶ ἐλάσσω ἐλασσόνων. *Quibus uerbis significat, quod aliquando ocyus fieret, non multò tamẽ fieri ocyus: neq; quod serius multò serius. Memini ego Romæ accuratè hoc atq; solicitè quæsitũ, negocio non rei tunc paruæ postulante: An VIII. mense infans ex utero uiuus êditus, & statim mortuus, ius trium liberorũ suppleuisset, cùm abortio quibusdam, non*

Affecta quæ sint.

Nã qui tres liberos procreauerat, ab oneribus militiæ immunis erat.

non partus uidetur mensis octaui intempestiuitas. Sed quoniam de Homerico *annuo partu, ac de* XI. *mense diximus quæ cognoueramus: uisum est non præterundum, quod in* Plin. *Secundi lib.* VII. *Naturalis historiæ legimus,* Id *autem quia extra fidem esse uideri potest, uerba ipsius* Plinij *posuimus: Masurius autor est,* L. *Papyrium Prætorem secundo hærede lege agente, bonorum possessionem contra eum dedisse, cùm mater partum se* XIII. *mensibus tulisse diceret, quoniã nullũ certum tempus pariendi statutum ei uideretur. In eodem libro Plinij secundi uerba hæc scripta sunt: Oscitatio in enixu letalis est, sicut sternuisse à coitu, abortiuum.*

Apud Liuiũ lege agere, & iure grassari, pro eodem ponuntur.

Laudat autorem.) Laudare autorem, pro citare, nominari sicut hîc: Verbum antiqui iuris est. De quo uide Budæum in priorib. ad Pandect. Et meminit Gell. lib. 2. cap. 6.

Mortam.) Mœram legendum est, ut ex illis, quæ consequuntur, apparet, adeoq; ex eo quod respondere uocabulo Græco debet, quod est μοῖρα, quod Latinis sonat parca. Suffragatur nobis Ianus Parrhasius in enarrationibus Claudiani.

Plinij Secundi.) Verba sunt Plinij lib 7. cap 5 in quo multo plura id genus exempla referũtur, quibus Plini⁹ hęc pręfatur, cęteris animantibus statutum esse & coẽũdi, & partus egerendi tempus, homo tantùm ambiguo gignitur spacio, alius enim septimo mense, alius octauo & usq; ad initia decimi undecimiq;.

QVOD TRES LIBROS PLATO PHIlolai Pythagorici, & Aristoteles pauculos Speusippi philosophi mercati sunt precijs fidem non capientibus.

CAPVT

CAPVT XVII.

*atqui

Quæ summa conficit propè tria milia aureorum.

Conuicium est, siue subsannatio.

* concinasset

Memoria mandatum est, Platonem philosophū tenui admodum pecunia familiari fuisse:* atque cum tamen treis Philolaï Pythagorici libros decem milibus denariūm mercatum. Id ei precium donasse quidam scripserunt amicum eius Dionem Syracusanum. Aristotelē quoq; traditum libros pauculos Speusippi philosophi post mortem eius emisse talentis Atticis tribus: ea summa fit numi nostri HS. duo & LXX. milia. τίμων amarulentus librum maledicentißimum conscripsit, qui Σίλλος inscribitur. In eo libro Platonem philosophum, quem dixeramus tenui admodū pecunia familiari fuisse, contumeliosè appellat, quòd impenso precio librum Pythagoricæ disciplinæ emisset, exq; eo Timæum nobilem illum Dialogum * continuasset. Versus super ea re τίμωνος hi sunt:

καὶ σὺ πλάτων καὶ γάρ σε μαθητείης πόθος ἔσχεν,
πολλῶν δ' ἀργυρίων ὀλίγην ἠλλάξαο βίβλον
ὅθεν ἀπαρχόμενος γράφειν ἐδιδάχθης.

QVID SINT PEDARII SENATORES, & quam ob caussam ita appellati: quamq; habeant originem uerba hæc ex edicto tralaticio Consulum: Senatores, quibusq; in senatu sententiam dicere licet.

CAPVT XVIII.

De pedariis senatoribus

Non pauci sunt qui opinantur, Pedarios Senatores appellatos, qui sententiam in senatu nō uerbis dicerent, sed in alienam sententiā pedibus irent.

Quid

Quid igitur cùm Senatusconsult. per discessionem fiebat, nónne uniuersi Senatores sententiam pedibus ferebant? Atqui hæc etiam uocabuli istius ratio dicitur, quam C. Bassus in commentarijs suis scriptam reliquit. Senatores enim dicit in ueterũ ætate, qui Curulem magistratum gessissent curru solitos honoris gratia in curiam uehi, in quo curru sella esset, supra quam considerent, quæ ob eam caussam Curulis appellaretur. Sed eos Senatores, qui magistratũ Curulem nondum ceperant, pedibus itauisse in curiam. Propterea Senatores nondum maioribus honoribus functos, Pedarios nominatos. M. autem Varro Satyra Menippea, quæ ἱπποκύων inscripta est, equites quosdã dicit Pedarios appellatos. Videturq́; eos significare, qui nondum à CENS. in senatum lecti, senatores quidem non erant: sed quia honoribus populi usi quidem erant, in senatum ueniebant, & sententiæ ius habebant. Nam & Curulibus magistratibus functi, qui nondum à censoribus in senatum lecti erant, senatores non erãt. Et quia in postremis scripti erant, non rogabantur sententias: sed quas principes dixerant, in eas * descedebãt. Hoc significabat edictũ, quo nunc quoq; COSS. cũ Senatoribus in curiam uocant, seruandæ consuetudinis caussa, translatitio utũtur. Verba edicti hæc sunt: Senatores, quibusq́; in Senatu sententiam dicere licet. Versum quoq; Laberij, in quo id uocabulum positum est, notari iußimus

Liu. lib. 2. ab urb. Cùm in hanc sententiam pedibus omnes issent.

Id est, ædilitatem curulem.

Ita ut sentẽtiam diceret, nisi per discessionẽ, id est, cum discessione sua assensi alijs essent.

* discedebant.

Ex antiquitate in aliis fermè usum desumpto.

quem

quem legimus in Mimo, qui Scriptor inscriptus est:

Caput sine lingua, pedaria sententia est.

Hoc uocabulum à plerisq; barbarè dici animaduertimus, nam pro pedarijs, pedaneos appellant.

) Per discessionem.) Senatusconsulta, dupliciter fiebãt: Aut per discessionem, si consentiretur priori alicui sententię: Aut si res dubia esset, per sentẽtias singulorũ exquisitas, ut Budęus est autor in Pandectis tit. de Senatoribus. Cicero lib. 1. epistola. Familiar. ad Lentulum, isti' etiam discessionis meminit.

QVA RATIONE C. BASSVS SCRIPSErit, Parcum hominẽ appellatum, & quam eius uocabuli caussam putarit, & contrà quẽ in modum, quibusq; uerbis Phauorinus hanc traditionem eius eluserit.

CAPVT XIX.

Apud cœnam Phauorini philosophi cùm discubitum fuerat, cœptusq; erat apponi cib9, seruus aßistens mensæ eius legere inceptabat, aut Græcarum quid literarum, aut nostratium: uelut eo die, quo affui ego, legebatur C. Baßi eruditi uiri liber de Origine uerborũ & uocabulorũ, in quo ita scriptum fuit: Parcus composito uocabulo dictus est, quasi par arcæ: quãdo sicut in arca omnia recõduntur, eiusq; custodia seruantur & continentur, ita homo tenax paruoq; contentus, omnia custodita & recondita habet sicuti arca: quã ob caussam parcus, quasi par arcæ nominatus est. Tum Phauorinus, ubi hæc audiuit: Superstitiosè, inquit, & nimis molestè atq; odiosè confabricatus com moli-

C. Bassus.

Parcus. Illam Baßi originationem magis probo quã Phauorini.

molitusq; magis est originem uocabuli C. iste Bassus, quàm enarrauit. Nam si licet res dicere commenticias, cur non probabiliùs uideatur, ut accipiamus Parcũ ob eam causam dictum, quòd pecuniam consumi atq; impēdi arceat & prohibeat, quasi pecuniarcus? Quin potiùs quod simplicius, inquit, ueriusq; est, id dicimus? Parcus enim neq; ab arca, neq; ab arcendo, sed ab eo quod est parum & paruum, denominatus est.

A. GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII

LIBER IIII.

SERMO QVIDAM PHAVORINI PHILOSOPHI cum Grammatico iactantiore factus in Socraticum modum: atq; ibi inter sermonē dictum, quibus uerbis Penus à Q. Scæuola definita sit: quodq; eadem definitio culpata reprehensaq; sit.

CAPVT I.



N uestibulo ædium Palatinarum omnis ferè ordinum multitudo opperientes salutationem Cæsaris constiterant: atq; ibi in circulo doctorũ hominum Phauorino Philosopho præsente, ostentabat quispiam Grammaticæ rei doctior, scholica quædam nugalia, de generibus

ribus & casibus uocabulorum differens, cum arduis supercilijs, uocisq; & uultus grauitate composita, tanquam interpres & arbiter Sibyllæ oraculorum. Tum aspiciens ad Phauorinum (quanquam ei etiam nondum satis notus esset) Penus quoque, inquit, uarijs generibus dictum, & uariè declinatum est. Nam & hoc Penus, & hæc penus: & huius peni & peniris, & penitiris, & penoris ueteres dictitauerunt. Mundum quoq; muliebrem Lucilius in Satyrarum XVI. non uirili genere, ut cæteri, sed neutro appellauit his uersibus:

De penore uide Prisci. in 7. & 8. li.

Mundum omne.

Legauit quidam uxori mundum omne, penumq;.
Quod mundū atq; penū? nā qui dijudicet isthuc?*

* quis

Atq; omniū horū & testimonijs, & exemplis constrepebat. Cumq; nimis ociosè sibi placeret, intercessit placidè Phauorinus: Iam bone, inquit, magister quicquid est nomen tibi, abundè multa docuisti, quæ quidem ignorabamus, & scire haud sanè postulabamus. Quid enim refert mea, eius'que qui cum loquor, quo genere Penum dicam, aut in quas extremas literas declinem, si nemo id non nimis barbarè fecerit? Sed hoc planè indigeo addiscere, quid sit Penus, & quo sensu id uocabulum dicatur: ne rem quotidiani usus, tanquā qui in uenalibus Latinè loqui tentant, alia quàm oportet uoce appellem: Quæris, inquit, rem minimè obscuram. Quis adeò ignorat, Penum esse uinum, & triticum, & oleum

Penus quid sit.

oleum, & lentem, & fabam, atq; huiuſcemodi cæteras? Etiam'ne, inqt Phauorinus, miliū, & panicū, & glans, & hordeū Penus eſt? Sūt enim propemodū hæc quoq; eiuſmodi. Cumq; ille reticens hæreret: Nolo, inquit, hoc iam labores, an iſta quæ dixi, Penus appellentur: ſed potes'ne mihi non ſpeciem aliquam de Penu dicere, ſed definire, genere propoſito, & differentijs appoſitis, quid ſit Penus? Quot ſint Penus genera, & quas differentias dicas, non herclè, inquit, intelligo. Rem, inquit Phauorinus, planè dicā. Poſtulas, quod difficiliùs eſt, dici planiùs. Nam hoc quidem peruulgatum eſt, definitionem omnem ex genere & differentia conſiſtere: Sed ſi idē me tibi † præmandere (quod aiunt) poſtulas, faciam ſanè id quoq; honoris * tui habendi gratia, atq; deinde ita exorſus eſt: Si (inquit) ego te nunc rogem, uti mihi dicas, & quaſi circumſcribas uerbis, quid homo ſit, nō opinor reſpōdeas, hominem eſſe te atq; me. Hoc enim, quis homo ſit, oſtendere eſt, non quid homo ſit, dicere. Sed ſi (inquam) peterem, ut ipſum illud quod homo eſt, definires: tū profectò mihi diceres hominem eſſe mortale animal, rationis & ſcientiæ capiens, uel quo alio modo diceres, ut eum à cæteris animalibus omnibus ſeparares. Proinde igitur nunc te rogo, ut quid ſit Penus dicas, non ut aliquid ex Penu nomines. Tū ille oſtentator, uoce iam molli atq; demiſſa: Philoſophias (inquit) ego nō didici, nec diſcere appetiui. Et ſi ignoro, an hordeum

† Locus reſtitutus ab Eraſmo in Adagio, præmanſum in os inſerere.

* tibi

Plato hominem definiebat eſſe animal mortale bipes, implume: iniecit autē quidā gallū deplumatū, addens: hic eſt homo Platonicus, ut ſcribit Laërti⁹.

deum ex Penu sit, aut quibus uerbis Penus definiatur: nõ ea re literas quoq; alias nescio. Scire (inquit ridens iam Phauorinus) quid Penus sit, nõ ex nostra magis est philosophia, q̃ Grãmatica tua. Meministi enim credo, quæri solitum, quid Vergilius dixerit: Penum instruere uel longam, uel longo ordine. Vtrunq; enim profectò scis legi solitum: Sed, ut faciam æquiore animo ut sis, ne illi quidem ueteris iuris magistri, qui sapiẽtes appellati sunt, definisse satis rectè existimantur, quid sit Penus. Nam Qu. Scæuolam ad demonstrandũ Penum his uerbis usum audio: Penus est, inquit, quod esculentũ aut poculentum est. Quod enim ipsius patrisfamiliâs, aut liberorũ patrisfamiliâs, eiusq; familiæ, quæ circùm eos, aut liberos eius est, & opus nõ facit, caussa paratũ est (ut Mutius ait) Penus uideri debet. Nã quæ ad edendum bibẽdumq; in dies singulos prandij aut cœnæ caussa parantur, Penus nõ sunt: sed ea potiùs, quæ huiusce generis longæ usionis gratia contrahuntur & reconduntur, ex eo quòd nõ in promptu sint, sed intus, & penitus habeantur, Penus dicta sunt. Hæc ego, inquit, cũ philosophiæ me dedissem, nõ insuper tamen habui discere: quoniam ciuibus Romanis Latinè sequẽtibus, rem non suo uocabulo demonstrare, non minus turpe esset, quàm hominem non suo nomine appellare. Sic Phauorinus sermones in genus commune, à rebus paruis & frigidis, abducebat ad ea, quæ esset magis utile audire

Aeneid. li. 1.

ac discere, non allata extrinsecus, non per ostentationem, sed indidẽ nata, acceptaq́;. Praeterea de Penu adscribendum hoc etiam putaui, Ser. Sulpitium in reprehẽsis Scaeuolae capitib9 scripsisse: Scio Helio placuisse nõ quae esui tantùm & potui forent, sed thus quoq; & cereos in Penu esse, quodq́; esset eius fermè rei caussa comparatum. Masurius autem Sabinus in iuris ciuilis secundo, etiam quod iumentorũ caussa apparatũ esset, quibus dominus uteretur, penori attributum dicit. Ligna quoq; & uirgas, & carbones, quibus conficeretur Penus, quibusdam ait uideri esse in penu. Ex ijs autem quae promercalia & usuaria in locis ijsdem essent, ea sola esse penoris putat, quae sint usui annuo.

Vide Pandect. Iuris, Tit. de Penu legata.

Promecralia, id est, commercij caussa.

Scholica quędã nugalia.) Schola enim dicitur loc9 in quo literarũ gratia ab externis curis ociamur: ĩde Scholia, annotationes siue enarrationes scholasticę dicũtur.

Nemo non.) Aliquis, Graecismus est, utũtur enim Gręci saepè generalibus signis negatiuis pro particularib9 affirmatiuis.

Praemandare.) Apud Ciceronem lib. secundo, de Orato. huiusmodi prouerbiũ usurpatur: Cibum praemãsum in os inserere, pro eo quod est, rẽ uulgatiùs, rudiùs, planiusq́; cuipiam explicare. Ex quo & nos hic Prẽmãdere legendum censemu[s], partim quòd aptissimè ad sentẽtiam quadret, partim quòd prouerbij symbolum idẽ hoc indicet. Sed & Erasmus eandem sentẽtiam habet in prouerbijs, sed priores nos obseruauimus antequam Erasmum legeremus.

QVID DIFFERAT MORBVS ET VICIUM, & quã uim habeant uocabula ista in edicto ędilium: & an eunuch9 & steriles mulieres redhiberi possint: diuersaeq́; super ea re sententiae.

CAPVT II.

IN edicto Aedilium Curuliũ, qua parte de mãcipijs uendundis cautũ est, scriptum sic fuit: Titulus seruorum singulorũ ut scriptus sit curato, ita ut intelligi rectè poßit, quid morbi uicijq; cuiq; sit: quis fugitiuus erróue sit: noxáue solutus non sit. Prætereà quæsierũt Iureconsulti ueteres, quid mancipiũ morbosũ, quid'ue uiciosum rectè diceretur: quantumq; morbus à uicio differret. Cæcilius Sabinus in libro quẽ de edicto Aedilium Curuliũ composuit, Labeonem refert, quid esset morbus, hisce uerbis definisse: Morbus est habitus cuiusq; corporis contra naturam, qui usum eius facit deteriorem. Sed morbum aliâs in toto corpore accidere dicit, aliâs in parte corporis. Totius corporis morbũ esse ueluti φθίσις aut febris: Partis autem, ueluti cæcitas, aut pedis debilitas. Balbus aũt, inquit, & * atypus, uiciosi magis q̃ morbosi sunt: & equus mordax aut calcitro uiciosus, non morbosus est. Sed cui morbus est, is etiam uiciosus est. Neq; id tamen contrà fit. Potest enim qui uiciosus est, non morbosus esse. Quamobrem cùm de homine morboso ageretur, nequaquã (inquit) ità diceretur: Quantò ob id uicium minoris erit? De eunucho quidem quæsitũ est, an cõtra edictũ Aediliũ uideretur uenundatus, si ignorasset emptor eum eunuchum esse. Labeonem respondisse aiũt, redhiberi posse quasi morbosum. Sues autẽ fœminas, si steriles eßẽt, &

Morbus.

Est qui lingua impedita titubataq; sit.

* Bap. Egnatius aphthiphum legit.

& uenum issent, ex edicto Aediliũ posse agi Labeonẽ scripsisse. De sterili autem muliere, si natiua sterilitate sit, Trebatium contra Labeonem respondisse dicunt. Nam cùm redhiberi eam Labeo, quasi minus sanam, putasset: non oportere aiunt Trebatium ex edicto apposuisse, si ea mulier à principio genitali in sterilitate esset: at si ualetudo eius offendisset, exq; ea uiciũ factum esset, ut concipere fœtus non posset, tum sanam non uideri, & esse in caussa redhibitionis. De Myope, qui lusciosus Latinè appellatur, & τῷ νόσῳ quoq; dissensum est. Alij enim redhiberi omnino debere, alij contrà, nisi id uicium morbo contractum esset. Eum uerò cui dens deesset, Seruius redhiberi posse respondit: Labeo in caussa esse redhibendi negauit. Nam & magna (inquit) pars dente aliquo carent. Neq; eo magis pleriq; homines morbosi sunt. Et absurdum admodùm est dicere, non sanos nasci homines, quoniam cum infantibus non simul dentes gignuntur. Non prætereundum est id quoq;, in libris ueterum iuris peritorum scriptũ esse, morbum & uicium distare: q uicium perpetuum, morbus cũ accessu discessuq; fit. Sed hoc si ita est, neq; cæcus, neq; eunuchus morbosus est, contra Labeonis (quam suprà dixi) sententiam. Verba Masurij Sabini apposui, ex libro Iuris ciuilis II. Furiosus, mutus'ue, cui'ue quod membrum lacerum læsumq; est, aut obest, quò ipse minus aptus sit, morbosi sunt. Qui non longè

Redhibere est facere ut uẽditor rursus habeat, quod initio habuerat: et quia id reddendo fiebat, idcirco redhibitio est appellata, quasi reditio, ut dicit Vlpianus tit. de Aedilitio edicto.

uidet, tam sanus est, quàm qui tardiùs currit.

Edicto ędilium) Aediles primo creati sunt, qui ędiū non modò sacrarum, sed & priuatarum curā gererent. ne scilicet ciuium negligentia ruinosa urbs fieret. Postea hoc nomen est & ad alios magistratus translatum, utpote qui rebus emendis & uendendis pręessent, etiam ludis populo exhibendis. Qui Curules tandem cognominati sunt, quòd curru, in qua sella erat, in curiam ueherentur.

Atypus.) Qui decenti & iusta membrorum forma carens uelut monstrosus est, à τύπος quod est forma & figura, & α, quod apud Gręcos cōtrariam inducere significationem solet in compositione: cuius uocabuli loco in Pandectis iuris ciuilis, tit. de Aedilitio edicto: Atraphus corruptè legitur.

De Eunucho.) Eunuchi dicuntur apud Gręcos, quos Latini nunc spadones, nunc castratos uocant, diuersa tamē ratione & Etymologia. Nam apud Gręcos à custodiendis & asseruandis cubilibus diuitum matronarū dicti sunt. εὐνὴ enim cubile dicitur, & ἔχω habeo, teneo, asseruo. Emebantur autem à principibus & opulentis ciuibus, ut in conclaui assidentes uxoribus & filiabus, asseruarent ne quispiam stuprum inferret.

QVOD NVLLAE FVERINT REI VXORIAE actiones in urbe Roma ante Carbilianum diuortium: atque inibi quid sit propriè Pellex, quæq; eius uocabuli ratio sit.

CAPVT III.

Diuortium primū Romę factum.

MEmoriæ traditū est, quingētis ferè annis post Romam conditā, nullas rei uxoriæ neq; actiones neq; cautiones in urbe Roma, aut in Latio fuisse: quia profectò nihil desiderabantur, nullis etiā nunc à matrimonijs diuertētibus. Ser. quoq; Sulpitius in libro

quem

quē composuit de dotibus, tum primùm cautiones rei uxoriæ necessarias esse uisas scripsit, cùm Sp. Carbilius cui Ruga cognomentum fuit, uir nobilis, diuortiū cum uxore fecit: quia liberi ex ea corporis uicio non gignerentur, anno urbis conditæ DXXIII. M. Attilio, P. Valerio Consulibus. Atq; is Carbilius traditur uxorem, quam dimisit, egregiè dilexisse, charißimāq; morum eius gratia habuisse, & iurisiurandi religionē animo atq; amori præuertisse, quòd iurare à censoribus coactus erat, uxorem se liberorum quærendorū gratia habiturum. Pellicem autem appellatam, probrosamq; habitam eam, quæ iuncta consuetaq; esset cum eo, in cuius manu mācipioq; alia matrimonij causa foret, hac antiquißima lege ostēditur, quam Numæ regis fuisse accepimus: Pellex ædem Iunonis non tangito: si tangit, Iunoni crinibus dimißis agnum fœminam cædito. Pellex autem quasi πάλλαξ, id est, quasi παλλακίς, ut pleraq; alia, ita hoc quoq; uocabulū de Græco flexum est.

Diuortium enim à diuersitate mētium dictū est, qua in diuersas partes eūt, qui distrahunt matrimonium, ut inquit Cai' Iurecōsult.

Immutatis quibusdam literis Latinis Pellicē à pellendo dictam existimant, quòd legitimā uxorē à marito suo ferè pellat.

QVID SERVIVS SVLPITIVS IN LIbro qui est de dotibus, scripserit de iure atq; more ueterum sponsaliorum.

CAPVT IIII.

Sponsalia in ea parte Italiæ, quæ Latium appellatur, hoc more atq; iure solita fieri, scripsit Ser. Sulpitius in libro, quem scripsit de dotibus: Qui uxorem

(inquit) ducturus erat, ab eo unde ducenda erat, stipulabátur eam in matrimonium ductum iri: qui daturus erat, itidē spondebat. Is contractus stipulationum sponsionumq́ʒ, dicebatur spōsalia. Tūc quæ promissa erat, sponsa appellabatur: qui spoponderat ducturum, sponsus. Sed si post eas stipulationes uxor non dabatur, aut non ducebatur: qui stipulabatur, ex sponsu agebat, iudices cognoscebant. Iudex quam ob rem data, acceptáue non esset uxor, quærebat. Si nihil iustæ causæ uidebatur, litem pecunia æstimabat: quantiq́ʒ interfuerat eam uxorem accipi aut dari, eum qui spoponderat, aut qui stipulatus erat, condemnabat. Hoc ius sponsaliorū obseruatum dicit Seruius ad id tempus, quo ciuitas uniuerso Latio, lege Iulia, data est. Hæc eadem Neratius scribit in libro, quem de Nuptijs composuit.

Sponsalia.) Dicuntur mentio & repromissio futurarū nuptiarū, ut dicunt Iurisconsulti, à spondendo enim nomen est deductum, teste Vlpiano.

* Ex sponsu.) Alij legunt, ex sponso: sed rectiùs, sponsu. Quia actio ex spōso apud ueteres ex uerborum obligatione de qualibet re certa proficiscebatur, quā hodie condictionem certi ex stipulatione uocamus.

Stipulabatur.) Stipulari, autore Var. principio dicebatur stipem postulare: hinc translatum est, ut omnes solennes rogationes, stipulationes dicerētur, usurpamusq́ʒ hoc uerbum & actiuè, & passiuè, quod non frequenter aliâs contingit.

* Is contractus.) Fas autem apud ueteres non erat, in sponsione propria nomina spōsi sponsæue exprimere: sed uir Caius, uirgo uerò Caia dicebatur. Vide Alexād. de Alex. Genial. lib. 2. cap. 5.

HISTO-

HISTORIA NARRATA DE PERFIDIA aruspicum Hetruscorum, quodq; ob eam rem uersus hic à pueris Romæ urbe tota cantatus est: Malum consilium consultori pessimum est.

CAPVT V.

STatua Romæ in comitio posita Horatij Coclitis fortißimi uiri de cœlo tacta est. Ob id fulgur piaculis luendum aruspices ex Hetruria acciti, inimico atq; hostili in populum Roma. animo, instituerãt eam rem contrarijs religionibus procurare: atq; illam statuam suaserunt in inferiorem locum perperàm transponi, quem sol oppositu circùm undiq; aliarum ædium nunquam illustraret. Quod cùm ita fieri persuasissent, delati ad populum, proditiq; sunt. Et cùm de perfidia confeßi essent, necati sunt. Constititq; eam statuam (perinde ut ueræ rationes pòst compertæ monebant) in locum êditum subducendam: atq; ita in area Vulcani sublimiori loco statuendam. Eaq; res bene & prosperè Reipublicæ ceßit. Tunc igitur, quòd in Hetruscos aruspices malè consulentes animaduersum uindicatumq; fuerat, uersus hic scitè factus cantatusq; esse pueris urbe tota fertur: Hor. Cocles Aruspicum fraus.

Malum consilium consultori peßimum est.

Ea historia de aruspicibus, ac de uersu isto senario scripta est in Annalibus maximis lib. XI. & in Verrij Flacci libro I. Rerum memoria dignarum. Videtur autem

hic

hic uersus de Græco illo Hesiodi uersu expressus:

Η δ'ὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

Romæ in comitio.) Comitium locus Romæ erat, in quo conuenirent Romani ad creandos nouos magistratus: dictum quasi coitiũ, à coëundo. Et quia homines aliquando præ angustia conciderãt, habuit inde nomẽ comitialis morbus, quem nunc uulgò caducum uocamus.

De cœlo tacta) Tonitrus dicitur secundum Plinium strepitus in nubibus: fulmen, ipse ictus: fulgur, radius ille micans, qui nuncius est fulminis.

VERBA VETERIS SENATVSCONSVLTI ista, quod decretum est hostiis maioribus expiandũ, quod in sacrario hastæ Martiæ mouissent: atq; ibi enarratũ, quid sint hostię succidaneę: quid item tempora pręcidanea. Et quòd Capito Atteius ferias, quasdam præcidaneas appellauit.

CAPVT VI.

VT *terram mouisse nunciari solet, eaq́; res procuratur: ita in ueteribus memorijs scriptum legimus, nunciatum esse Senatui, in sacrario, in regia hastas Martias mouisse. Eius rei caussa Senatuscõsultum factũ est* M. Antonio, A. *Posthumio consulibus, eiusq́; exemplum hoc est: Quod* C. Iulius L. *filius* Pontif. *nunciauit, in sacrario, in regia hastas Martias mouisse,* D.E.R.I. C. *ut* M. Antonius *Consul hostijs maioribus Ioui & Marti procuraret: quod & cæteris dijs (quibus uideretur) placandis, uti procurasset, satis habendum censuerunt. Si quid succidaneis opus esset,* Robigus *accederet. Quòd succidaneas hostias Senatus appellauit, quæri solet, quid uerbũ id significet. In* Plauti *quoq;*

Nã utraq; manũ statua Martis hastam tenebat.

D.E.R.I.C. hoc est, de ea re ita censuerunt.

ti quoq; Comœdia, quæ Epidicus inſcripta eſt, ſuper eodem ipſo uerbo requiri audio, in his uerſibus:

Men' piacularem oportet fieri ob ſtulticiam tuam,

Vt meum tergum ſtulticiæ tuæ ſubdas ſuccidaneũ?

Succidaneæ hoſtiæ. *Succidaneæ autem hoſtiæ dicuntur, e, litera per morem compoſiti uocabuli in i, literam commutata. Nam quaſi ſuccedaneæ appellatæ: quoniam ſi primis hoſtijs litatum non erat, aliæ poſt eaſdem ductæ hoſtiæ cædebantur: quæ quaſi prioribus iam cæſis, luendi piaculi gratia ſubdebantur, & ſuccidebantur: ob id ſuccidaneæ nominatæ, litera i, ſcilicet tractim pronunciata. Audio enim quoſdam eam literam in hac uoce barbarè corripere. Eadem autem ratione uerbi, præcidaneæ quoq; hoſtiæ dicuntur, quæ ante ſacrificia ſolẽnia pridie cædũtur. Porca etiam præcidanea appellata, quam piaculi gratia ante fruges nouas fieri cœptas, immolari Cereri mos fuit, ſi qui familiam funeſtam aut non pugnauerant, aut aliter eã rem quàm oportuerat, procurauerant. Sed porcam, & hoſtias quaſdam præcidaneas (ſicuti dixi) appellari, uulgo notum eſt. Ferias præcidaneas dici, id (opinor) à uulgo remotum eſt: propterea uerba Atteij Capitonis ex quinto librorum, quos de Pontificio iure compoſuit, ſcripſi: Ibi Cornucario Pont. Max. feriæ præcidaneæ in atrum diem inauguratæ ſunt. Collegium decreuit, non habendum religioni, quin eo die feriæ præcidaneæ eſſent.*

Præcidaneæ hoſtiæ.

In ſa-

In ſacrario, in regia.) Videtur eam partem ſacrarij regiam appellare, in qua primores illi dij, quos Auguſtinus ſelectos uocat, ſuas ſtatuas habebant.

Hoſtijs maioribus.) Maiores hoſtiæ dicebantur, cùm pinguiores hoſtiæ ad aras mactarentur, quę & ipſæ eximiæ à Feſto Pomp. ideo dicũtur, quòd eximantur, id eſt, deligantur è grege: eædẽ opimæ, id eſt, pingues à M. Varrone dicuntur.

Robigus accederet.) Robigus, Deus uetus gentilium fuit, cui ut auerteret rubiginem uitium, ſegetum, catulo ab uberibus tracto ſacra fiebãt, quę Varrone de lingua Latina autore, & Plinio, Robigalia dicta ſunt. Hęc Numa inſtituit primus anno regni ſui undecimo, quæ nunc aguntur ad ſeptimum Calendas Maij: quoniam tunc ferè ſegetes rubigo occupat. Malum, inquit Plinius, cœleſte frugum, uinearum, nullo minus noxium, quod frequentiſſimè accidere ſolet in roſcido tractu, cõuallibuſque, ac perflatum non habentibus: Plin. lib. 18. cap. 17. Enumeratur hic Robigus inter deos ruſticos à M. Varrone lib. 1. Rei ruſt.

Plautus in Epidico.) Epidicus filia dicitur, quæ in ſolidam hęreditatem accipiendã relinquitur, ita tamen ut de ea contentio ſit inter eius propinquos, cui potiſſimũ in matrimonium cedat. Mos enim erat apud uetuſtiſſimos Gręcos, ut filiam paternorum bonorum hęredem is, qui maximè propinquus eſſet, uxorem duceret. Hinc Plautinus titulus originem habet. Autor Iulius Pollux lib. 3. De rerum uocabulis, cap. de cognatione.

DE EPISTOLA VAL. PROBI GRAMmatici ad Marcellum ſcripta ſuper accentu nominum quorundam Punicorum.

CAPVT VII.

Penultima longa exiſtente natura, & ultima breui, neceſſe eſt ultimã circunflexo

VAlerius Probus Grãmaticus inter ſuam ætatẽ præſtanti ſcientia fuit. Is Annibâlem & Aſdrubâlem, & Hamilcâlem ita pronunciabat, ut penultimam

mam circunflecteret, ut testis est epistola eius scripta ad Marcellum: in qua Plautum, & Ennium, multosq; alios ueteres eo modo pronunciasse affirmat: solius tamen Ennij *uersum unum ponit, ex libro qui Scipio inscribitur: Eum uersum quadrato numero factum subiecimus, in quo nisi tertia syllaba de Annibâlis nomine circunflexè ponatur, numerus claudus est: Versus Ennij, quem dixit, ita est:*

Qui propter Annibâlis copias considerant.

tono enúcia re, id quod cum Latinis tum Græcis cõmune est. Ex Tetrametris Iambicis, qui longissimi sunt, quadrati appellantur, quod octo pedib' cõstent, qui tamen pro quatuor modulis æstimari solent à Græcis.

QVID C. FABRITIVS DE CORNELIO Rufino homine auaro dixerit: quem quũ odisset, inimicusq; esset, designandum tamen eum Consulem curauit.

CAPVT VIII.

F*Abritius Lucinus magna gloria uir, magnisq; rebus gestis fuit.* P. *Cornelius* Rufinus *manu quidẽ strenuus, & bellator bonus, militariq; disciplina peritus admodũ fuit, sed furax homo, et auaricia acri erat.* Hunc Fabritius *non probabat, neque amico utebatur, osusq; eum morũ causa fuit. Sed cũ temporibus* Reip. *difficilimis Consules creandi forẽt, & is* Rufinus *peteret Consulatũ, competitoresq; eius essent imbelles quidẽ & futiles, summa ope adnisus est* Fabritius, *uti* Rufino *Consulatus deferretur. Eã rem plerisq; admirantibus, quòd hominem auarum, cui esset inimicißimus, creari Consulem peteret, quẽ hostiliter oderat,* Fabritius *inquit:* Nihil *est quod miremini, si malui cõpilari,*

Designandum, eligendum.

Antiquè Gelli' dixit Osus fuit, in forma passiua, proodit, id quod ueteribus scriptoribus familiare esse notat Diomed. lib. I. artis Grammat. ca. de uerbi.

quàm

Compilari, furtũ pati. Venire, id est, captiuus uendi ab hostibus. Pondo, libras exponit Pli. li. 18.

quàm uenire. Hunc Rufinum *posteà bis consulatu & dictatura functum, censor* Fabritius *Senatu mouit ob luxuriæ notam, quòd decem pondo argenti factitaret.* Id *autem quod suprà scripsi,* Fabritium *de* Cor. Rufino *(ita in pleraq; historia scriptum est) dixisse.* M. Cice*ro non alijs à* Fabritio, *sed ipso* Rufino *gratias agenti, quòd eius gratiam dedignatus non esset, dictũ esse refert in libro* II. *de* Oratore. *Verba Ciceronis hæc sunt: Arguta etiam significatio est, cum parua re, & sæpè uerbo, res obscura & latens illustratur: ut cùm* C. Fa*britio* P. Cornelius *homo (ut existimatur) auarus & furax, sed egregiè fortis & bonus imperator, gratias ageret, quòd se homo inimicus Consulem fecisset, bello præsertim magno & graui:* Nihil *est quo mihi gratias agas, inquit, si malui compilari, quàm uenire.*

Et dictatura.) Quæ est habita pro summo magistratu, adeò ut ne à dictatore quidem liceret prouocare, id est, ut hodiè loquimur, appellare. Autor est Liuius lib. 9. ab urbe condita.

QVID SIGNIFICET PROPRIE RELIGIOSUS: & in quæ diuerticula significatio istius uocabuli flexa sit: & uerba Nigidij Figuli ex commentarijs eius super ea re sumpta.

Iuxta, id est, post. Commentarius liber est, qui breuiter & summatim rem

CAPVT IX.

Nigidius Figulus *homo (ut ego arbitror) iuxta* M. Varronem *doctißimus, in undecimo cõmentariorum Grammaticorum uersum ex antiquo car-*

mine refert memoria hercle dignum:

Relegentem esse oportet, religiosum nefas.

Cuius autem id carmen sit, non scribit. Atq; in eodem loco Nigidius: hoc (inquit) inclinamentum semper huiuscemodi uerborum, ut Vinosus, Mulierosus, Religiosus, Nummosus, signat copiam quandã immodicam rei super qua dicitur. Quocirca Religiosus is appellabatur, qui nimia & superstitiosa religione sese alligauerat. Eaq; res uicio aßignabatur. Sed præter ista quæ Nigidius dicit, alio quodã diuerticulo significationis, Religiosus pro casto atq; obseruanti, cohibentiq; sese certis legibus finibusq;, dici cœptus. Simili autẽ modo illa quoq; uocabula ab eadem profecta origine, diuersum significare uidẽtur, Religiosi dies, & Religiosa delubra. Religiosi enim dies dicũtur tristi omĩe infames, impeditiq;, in quibus et res diuinas facere, & rẽ quam piam nouam exordiri, temperandum est: quos multitudo imperitorum praue & perperàm Nefastos appellant. Itaq; M. Cicero in libro Epistolarũ nono ad Atticum: Maiores (inquit) nostri funestiorem diem esse uoluerunt Alliensis pugnæ, quàm urbis captæ, quòd hoc malum ex illo. Itaq; alter Religiosus etiam nunc dies, alter in uulgus ignotus. Idem tamen M. Tullius in oratione de accusatore constituendo. Religiosa delubra dicit, non ominosa, nec tristia, sed maiestatis uenerationisq; plena. Masurius autem Sabinus, in commentarijs

[Margin notes: tractat per capita. / Pium, obseruatorem legum. / Osus finita. / Religiosus. / Macrob. li. 3. cap. 3. Sat. / Epistola in cipit: Natali die, & est quarta in ordine. / Vide Liuiũ lib. 5. ab urbe condi. de bello iuxta Alliam flumen.]

Macrob. Saturn. lib. 3. cap. 3.

Quod pro phanū uulgus illis careat.

quos de indigenis composuit: Religiosum*(inquit)* est, *quod propter sanctitatem aliquam remotum ac sepositum à nobis est. Verbum à relinquendo dictum, tanquam* Ceremoniæ *à carendo. Secundùm hāc Sabini interpretationem, templa quidem ac delubra, quia horū cumulus in uituperationem nō cadit, ut illorū quorum laus immodesta est, quæ nō uulgò ac temerè, sed cū castitate ceremoniaq; adeunda, & reuerenda, & reformidanda sunt, magis q̄ inuulganda. Sed dies religiosi dicti, quos ex contraria causa propter ominis diritatem relinquimus. Idcircò ait* Terentius *in* Heaut.

Religiosi dies.

Tum quod dem ei, rectè est:
Nam nihil esse mihi, religio est dicere.

Quòd si(ut ait Nigidius*)omnia istiusmodi inclinamenta, nimium ac præter modum significant, & idcircò in culpas cadūt, ut* Vinosus, Mulierosus, Verbosus, Morosus, Famosus, *cur* Ingeniosus, & Formosus, & Officiosus, & Speciosus, *quæ pariter ab ingenio, & forma, & officio inclinata sunt: cur etiam* Disciplinosus, Consiliosus, Victoriosus, *quæ* M. Cato *ita affigurauit: cur itē* Facūdiosa, *quod* Sempronius Asellio XIII. *rerum gestarū ita scripsit:* Facta sua spectare oportere, dicta non, si minus facundiosa essent: *cur, inquam, ista omnia nunquam in culpam, sed in laudē dicuntur? quanquàm hæc quoq; incrementum sui nimium demonstrent: an propterea, quia illis quidē, quæ suprà posui,*

adhiben-

adhibendus est modus quidã necessarius? Nam & gratia si nimia atq; immodica: & mores si multi atq; uarij: & uerba, si perpetua atq; infinita, & obtundentia: & fama, si magna, & inquieta, & inuidiosa sit, neq; laudabilia, nec utilia sunt. Ingenium autem, & officium, & forma, & disciplina, & consilium, & uictoria, & facundia, sicut ipsæ uirtutum amplitudines, nullis finibus cohibentur, sed quantò maiora auctioraq; sunt, etiam tantò laudatiora sunt.

Factitaret.) Facta haberet in usum uasorum & aliarum rerum.

Remotum.) Testatur hoc idẽ Macrob. in Saturnali. scriptumq; hoc idem reliquisse Seruiũ Sulpitiũ Iureconsul. docet. Festus uerò Pomp. Religiosi, inquit, sunt dies, qui facienda & uitanda discernunt.

QVID OBSERVATVM DE ORDINE rogandarum sententiarũ in Senatu, iurgiorumq; in Senatu C. Cæsaris Consulis, & Marci Catonis diem dicendo eximentis.

CAPVT X.

ANte legem, quæ nũc de Senatu habendo obseruatur, ordo rogãdi sentẽtias uarius fuit. Aliâs primus rogabatur, qui à CENS. princeps in Senatum lectus fuerat: aliâs qui designati COSS. erant. Quidã è COSS. studio aut necessitudine aliqua adducti, quẽ ijs uisum erat honoris gratia extra ordinẽ sententiam primũ rogabant. Obseruatum tamen est, cùm extra ordinem fieret, ne quis quenquam ex alio, quàm Rogandi Senatus ordo.

ex consulari loco sentẽtiam primùm rogaret C. Cæsar in Consulatu, quem cum M. Bibulo gesßit, quatuor solos extra ordinem rogasse sententiã dicitur. Ex ijs quatuor principem rogabat M. Crassum. Sed postquam filiam C. Pompeio desponderat, primùm cœperat Pompeium rogare. Eius rei rationem reddidisse eum Senatui, Tyro Tullius M. Ciceronis libertus refert, itaq; se ex patrono suo audisse scribit. Idipsum Capito Atteius in libro, quem de officio senatorio cõposuit, scriptum reliquit. In eodem libro Capitonis, id quoq; scriptum est: C. inquit, Cæsar Consul, M. Catonem sententiam rogauit: Cato rem, quæ consulebatur, quoniã non è Rep. uidebatur, perfici nolebat. Eius rei gratia ducendæ lõga oratione utebatur, eximebatq; dicẽdo diẽ. Erat enim ius senatori, ut sententiam rogatus, diceret antè quicquid uellet alius rei, & quóad uellet. Cæsar COS. uiatorem uocauit, eumq; cùm finem non faceret, prehendi loquentem, & in carcerem duci iußit. Senatus consurrexit, & prosequebatur Catonem in carcerem: Hac, inquit, inuidia facta, Cæsar destitit, & mitti Catonem iußit.

Qui antè seruisset, sed liberalitate domini esset manumissus.

Capitò, genus est piscis à magnitudine capitis dictus, hinc fortassis habuit nomen Atteius. quemadmodũ Labeo à magnitudine labiorum, & Fronto.

Filiam Cn. Pompeio desponderat.) Post nouam affinitatem Pompeium rogare sententiam instituit, quum Crassum soleret, essetq; consuetudo, ut quẽ ordinem interrogandi sententias Consul Calendis Ianuarijs, id est, initio administrationis suæ instituisset, eum toto anno conseruaret. Hæc Suetonius.

Eximebat diem.) Historiæ huius meminit Plutar. in Cæsa-

Cęsare. Pompeius enim referebat de prouincia Galliarum & Illyrici in quinquenniũ Cęsari decernenda, quã relationem Reipu. perniciosã ut discuteret Cato, diem dicendo eximebat, id est, pręlonga oratione censendi tempus consumebat de industria.

Alius rei.) Exemplaria pauló uetustiora habent alij, quod mihi non displicet, Nam ueteres, ut indicat Diomedes, alius alij declinabant, non alius: quod credo fuisse in caussa cur Atteius, alij rei, pro alterius, scriptum reliquerit.

Et quod uellet.) Budęus legit quóad uellet. Quamuis non ignoro esse legem etiam XII. Tabularũ, quę id fieri prohibeat, ita enim habet Cicero tertio lib. de legib⁹. Senator adsit, loco dicat, & modo, id est, ne infinitus sit.

Viatorem uocauit.) Id est, lictorem, quem & apparitorem appellamus. Dicti sunt autem uiatores, quód his esset nonnunquam rus decurrendũ, ad accersendum senatores, qui tum agebant ex magna parte in agris. Nota est historia Cincinnati, qui ex agro ad Dictaturam uocabatur Romam.

QVAE, QVALIAQVE SINT, QVAE Aristoxenus, quasi magis comperta de Pythagora memoriæ commẽdau t. & quæ item Plutarchus in eundem modum de eodem Pythagora scripserit.

CAPVTT XI.

Opinio uetus falsa occupauit & cõualuit, Pythagoram philosophum non esitauisse ex animalibus. Item abstinuisse fabulo, quem κύαμον *Græci appellant. Ex hac opinione Callimachus poëta scripsit:* Pythagoræ cibus. Esitauisse, edisse. Fabulo, id est, fabis no uè dixit Gellius, ut pleraq; alia.

καὶ κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἔχειν ἀνιώντων ἐδεστῶν
κ᾽ ἀγὼ πυθαγόρας ὡς ἐκέλευε λέγω.

Ex eadẽ itẽ opinione. M. Cic. in lib. de Diuinatione I. hæc uerba posuit: Iubet igitur Plato sic ad somnum

proficisci corporibus affectis, ut nihil sit, quod errorẽ animis perturbationemq; afferat. Ex quo etiam Pytha-*goreis interdictum putatur, ne faba uescerentur, quæ res habet inflationem magnam.* Is *cibus trãquillitatem mentis quærentibus constat esse contrarius.* Hæc equidem M. Cice. *Sed Aristoxenus musicus, uir literarum ueterũ diligentißimus, Aristotelis philosophi auditor in libro, quem de* Pythagora *reliquit, nullo sæpius legumento* Pythagoram *dicit usum, quàm fabis: quoniã is cibus, & subduceret sensim aluum, & leuigaret.* Verba *ista* Aristoxeni *subscripsi:* Πυθαγόρας δὲ τῶν ὀσπρίων μάλιστα τὸν κύαμον ἐδοκίμασε λίαν κινητικόν τε γὰρ εἶναι, καὶ διαφορητικόν. διὸ καὶ μάλιστα κέχρηται αὐτῷ.

Fabæ inflãt.

Subduceret idest, sensim & citra dolorem exoneraret.

Porculis *quoq; minusculis, & hœdis tenerioribus uictitasse, idem* Aristoxenus *refert.* Quã *rem uidetur cognouisse ex* Xenophilo Pythagorico *familiari suo, & ex quibusdã alijs natu maioribus, qui ab ætate* Pythagoræ *haud multũ aberãt. Ac de animalibus* Alexis *etiam poëta in* Comœdia, *quæ* Pythagoræ *uita inscribitur, docet.* Videtur *autem, de* κυάμῳ *non esitato causam erroris fuisse, quia in* Empedoclis *carmine, qui disciplinas* Pythagoræ *secutus est, uersus hic inuenitur:*

Δειλοὶ πάνδειλοι κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχεσθαι.

Opinati *enim sunt pleriq;,* κύαμον *legumentũ uulgò dici,* Sed *qui diligentius scitiusq; carmina* Empedoclis

Legumentũ id est, uulga

clis arbitrati sunt, κυάμους hoc loco testiculos significare dicunt: eosq; more Pythagoræ opertè atq; symbolicè κυάμους appellatos, quòd sunt αἴτιοι τοῦ κυεῖν λέγονται, καὶ αἴτιοι τοῦ κυεῖν.

re, ita ut uulgò referatur ad legumentum, non ad dici.

Idcircò Empedoclē uersu isto non à fabulo edendo, sed à rei Venereæ proluuio uoluisse homines deducere. Plutarchus quoq; homo in disciplinis graui autoritate in primo librorū, quos de Homero cōposuit, Aristotelem philosophū scripsit, eadem ipsa de Pythagoricis scripsisse, quòd non abstinuerunt edundis animalibus, nisi pauca carne quadam. Verba ipsa Plutarchi (quoniam res inopinata est) subscripsit: Ἀριστοτέλης δὲ, μήτρας, καὶ καρδίας, καὶ ἀκαλύφης, καὶ τοιούτων ἄλλων ἀπέχεσθαί φησι τοὺς πυθαγορικούς. χρῆσθαι δὲ τοῖς ἄλλοις. Ακαλύφη autem est animal marinū, quod Vrtica appellatur. Sed & piscibus nōnullis abstinere Pythagoricos Plutarchus in Symposiacis dicit: Pythagoram uerò ipsum, sicut celebre est, Euphorbū primò se fuisse dictitasse: ita hæc remotiora sunt ijs, quàm Clearchus, & Dicæarchus memoriæ tradiderunt, fuisse eum posteà Pyrandrum, deinde Callideam, deinde fœminam pulchra facie meretricem, cui nomen fuerit Alce.

Id est, quæstionib⁹ cōuiualibus. Symposium enim Græcis conuiuiū dicitur, unde symposiac⁹, conuiualis.

*Non esitauisse.) Sic introducit eum Lu[illegible]ianus in Dialogo, cui titulus βίων πρᾶσις, ubi rationem reddit, cur fabis abstineat.

Pyrandrū.) Suidas Pyrādrū quendā refert hoīem astutum & nequā extitisse, adeò ut eius fabricę in prouerbiū abierit, dicātq; technę Pyrādri, pro uersutissimis fraudib,

Meretricem.) Scortum aliquando fuisse Periclis Atheniensis, testatur etiam Lucianus in Dialogo, cui nomen Gallus. Vbi Micyllus miratur nouum illud & insolens transformationis genus, quód scilicet ex scorto prodierit Philosophus.

Cui nomen Alce.) Lucianus Aspasiam dictam contendit in Gallo.

NOTAE ET ANIMADVERSIONIS CENSORIAE in ueterib⁹ monumentis repertę memoria dignę.

CAPVT XII.

Syluescere aut per incuriam obsolescere. Diomedes hoc aduerbium Græcum esse putat.

*Si quis agrum suum passus fuerat * sordescere, eumq; indiligenter curabat, ac neq; arauerat, neq; purgauerat: siue quis arborem suam, uineamq; habuerat derelictui, non is sine pœna fuit: sed erat opus censorium, censoresq; ærarium faciebant. Item si quis eques* Romanus *equum habere gracilentum, aut parũ nitidum uisus erat, impolitiæ notabatur. Id uerbum significat, quasi tu dicas incuriæ. Cuius rei utriusq; autoritates sunt: & Marcus Cato id sępenumerò attestatus est.*

Aerarium faciebant.) Si qui ex plebe aliquid commisissent animaduersione dignum, referebantur in Cerituũ tabulas, & fiebãt ęrarij, ut de reliquo non essent in albo centurię suę, scilicet ad hoc quòd essent ciues, sed tantũ modò ut pro capite suo tributi nomine ęra penderent, de hac re uide Budæ. in Pand.

Equum haberet gracilentum.) Censores ita prorsus ciues notabant, ut qui senator esset, eijceret senatu, qui eques Romanus, equũ publicum perderet: qui plebeius fieret ærarius.

QVOD INCENTIONES QVAEDAM TIbiarum certo modo factæ Ischiadicis mederi possint.

CA-

CAPVT XIII.

*CReditum hoc à plerisq; est, & memoriæ mandatum, Ischiadici cùm maximè doleant, tum si modulis lenibus tibicen incinat, minui dolores. Ego nuperrimè in lib. Theophrasti scriptum inueni, uiperarum morsibus tibicinem scitè modulatéq; adhibitum mederi. Refert & Democriti liber, q inscribitur περὶ λοιμῶν ἢ λογικῶν*κανῶν. In quo docet plurimis hominum morsibus, medicinam fuisse incentiones tibiarum. Tanta prorsus est affinitas corporibus hominum mentibusq;: & propterea quoq; uicijs, aut medelis animorum & corporum.*

Ischiadici tibicine mederi.

* Fortassis κακῶν.

Ischiadici.) Rupti & luxati. Ischias enim morbus est, qui nomen habet à cau:dine coxarum, occupãs eas partes quæ fœmori sunt proximæ, Vide de ea re Suidam.

Theophrasti scriptum)Hic antè uocabatur Tyrtan⁹, cuius cõplurimi fuerunt libri æditi: nos uerò prǽter eos, qui sunt de plantis à Gaza translati, & Lapidum, nihil habemus aliud.

Incentiones.) Ab incinẽdo, de hoc capite uide Pliniũ uicesimo octauo lib. cap. 2. & Ciceronem secundo de legibus, & Tuscula. quæstiones.

Mederi.) Dicimus autore Diomede, medeor te, & tibi, quamuis hoc frequentius & melius. Sunt tamen qui hic habent, uiperarum morsus, quod excusari utcunque potest.

NARRATVR HISTORIA DE HOSTIlio Mãcino Aedili, & Manulia meretrice. Verbáq; decreti Tribunorum ad quos à Manulia prouocatum est.

CAPVT XIIII.

CVm librũ IX. Attei Capitonis collectaneorum

*legeremus, qui inscriptus est, de Iudicijs publicis: decretum Tribunorum uisum est grauitatis antiquæ plenum: propterea id meminimus. Idq; ob eam caussam & in hanc sententiam scriptum est: A. Hostilius Mancinus Aedilis Curulis fuit. Is Manuliæ meretrici diem ad populum dixit, quòd de ambulacro eius noctu lapide ictus esset, uulnusq; ex eo lapide ostentabat. Manulia ad Trib. pleb. prouocauit. Apud eos dixit comessatorem Mancinum ad ædes suas uenisse. Eum sibi recipere non*fuisse in æde sua: sed cùm ui irrumperet, lapidibus depulsum. Tribuni decreuerunt Aedilem ex eo loco iure deiectum, quò eum uenire cum coronario nõ decuisset: propterea ne cum populo Aedilis ageret, intercesserunt.*

Hostilij postulatio. Manulia meretrix. Sibi, ad se. * *noluisse:* Aedem hic in singulari numero, pro priuata domo usurpauit, quod non facilè alibi inuenies.

Librum IX. collectaneorũ.) Alij habent librum VIII. commentariorum. Nobis non potest constare utrum sit potius legendum, quum nec collectanea extent, nec cõmentariorum unquam meminisse quenq̃ uidimus. Est tamen uerisimilius, collectaneorum librum allegari, cui⁹ & antea non rarò testimonio usus est.

Comessatorem) Perinde ac dicat, instar comessatoris uenit, non Aedilis Curulis.

Ambulacro.) Dicimus ambulacrum locum ubi animi caussa deambulam⁹, ut sæpè est hoc legere in Cicerone.

Cum coronario.) Coronarij, ut colligitur ex Plinij lib. 21. dicuntur, qui coronas faciunt, & comessatoribus uendunt, eiusmodi aliquem secũ duxerat Hostilius Mancinus, ut uidelicet comessationem quam destinauerat, corollis & sertis exhilararet. Significant enim nomina in arius autorem, aut uenditorem sui primitiui, teste Diomede, ut calceonarius, frenarius, plaustrarius.

DE

DEFENSA A CVLPA SENTENTIA EX historia Sallustij, quam inimici eius cũ insectatione maligné reprehenderunt.

CAPVT XV.

Elegãtia orationis Sallustij, uerborumq; facũdia, & nouandi studium cum multa prorsus inuidia fuit, multiq; non mediocri ingenio uiri conati sunt reprehendere pleraq; & obtrectare. In quibus plura inscitè aut malignè uellicant. Nonnulla tamẽ uideri possunt nõ indigna reprehensione: quale illud in Catilinæ historia repertum est, quod hãbeat eam speciem, quasi parum attentè dictum. Verba Sallustij hæc sunt: At mihi quidem, tametsi haudquaqum par gloria sequatur scriptorem, & autorem rerum, tamen in primis arduũ uidetur, res gestas scribere: Primùm, quòd factis dicta exæquanda sunt: Deinde, quòd pleriq; quæ delicta reprehenderis, maleuolentia & inuidia dicta putant. Vbi de magna uirtute atq; gloria bonorum memores, quæ sibi quisq; facilia factu putat, æquo animo accipit: suprà, ea ueluti ficta pro falsis ducit. Proposuit, inquiunt dicturum caussas, quamobrem uideatur esse arduũ res gestas scribere, atque ibi non primùm caussas, sed querulas dicit. Non enim caussa uideri debet, cur historiæ opus arduum sit, quòd ij qui legunt, aut iniquè interpretantur quæ scripta sunt, aut uera esse non credãt. Obnoxiam quippe, & obiectam falsis existimationibus eam rem dicendam magis aiunt, quam arduam: quia

Inuidiosè, unde etiam maligni lectio es dicũtur, qui legẽdo id tantũ quærunt quod reprehendant: uellicare autem translatiuè est dictum, pro carpere.

quia quod arduum est, sui operis difficultate est arduum, non opinionis alienæ erroribus: Hæc illi maleuoli reprehensores dicunt. Sed arduum Sallustius non pro difficili tantùm, sed pro eo quoq; ponit, quod Græci δυχερὲς, aut χαλεπὸν appellant, quod est cùm difficile, tum molestum quoq;, & incommodum & intractabile. Quorum uerborum significatio à sententia Sallustij suprà scripta non abhorret.

δυχερὲς.) Male tracta bile, nã δυς in compositione semper incommoditatem aliquam significat.

DE VOCABVLIS QVIBVSDAM A VARrone & Nigidio contra quotidiani sermonis consuetudinem declinatis. Atq; inibi id genus quædam, cum exemplis ueterum relata.

CAPVT XVI.

MAr. Varronem, & P. Nigidium uiros Romani generis doctißimos comperimus non aliter locutos esse, & scripsisse, quàm Senatuis, & Domuis, & Fluctuis, qui est patrius casus ab eo, quod est senatus, domus, & fluctus, huic senatui, domui, fluctui, ceteraq; his cõsimilia pariter dixisse. Terentij quoq; Comici uersus in libris ueteribus itidem scriptus est:

Senatuis. Domuis. Fluctuis. Meminit huius rei Priscianus lib. 7. & Diomedes lib 1. artis Gram. de genitiuo nominis quartæ declinationis.

Eius anuis opinor caussa, quæ est mortua.

Hanc eorum autoritatem quidam è ueteribus Grãmaticis ratione etiam firmare uoluerunt: quòd omnis datiuus singularis litera finitus, i, si non similis est genitiui singularis, s, litera addita genitiuum singularem facit: ut Patri patris, Duci ducis, Cædi cædis. Cùm igitur, inquiunt, in casu dandi, huic Senatui dicamus, ge-

nitiu-

nitiuus ex eo singularis, Senatuis est, & non Senatus. Sed non omnes concedūt in casu datiuo Senatui magis dicendum, q̄ Senatu: sicut Lucil. in eodem casu, Victu, & Anu, dicit, non Victui, & Anui, in hisce uersibus:

Quod sumptū atq; epulas uictu præponis honesto.

Et alio in loco:

Anu noceo inquit,

Verg. quoq; in casu dādi Aspectu dicit, non Aspectui: Idem etiā in Aene. Parce metu Cytheræa manent immota tuorum Fata tibi.

Teq; aspectu ne subtrahe nostro. Et in Georg.

Quod nec concubitu indulgent.

C. etiam Cæsar grauis autor linguæ Latinæ, in Anticatone: Vnius, inquit, arrogantiæ, superbiæq; dominatuq;. Item in Dolobella: Actionis illibuisti: quorum in ædibus fanisq; posita, & honori erant, & ornatu. In libris quoq; Analogicis, omnia illiusmodi sine, i, litera dicenda censet. Id est, assensus es accusationi.

M. Varro.) Tempore Iulij Cæsaris fuerunt simul doctissimi uiri Pub. Nigidius, M. Varro, & hic in omni genere disciplinarum, M. Tullius Cicero in philosophicis, & quod ad rem oratoriam pertinebat.

DE NATVRA QVARVNDAM PARTIculatum, quæ præpositæ uerbis, intendi atq; produci barbaré atq; inscité uidentur, exemplis rationibusq; plusculis disceptatum.

CAPVT XVII.

LVcilij ex undecimo uersus sunt:

Scipiadæ magno improbus obijciebat asellus,

Lustrum illo censore, malum infelixq; fuisse.

Obij-

Obijciebat, o, litera producta multos legere audio: idq; eò facere dicunt, ut ratio numeri salua sit.

Idem infrà: Et *iam*
Conijcere in uersus dictum præconis uolebam
Graij. *In hac quoq; prima uerbi præpositione ob eandem causam producunt.* *Item* XV.

*Subijcit hinc humilem, *& suffercatus posteriorē.*

Subijcit, u, litera longa legunt, quia primā syllabā breuem esse in uersu heroico nō conuenit. Item apud Plautum in Epidico, con, *syllabam productā pronunciant:*
Agè nunc iam & orna te Epidice, *& pallium in collum conijce.*

Apud Vergilium *quoq; Subijcit uerbum produci à plerisq; audio:* Etiam Parnasia *laurus*
Parua sub ingenti matris se subijcit umbra.

Sed neq; Ob, *neq;* Sub *præpositio, producēdi habet naturam, neq; item* Con, *nisi cùm eam literæ sequuntur, quæ in uerbis* Constituit, *&* Confecit, *secundū eam primæ sunt: uel cū eliditur ex ea, n, litera, sicut* Sallustius: Fœnoribus, *inquit, coopertus.* In *ijs autem quæ suprà posui, & metrum esse integrum potest, & præpositiones istæ possunt non barbarè protendi. Secunda enim litera in his uerbis per duo, ij, non per unum scribenda est.* Nam *uerbum istud, cui supradictæ particulæ præpositæ sunt, non* Icio *est, sed* Iacio, *& præteritum non* Icit, *sed* Iecit: Idq; *ubi compositum est, ex à litera in i muta-*

*Fortassis suffractus. Semel, quod sciā, breuem syllabam in principium carminis heroici posuit Vergil. Fluuiorum rex Eridanus. Vbi anapesto usus est pro dactylo

mutatur: sicut fit in uerbis Insilio, & Incipio, atq; ita uim consonantis capit. Et idcirco ea syllaba productiùs latiusq; paulò pronunciata, priorem syllabam breuem esse non patitur, sed reddit eam positu longã. Propterea& numerus in uersu, & ratio in pronunciatu manet. Hæc quæ diximus, eò etiam conducunt, ut quod apud Vergilium in sexto positum inuenimus:

Eripe me his inuicte malis, aut tu mihi terram Inijce: Sic esse Inijce, ut suprà dixi, & scribendum & legendum sciamus: nisi quis tam indocilis est, ut in hoc quoq; uerbo, In præpositionem, metri causa protendat. Quærimus igitur in Obijcibus, o, litera, qua ratione intendatur, quum id uocabulum factum sit à uerbo Obijcio, & nequaquam simile sit, quòd à uerbo Moueo motus, ó, litera longa dicitur. Equidem memini Sulpitium Apollinarem uirum præstanti literarum scientia, Obijces, & Obijcibus, o, litera correpta dicere, in Vergilio quoq; sic eum legere:

Qua ui maria alta tumescant
Obijcibus ruptis: Sed ita, ut diximus, i, literam, quæ in uocabulo quoq; gemina esse debet, paulò uberiùs largiusq; pronunciabat. Congruens igitur est, ut Subijces etiam, quod proinde ut Obijces compositum est, u, litera breui dici oporteat. Ennius in Tragœdia, quæ Achilles inscribitur, Subijces pro aëre alto ponit, qui cœlo subiectus est, in his uersibus:

Ergo

Ergo Deûm sublimes subijces, humidus
Vnde oritur imber, sonitu sæuo, & strepitu.

Atticismus est.

*Plerosq; omnes tamen legere audias, u, litera producta. Idipsum autem uerbum M. Cato sub alia præpositione dicit in oratione, quam de Consulatu suo habuit: Ita hos, inquit, fert uentus ad priorem Pyrenæū, quos proijcit in altū. Et Pacuuius item in Anchise: Id promontorium, cuius * lingua in altum proijcit.*

Promontorium mons dicitur, qui in mare porrigitur.

* *ligna*

Lustrum.) Tempus nominatum est quinquennale à luendo, id est, soluēdo, eò quòd quinto quoq; anno uectigalia & tributa per censores soluebātur, durabatq; censura per integrum quinquennium. Hęc Varro de lingua Latina.

Granij.) Granij, cuius præconis facetias celebrat Cicero in oratione pro Cn. Planco.

Constituit & confecit.) Id est, nisi sequentibus f. & f. Vide Priscia lib. 1. primo de accidentibus literarū. Longè uerò differunt pronunciatio siue accentus in soluta oratione & in ligata.

Subijces.) Nonius Marcellus nouè hoc dictum esse ab Ennio dicit, non à subijciēdo, sed altitudine aëris, quemadmodùm & apud Verg. Georg. lib. quarto:

Quantum uere nouo uiridis se subijcit alnus.

Id est, subducit & in altum effert.

Auertit.) Auertitur, pro passiuo ponitur, ut & Vergilius primo Aeneid.

Tum prora auertit, & undis
Dat latus.

Ad priorem Pyrenæum.) Ad saltum Hispaniæ citerioris, à quo distenduntur montes, Galliam ab Hispania separantes ad alpes usq;, qui inde Pyrenæi mōtes appellantur, Plin. lib. 3. cap. 3.

Cuius lingua.) Caput & summitas in altum tenditur

DE AFRICANO SVPERIORE SVMPTA quædam ex Annalibus memoratu dignissima.

CAPVT XVIII.

Scipionis Africani altitudo animi.

Scipio Africanus antiquior, quanta uirtutum gloria præstiterit, & quàm fuerit altus animo, atque magnificus, & qua sui conscientia subnixus, pluribus rebus, quas dixerit, quasq; fecerit, declaratum est. Ex *quibus sunt hæc duo exẽpla eius fiduciæ, ac exuperantiæ ingentis: Cùm* M. *Næuius* Trib. *plebis accusaret eũ ad populum, diceretq; accepisse à rege* Antiocho *pecuniam, ut conditionibus gratiosis & mollibus, pax cum eo* Pop. Rom. *nomine fieret, & quædam item alia crimini daret, indigna tali uiro: tum Scipio pauca præfatus, quæ dignitas uitæ suæ, atq; gloria postulabat: Memoria, inquit, Quirites repeto diem esse hodiernum, quo Annibalem* Pœnum *imperio nostro inimicissimum magno prælio uici in terra Africa, pacemq; & uictoriam uobis peperi insperabilem.* Non *igitur simus aduersum deos ingrati: sed censeo relinquamus nebulonem hunc, eamus nunc protinus* Ioui Opt. Max. *gratulatum.* Id *cùm dixisset, auertit, & ire in Capitoliũ cœpit.* Tum *concio uniuersa, quæ ad sententiam de Scipione ferendam conuenerat, relicto* Tribuno, *Scipionem in* Capitolium *comitata, atque inde ad ædes eius cum lætitia & gratulatione solenni prosecuta est.* Fer*tur etiam oratio, quæ uidetur eo die habita à Scipione: & qui dicunt eam non ueram, non eunt inficias,*

Nouè dixit pro insperata, & quæ eu. nerit Romanis nihil tale cogitantibus.

Verùm uidetur legere Mosellanu

N quin

atq; falso titulo inscriptum exponit. Id est, cōductus mercede, aut quauis alia re.

quin hæc quidem uerba fuerint, quæ dixi, Scipionis. Item aliud est factum eius præclarum: Petilius quidā Trib. Pleb. à M. *ut aiunt,* Catone *inimico* Scipionis, *comparatus in eum atq; immissus, desiderabat in senatu instantißimè, ut pecuniæ* Antiochenæ, *prædæq; quæ in eo bello capta erat, rationem redderet.* Fuerat *enim* L. Scipionis *Asiatico fratri suo imperatori in ea prouincia legatus.* Ibi Scipio *exurgit: & prolato è sinu togæ libro, rationes in eo scriptas esse dixit omnis pecuniæ, omnisq; prædæ.* Ille *tum, ut palàm recitaretur, & ad ærarium deferretur. Sed enim id iam non faciam, inquit, nec me ipse afficiam contumelia.* Eumq; librū *statim coràm discidit suis manibus, & concerpsit: ægrè passus, quòd cui salus imperij ac* Reipublicæ *accepta ferri deberet, ab eo ratio pecuniæ prædaticiæ posceretur.*

QVID M. VARRO IN LOGOSTORICO scripserit de moderādo uictu puerorum impubium.

CAPVT XIX.

Crapula ingenio officit.

PVeros impuberes compertum est, si plurimo cibo, nimioq; somno uterentur, hebetiores fieri: aduertimusq; hinc elici tarditatem, corporaq; eorum improcera fieri, minusq; adolescere. Idem pleriq; alij medicorum philosophorumq;, & M. Varro in Logisto rico scripsit, quæ inscripta est Capis, aut De liberis educandis.

Pue-

Pueros impuberes.) Pubes propriè dicitur ea lanugo, quæ circa genitalia spargitur, masculis quidem anno decimoquarto, femellis duodecimo. Inde impubes eris, qui nondum pubem nactus est.

Si nimio cibo & somno.) Posteaquàm lacte nutriri infantes desierint, liberiore eis, modo & hilariter uiuere permittemus: exercitia autem & alimenta leuiora præscribētur. Ab anno sexto & septimo, tum pueri, tum puellæ literatoribus blandis & humanis tradentur. Tales enim cum animi remissione & gratia docent. Animi autem remissio ad probam educationem plurimū adfert momenti. Autor est Paulus Aegineta, de re Medic. lib. I. cap. 14.

NOTATI A CENSORIBVS, QVI AVDIentibus ĩis dixerunt ioca quædam intempestiuiter: ac de eius quoq; nota deliberatum, qui steterat fortè apud eos oscitabundus.

CAPVT XX.

INter censorias seueritates tria hæc exempla in literis sunt castigatißimæ disciplinæ. Vnum est huiusmodi: CENS. *agebat de uxoribus solenne iusiurandū. Verba hæc erant ita concepta: Et tu ex animi tui sententia uxorē habes? Qui iurabat, cauillator quidam, & canicula, & nimis ridicularius fuit. Is locum esse sibi ioci dicendi ratus, cùm ita, uti mos erat,* CENS. *dixisset: Et tu ex animi tui sententia uxorem habes? Habeo equidem, inquit, uxorem: sed non hercle ex animi tui sententia. Tum* CENS. *eum, quòd intempestiuè lasciuisset, in ærarios retulit, caussamq; hanc ioci scurrilis apud se dicti subscripsit. Altera seueritas*

Censoriæ notæ. Modestissimæ & acerrimæ obseruantiæ. Id est, iurare uolebat. Oblatrator. Ridicularius risus mouendi studiosior q̃ conueniret. Scurrilis.

plus satis leuis. Vt exaudiretur à circunstantibus, à ciendo dictum.

eiusdem sectæ disciplinæq; est: Deliberatum est de nota eius, qui ad CENS. *ab amico aduocatus est, & in iure stans, claré nimis ac sonoré oscitauit: atque inibi propé ut plecteretur, fuit, tanquam illud iudicium uagi animi foret, & hallucinantis, & fluxæ atque apertæ securitatis. Sed cùm ille deierasset, inuitissimum sese, ac repugnantem oscitatione uictum, tenêriq; eo uicio, quod oscedo appellatur: tum notæ iam destinatæ exemptus est.* P. *Scipio Africanus* Pauli *filius, utranq; historiam posuit in oratione, quam dixit in Censura, cùm ad maiorum mores populum hortaretur. Item aliud refert Sabinus Masurius in septimo memorabilium seueré factum:* CENS. *inquit, S. Scipio Nasica, &* M. *Pompilius, cùm equitum censum agerent, equum nimis strigosum & malé habitum, sed equitem eius uberrimum & habitissimum uiderunt. Et cur, inquiunt, ita est, ut tu sis, quàm equus, curatior? Quoniam, inquit, ego me curo, equum Statius meus seruus. Visum est parum reuerens esse responsum, relatusq; in ærarios, ut mos est. Statius autem seruile nomen fuit. Plerique apud ueteres serui eo nomine fuerunt. Cæcilius quoque ille Comœdiarum poëta inclytus seruus fuit, & propterea nomen habuit Statius. Sed posteá uersum est quasi in cognomentum appellatusq; est Cæcilius Statius.*

Oscedo.

Equus strigosus.

Statius.


A. GEL-

A. GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII

LIBER V.

QVOD MVSONIVS PHILOSOPHVS REprehendit, improbauitq́; laudari Philosophum differentem à uociferantibus, & in laudando gestientibus.

CAPVT I.



Vsonium philosophum solitum dicere accepimus: Cùm philosophus, inquit, hortatur, monet, suadet, obiurgat, aliud'ue quid disciplinarū disserit: tum qui audiunt, si de somno & soluto pectore obuias uulgatasq́; laudes effutiūt, si clamitant, etiam si gestiunt, si uocum eius festiuitatibus, si modulis uerborum, si quibusdam quasi frequentamentis orationis mouentur, exagitantur, & gestiunt: tum scias, & qui dicit, & qui audit, frustra esse: neque illic philosophum loqui, sed tibicinem canere. Animus is, inquit, audientis philosophum quæ dicuntur utilia, ac salubria sunt, quæq́; & errorum atq; uiciorum medicinas ferunt, laxamentum atq; ocium prolixè profuséq; laudandi non habet. Quisquis ille est qui audit, nisi ille est planè deperditus, inter ipsam philosophi orationem & perhorrescat necesse est, & pudeat tacitus, & pœniteat, & gaudeat, & admiretur: uarios adeò uultus disparilesq; sensus gerat, perinde ut eum, conscientiamq; eius

Musonius.

* Amicus enim,

affecerit, utrarumq; animi partium, aut syncerarum, aut ægrarũ, philosophi pertractatio. Præterea dicebat magnam laudem non abesse ab admiratione: admirationem autem, quæ maxima est, non parere uerba, sed silentium. Idcirco, inquit, poëtarum sapientissimus, auditores illos Vlyssis, labores suos illustrissimè narrantis, ubi loquendi finis actus, non exultare, nec strepere, nec uociferari facit: sed consiluisse uniuersos dicit, quasi attonitos, & obstupidos, delinimentis aurium ad origines usq; uocis permanantibus.

Quasi attonitos.) Expressit hoc elegantissimè Homerus XIII. Odyss. Quòd si Latinè uertas, ita fermè habebit.

Hæc ubi dicta dedit multum facundus Vlysses,
Attoniti stupuêre omnes, uocemq; tenebant.

Sic & Vergilius, ut multa alia Homeri Latinè expressit, lib. secundo Aeneid.

Conticuêre omnes, intentiq; ora tenebant.

SVPER EQVO ALEXANDRI REGIS, qui Bucephalus appellatus est.

CAPVT II.

Alexandri Magni equus ideò Bucephalus est dictus, quod similitudinē habuerit quandam bubuli capitis, autor Festus Pomp. nã βοῦς bos

EQuus Alexandri regis, & capite & nomine Bucephalus fuit. Emptum Cares scripsit talentis XIII. & regi Philippo donatũ: æris nostri summa est HS. CCCXII. Super hoc equo dignum memoria uisum, quod ubi ornatus erat, armatusq; ad prælium, haud unquam inscendi sese ab alio nisi à rege passus sit. Id etiam de isto equo memoratum est: Quòd cùm in eo insidens Alexander bello Indico, & facinora faciens for-

fortia, in hostium cuneum, non satis sibi prouidens, im misisset, coniectisq; undiq; in Alexandrum telis, uulneribus altis in ceruice atq; in latere equus perfossus est: moribundus tamen, ac probè iam exanguis, è medijs hostibus regem uiuacißimo cursu retulit: atq; ubi eum extra tela extulerat, ilico concidit: & domini iam superstitis securus, quasi cum sensus humani solatio animam expirauit. Tum rex Alexander parta eius belli uictoria, oppidum in ijsdem locis cõdidit: atq; ob equi honores Bucephalon appellauit.

dicitur, κιφάλι caput, de quo Plinius lib. 8. ca. 42.

Bucephalon oppidum.

QVAE CAVSSA, QVOD'QVE INITIVM fuisse dicatur Protagorę ad Philosophię literas adeũdi. CAPVT III.

PRotagoram uirum in studijs doctrinarum egregium, cuius nomen Plato libro suo illi inclyto inscripsit, adolescentem aiunt, uictus quærendi gratia, in mercede missum, uecturasq; onerum corpore suo factitauisse, quod genus Græci βασάζοντας *uocant, Latinè baiulos appellamus. Is de proximo rure in Abderam oppidum, cuius popularis fuit, caudices ligni plurimos funiculo breui circundatos portabat. Tum fortè Democritus ciuitatis eiusdem ciuis, homo ante alios uirtutis & philosophiæ gratia uenerandus, cùm egrederetur extra urbem, uidet eum cum illo genere oneris tam impedito, ac tam incoibili, facilè atque expeditè incedentem. Et propè accedit, & iuncturam*

Protagoras

Baiulus.

Abdera Democriti oppidum.

posituramq́; ligni scitè peritéq́; factam considerat, petitq́; ut paulùm acquiescat. Quod ubi Protagoras, uti erat petitum, fecit: atq; itidem Democritus aceruum illum, & quasi orbem caudicum breui uinculo compressum, ratione quadam quasi Geometrica librari, cōtineriq́; animaduertit: interrogauit, quis id lignum ita composuisset. Et cùm ille à se compositum dixisset: desiderauit uti solueret, ac denuo in modum eundem collocaret. At postquam ille soluit, ac similiter composuit: tum Democritus animi aciem solertiamq́; hominis non docti demiratus: Mi adolescens, inquit, quum ingenium benefaciendi habeas, sunt maiora melioráq́;, quæ facere mecum poßis. Abduxitq́; eum statim, secumq́; habuit, & sumptū ministrauit, & philosophias docuit, & esse eum fecit, quantus posteà fuit. Is tamen Protagoras insyncerus quidem philosophus, sed acerrimus sophistarum fuit. Pecuniā quippe ingentem cùm à discipulis acciperet annuam, pollicebatur se id docere, quánam uerborum indùstria causa infirmior, fieret fortior. Quam rem Græcè ita dicebat: τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν.

Plato illi inclyto.) Tractat enim Plato, quę ad sapientię professionem diligere oporteat, atq; inter cętera quę sunt sanè plurima, hanc nobilissimam sententiam posuit. Etenim, inquit, multò magis est periculū formidandum in emēdis disciplinis, quàm cibis parādis: siquidem cibos ubi emeris à tabernario, in aliјs uasis deferre domū licet, atq; sumere ubi consiliū fuerit: Capere uerò disciplinas non licet in alio uase, sed in tui ipsius animo auferre

ferre necessum est, siue hæ sint utiles, siue noxiæ. Dialogus ille, qui Protagoras inscribitur, uersus est à Marsilio Ficino.

Infirmior fortior fieret.) Basilius Magnus ad Libanium Sophistam scribens, proprium Rhetorum, id est, caufidicorũ, inquit esse, magna parua facere, & paruis magnitudinem adponere: atq; demum, si ita res postulet, ex musca facere elephantum. Simile quiddam de se est professus Gorgias Leontinus, quem Cicero insectatur in Orato. & Quintilianus.

DE VERBO DVO ET VICESIMO, QVOD uulgo incognitum, à uiris doctis multifariàm in libris scriptum est.

CAPVT IIII.

Apud Sigillaria fortè in libraria, ego & Iulius Paulus poëta uir memoria nostra doctißimus, consederamus, atque ibi expositi erant Fabij Annales, *bonæ atq; syncerae uetustatis libri, quos uenditor sine mendis esse contendebat. Grãmaticus autem quispiam è nobilioribus ab emptore ad spectandos libros adhibitus, reperisse unum in libro mendũ dicebat. Sed contrà librarius ẽn quoduis pignus uocabat, si in una uspiã litera delictum esset. Ostendebat Grammaticus ita scriptum in lib.* IIII. *Quapropter tum primùm ex plebe alter* COS. *factus est, duo & uicesimo anno postquàm Romã Galli ceperunt: Non, inquit, duo & uicesimo, sed duodeuicesimo scribi oportuit. Quid enim est duo & uicesimo? Alio quoq; loco hic ita scripsit: Mortuus est anno duo & uicesimo. Rex fuit anno uicesimo primo.*

Iulius Paulus.

Duodeuicesimo.

Duouicesimo scribi oportuit.) Nonius Marcellus inquir, duodeuicesimo. Ex quib⁹ uerbis, modò nō sit mendum, conijcere licet, duodeuicesimo apud Gelliū legendum esse in utraq; citatione. Verùm scrupulus restat in significatione. Festus autem Pompon. hac de re in hunc modum tradit, Duodeuiginti, inquit, consuetudinem dicendi à Græcis duxisse uidetur, qui sic enunciant δυοῖν δέοντα εἴκοσι, id est, duo ex uiginti, quomodo & consensus eruditorum passim usurpat.

CVIVSMODI IOCO CAVILLATVS sit Antiochum regem Pœnus Annibal.

CAPVT V.

Annibalis cauillatio in Antiochum.

Macrob. li. 2, cap. 2.

IN libris ueterum memoriarum scriptum est, Annibalem Carthaginensem apud regem Antiochum facetißimè cauillatū esse. Ea cauillatio huiuscemodi fuit: Ostendebat ei Antiochus in campo copias ingenteis, quas bellum Pop. Ro. facturus comparauerat: conuertebatq; exercitum insignibus argenteis & aureis florentem. Inducebat etiam currus cum falcibus, & elephantos cum turribus, equitumq; frenis, ephippijs, monilibus, phaleris præfulgentem. Atq; ibi rex contemplatione tanti ac tam ornati exercitus gloriabundus, Annibalem aspicit: & putas'ne, inquit, conferri posse, ac satis esse credis Romanis hæc omnia? Tum Pœnus, eludens ignauiam imbelliamq; militum eius preciosè armatorum: Satis planè, inquit, satis esse credo Romanis hæc omnia etiam si auarißimi sunt. Nihil prorsum, neq; tam lepidè, neq; tam acerbè dici potest. Rex de numero exercitus sui, ac de æquiparatione æstimanda quæsie-

Quibus proscinderētur hastæ.

quæsierat: respondit Annibal de præda.

Imbelliamq́.) Nouo uocabulo dixit Gellius Imbelliam, tanquam dicas imperitiam armorũ, aut inexercitationem, si modò ita liceat dicere.

DE CORONIS MILITARIBVS QVAE sit earum Triumphalis, quæ Obsidionalis, quæ Ciuica, quæ Muralis, quæ Castrensis, quæ Naualis, quæ Oualis, quæ Oleagina.

CAPVT VI.

Militares coronæ multifariæ sunt. Quarũ quæ nobilißimæ sunt, has fermè esse accepimus, triumphalem, obsidionalem, ciuicã, muralem, castrensem, naualem. Est ea quoq; corona, quæ oualis dicitur. Est item postrema oleagina, qua uti solent, qui in prælio non fuerunt, sed triumphum procurant. Plura de ea re habes in Plin. lib. 16. *Triumphales coronæ sunt aureæ, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. Id uulgò dicitur aurum coronarium. Hæ antiquitùs è lauro erant, pòst fieri ex auro cœptæ.* Coronę triumphales. *Obsidionalis est, quam ij qui liberati sunt obsidione, dant ei duci, qui liberauit. Ea corona graminea est: obseruariq́; solitum ut fieret è gramine, quod in eo loco generatum esset, intrà quem clausi erant qui obsidebantur. Hanc coronam gramineam. S. P. Q. R. Q. Fabio Maximo dedit bello Pœnorum secundo, quòd urbem Romam obsidione hostium liberasset.* Obsidionalis. Graminea. *Ciuica corona appellatur, quam ciuis ciui, à quo seruatus est in prælio, testem uitæ salutisq́; perceptæ dat.* Ciuica.

Ea

Arbore glãdifera, nam antiquitus glande soliti erant uesci. Vitruui⁹ lib. primo.

Ea fit è fronde querna: quoniam cibus uictusq; antiquißimus querceus capi solitus sit. Fit etiam ex ilice, quod genus superiori proximũ est, sicuti scriptum est in quadam Comœdia Cæcilij:

Aduehũtur, inquit, cũ iligneá corona & chlamyde,
Dij uostram fidem.

Masurius autem Sabinus in XI. librorum memorabilium ciuicam coronam tum dari solitam dicit, cùm is, qui ciuem seruauerat, eodem tempore & hostem occiderat, neq; locum in ea pugna reliquerat: aliter ius ciuicæ coronæ negat concessum. Tiberium tamen Cæsarem consultum, an ciuicam coronam capere posset, qui ciuem in prælio seruasset, & hostes ibidem duos interfecisset, sed locum in quo pugnabat, nõ retinuisset, eoq; loco hostes potiti essent, rescripsisse dicit, eum quoque ciuica dignum uideri: quòd appareret, è tam iniquo loco ciuem ab eo seruatum, ut etiam à fortiter pugnantibus retineri non quiuerit. Hac corona ciuica L. Gel. uir censorius in Senatu Ciceronem Consulem donari à Republica censuit, quòd eius opera esset atrocißima illa Catilinæ coniuratio detecta, uindicataq;.

Muralis.

Muralis est corona, qua donatur ab Imperatore, qui primus murum subijt, inq; oppidum hostium per uim ascẽdit. Idcircò quasi muri pinnis decorata est.

Castrensis.

Castrensis est corona, qua donat eum Imperator, qui primus hostiũ castra pugnans introiuit. Ea corona insigne ualli habet.

Naualis est, qua donari solet maritimo prælio, qui primus in hostium nauem ui armatus transiliuit. Ea quasi nauium rostris insignita est. Et Muralis autem, & Castrensis, et Naualis fieri ex auro solent. Oualis uerò corona myrtea est: Ea utebantur Imperatores, qui ouantes introibant urbem. Ouandi autē, ac non triumphandi caussa est, cùm aut bella non ritè indicta, neque cum iusto hoste gesta sunt, aut hostium nomen humile, et nō idoneum est, ut seruorum, piratarumq́; aut deditione repentè facta impuluere (ut dici solet) incruentaq́; uictoria obuenit. Cui facilitati aptam esse Veneris frondem crediderunt, ꝙ non Martius, sed quasi Venereus quidam triumphus foret. Hanc myrteam coronam M. Crassus, cùm bello fugitiuorū confecto, ouans rediret, insolenter aspernatus est: Senatusq́; consultum faciundum per gratiam curauit, ut lauro, non myrto coronaretur. M. Cato obiecit M Fuluio nobiliori, quòd milites per ambitionē coronis leuissimis de caussis donasset: de qua re uerba ipsa apposui Catonis. Nam principiò quis uidit corona donari quenquam, cùm oppidum captum non esset? aut castra hostiū non incensa essent? Fuluius autem, in quem hoc à Catone dictum est, coronis donauerat milites, quia uallum curauerāt, aut quia puteum strenuè foderant. Prætereundum nō est, quod ad ouationes attinet: super quo dissensisse ueteres scriptores accipio. Partim enim scripserunt, qui ouarent introire

Naualis. Ided à Plinio appellãtur Rostrata. Oualis. Cui prçerat spartacus.

introire solito equo uehentes. Et Sab. Masurius pedibus ingredi ouantes dicit, sequentibus eos, non militibus, sed uniuerso senatu.

Insigne ualli.) Perticæ propterea & à Plinio lib. decimo sexto, cap. 4. Vallaris corona dicitur.

Myrteam coronam Crassus.) Bellicis quoq; se rebus inseruit ipsa myrtus, triumphansq; de Sabinis Posthumius Libertus in consulatu, qui primus omnium ouans ingressus est urbem, quoniã rem leuiter sine cruore gesserat, myrto Veneris uictricis coronat⁹ incessit. Hęc postea ouantium fuit corona, excepto M. Crasso, qui de fugitiuis & Spartaco laurea coronatus incessit. Plinius lib. decimoquinto, cap. 29.

Impuluere uictoria.) Nouè dixit Gellius Impuluere, pro sine puluere, imitatione Græcorum. Vide de hac re Eras. in Prouerbijs.

PERSONAE VOCABVLVM QVAM LEpidè interpretatus, quamq; esse uocis eius, originem dixerit C. Bassius.

CAPVT VII.

*Lepidè me Hercules, & scitè C. Bassus in libris, quos de origine uocabulorum cõposuit, unde appellata Persona sit, interpretatur. A personando enim id uocabulum factum esse coniectat: Nã caput, inquit, & os, cooperimento personæ tectũ undiq;, unaq; tantùm uocis emittendæ uia peruium, *quòd nõ uaga neq; diffusa est, in unũ tantummodò exitũ collectam coactamq; uocẽ, & magis claros canorosq; sonitus facit. Quoniam igitur indumentum illud oris clarescere & resonare uocẽ facit: ob eam caussam persona dicta est, o, litera propter uocabuli formam productiore.*

* *qua*

Pro-

Productiore.) Deriuatione. Nam alioqui persona penultimam breuem habet. Verg. 1. Aeneid.

Cythara crinitus Iopas
Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas.

DEFENSUS ERROR A VERGILII VERSibus, quos arguerat Iulius Higinus Grammaticus. Et ibidem quid sit lituus, atque de Etymologia uocis eius.

CAPUT VIII.

Ipse quirinali lituo, paruaq; sedebat
Succinctus trabea, læuaq; ancile gerebat.

In his uersibus errasse Vergilium. Higinus scripsit, tanquam non animaduerterit deesse aliquid hisce uerbis: Ipse quirinali lituo. Nam si nihil, inquit, deesse animaduertimus: uidetur ita dictum, ut fiat lituo & trabea succinctus: quod est, inquit, absurdissimũ. Quippe quũ lituus sit uirga breuis, in parte qua robustior est, incurua, qua augures utuntur: quónam modo succinctus lituo uideri potest? Imò ipse Higinus parùm animaduertit sic hoc esse dictum, ut pleraq; dici per defectionem solent: ueluti cùm dicitur, M. Cicero homo magna eloquentia, atq; Roscius histrio summa uenustate: non plenum hoc utrunq;, neq; perfectum est: sed enim pro pleno atque perfecto auditur, ut Vergilius alio in loco:

Qui scripsit commentaria in Vergilium.

Lituus.

Victorem Buten immani corpore.

Id est, corpus immane habentem. Et item alibi:

In medium geminos immani pondere cæstus
Proijcit. Ac similiter:

Domus

Domus sanie dapibusq; cruentis
Intus opaca ingens.

Sic igitur id quoq; uideri dictũ debet: Picus quirinali lituo erat: sicut dicimus, statua grandi capite erat. Et est autem, & erat, & fuit, plerunq; absunt cum elegantia sine detrimento sententiæ. Et quoniam facta litui mentio est, non prætermittendum est, quod posse quæri animaduertimus, utrum lituus auguralis à tuba, quæ lituus appellatur, an tuba à lituo augurũ, lituus dicta sit. Vtrunq; enim pari forma, & pariter in capite incuruum est. Sed si (ut quidam putant) tuba à sonitu lituus appellata est, ex illo Homerico uersu, λίγξε βιός, necesse est ita accipi, ut uirga auguralis à tubæ similitudine lituus uocetur. Vtitur autem uocabulo isto Vergil. & pro tuba:

Tuba.

Et lituo pugnas insignis obibat, & hasta.

Ipse Quirinali lituo.) Genus buccinæ est lituus incuruæ, quo qui cecinerit, liticen appellatur, Ennius:

Inde loci lituus sonitus effudit acutos.

Sed & Liuius ab urbe condita primo, cuiusmodi fuerit lituus indicat ijs uerbis: Augur ad leuam eius capite uelato sedem cepit, dextra manu baculũ sine nodo aduncum tenens, quem lituum appellant. Festus Pomp. ideò lituum appellari dici, quia litis testis sit.

Etymologia.) Ratione uera, uel notatione, ut appellat Cicero in Topicis.

Trabea.) Vestis erat de auro, purpura, & cocco, regum tantùm & augurũ, ut inquit Seruius Honoratus Grammaticus.

Ancile.) Varro Ancilia dicta ab ancisu putat: quòd ea arma, ut Thracum, ab utraq; parte incisa erant: Quæ Numa

Numa regnante de cœlo deciderant cum eiusmodi oraculo: ubi hæc arma essent, istic etiam fore imperij summam, inde à Liuio cœlestia arma uocantur.

Immani pondere cæstus.) Lora ex corio bubulo, quibus assuuntur plumbeæ pilæ, appellantur cæstus: hisce solebant se cædere mutuo in certamine, unde & nomen habuerunt à cædendo.

HISTORIA DE CROESI FILIO SVMPta ex Herodoti libris.

CAPVT IX.

Filius Crœsi regis, cùm iam per ætatē fari posset, infans erat: & cùm iam multùm adoleuisset, item nihil fari quibat. Mutus adeò & elinguis diu habitus est. Cùm uerò in patrem eius bello magno uictum, & urbe, in qua erat, capta, hostis gladio deducto, regem esse ignorans, inuaderet: diduxit adolescens os, clamare nitens, eoq; nixu atque impetu spiritus, uicium nodumq; linguæ rupit, planeq; & articulatè elocutus est, clamans in hostē, ne rex Crœsus occideretur. Tum & hostis gladium reduxit, & rex uita donatus est, & adolescēs loqui prorsus deinceps incepit. Herodotus in historijs huius memoriæ scriptor est: eiusq; uerba sunt quæ prima dixisse filium Crœsi refert: ὦ ἄνθρωπε, μὴ κτεῖνε Κροῖσον. Sed & quispiam Samius Athleta, nomē illi fuit Αἴγλης, cùm antea non loquens fuisset, ob similē dicitur causam loqui cœpisse. Nam cùm in sacro certamine sortitio inter ipsos & aduersarios non bona fide fieret, & sortē nominis falsam subijci animaduertisset:*

Crœsi filius ex muto uocalis.

* educto.

Her. in Cl.

Aegles Samius.

Elata uoce, dictum est figura Græcanica, qua & Plato in Protagora usus est.

uertisset: repentè in eum, qui id faciebat, sese uidere quid faceret, magnum inclamauit. Atq; is oris uinculo solutus, per omne inde uitæ tempus, non turbidè, neq; adhæsè locutus est.

ὤ'νθρωπε.) Mos est Atticorum & Ionum, in sequente dictione incipiente ab α post ὦ uocandi aduerbium, ut illud α per apostrophen auferatur, dictioq; ipsi aduerbio adglutinetur.

Ne rex Crœsus occideretur.) Historiam scribit Plinius & Solinus. Hunc filium, quem mutum fuisse Gellius dicit, Athim appellatum scribit Solinus cap. 7.

DE ARGVMENTIS, QVAE GRAECE ἀντιςρέφοντα appellantur, à nobis reciproca dici possunt.

CAPVT X.

Antistrephonta, id est, controuertentia, reciproca.

INter uicia argumentorum, longè maximum esse uicium uidetur eorum, quæ ἀντιςρέφοντα *Græci dicunt. Ea quidam ex nostris, non herclè nimis absurdè, reciproca appellauerunt. Id autem uicium accidit hoc modo: Cùm argumentum propositum referri contrà, conuertiq; in eum potest, à quo dictum est, & utrunq; pariter ualet: quale est peruulgatum illud, quo* Protagoram *sophistarum acerrimũ, usum esse ferunt aduersus* Euathlum *discipulum suum.* Lis nanq; inter eos, et *controuersia super pacta mercede hæc fuit:* Euathlus *adolescens diues, eloquentiæ discendæ, caussarũq; orãdi cupiens fuit. Is in disciplinam* Protagoræ *sese dedit, daturumq; promisit mercedem grandem pecuniam, quantã* Protagoras *petiuerat.* Dimidiumq; *eius dedit*

Protagoræ & Euathli pactio.

iam tunc statim, priusquam disceret: pepigitq́, ut reliquum dimidium daret, quo primo die caussam apud iudices orasset, & uicisset. Postea cùm diutule auditor assectatorq́; Protagoræ fuisset: & in studio quidē facundiæ abundè promouisset, caussas tamen nō reciperet, tempusq́; iam longū transcurreret, & facere id uideretur, ne reliquum mercedis daret: capit consilium Protagoras, ut tum existimabat, astutum: Petere instituit ex pacto mercedē. Litem cum Euathlo cōtestatur. Et cùm ad iudices conijciēdæ consistendæq́; caussæ gratia uenisset, tum Protagoras sic exorsus est: Disce, inquit, stultißime adolescēs, utroq; id modo fore, uti reddas quod peto, siue contra te pronunciatum erit, siue pro te. Nam, si contra te lis data erit: merces mihi ex sententia debebitur, quia ego uicero. Sin uerò secundū te iudicatū erit: merces mihi ex pacto debebitur, quia tu uiceris. Ad ea respōdit Euathlus: Potui, inquit, huic tuæ tam ancipiti captioni isse obuiam, si uerba nō ipse facerem, sed alio patrono uterer. Sed magis mihi in ista uictoria proludium est, cū te nō in caussa tantùm, sed in argumēto quoq; isto uinco. Disce igitur tu quoq; magister sapientißime, utroq; modo fieri, uti non reddam quod petis, siue contra me pronunciatum fuerit, siue pro me. Nam, si iudices pro caussa mea senserint; nihil tibi ex sententia debebitur, quia ego uicero. Sin cōtra me pronunciauerint: nihil tibi ex pacto debebo,

Iam tūc statim, id est, initio.

Promouisset, profecisset.

Pro te, secūdùm te.

Isse obuiā, occurrere, diluere alia captione.

Ex pacto, conuento. Dubiosum, dubio plenum, nouè dixit Gell. Rescinderet, annihilaret.

quia ego non uicero. Tū iudices dubiosum hoc inexplicabileq; esse, quod utrinq; dicebatur, rati, ne sententia sua utramcunq; in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet: rem iniudicatam reliquerunt, caussamq; in diē longißimam distulerunt. Sic ab adolescente discipulo, magister disciplinæ eloquentiæ inclytus suo sibi argumento confutatus est, et captionis uersutè excogitatæ frustatus fuit.

Protagoram sophistarum acerrimum.) Protagoram aiunt cum suo discipulo Euathlo nimis mercedem uberem conditione temeraria pepigisse, ut sibi tum demum daret, cùm primò tyrocinio caussam apud iudices obtinuisset. Igitur Euathlus, postquā cuncta illa exorabula iudicantium, & decipulas aduersantium, & artificia docentium, uersutus alioqui, & ad astutiā ingeniatus facilè perdidicit, contentusq; scire quod concupierat: cœpit nolle quod pepigerat, sed callidè nectendis moris magistrum frustrari, diutuleq; neq; agere uelle, nec dare mercedem, donec Protagoras eum ad iudices uocauit, expositaq; conditione, qua docendū susceperat, anceps argumentum ambifariàm proposuit. Nam, siue ego uicero, inquit, soluere mercedē debebis ut cōdēnatus: Seu tu uiceris, nihilòminus reddere debebis, ut pactus, quippe q hanc caussam primam apud iudices uiceris. Ita si uincis, in conditionem incidisti: si uictus fueris, in damnationem. Quid multis? concludere hæc ratio iudicibus acriter, ac inuincibiliter uidebat. Euathlus uerò biceps hoc argumentum, ut qui perfectissimus fuerit ueteratoris discipulus, in Protagoræ caput retorsit.

Proludium est.) Tanquam præludendo gaudium, malim tamen legere prolubium, quasi dicat, possem quidē eam fraudem tanquam clauum clauo, ut dicimus, propellere, tamen magis libet, &c.

Cum Protagora.) Hic autore Laërt. primus precium

centum

centum minas à discipulis exegit, nostratis monetæ tre centos aureos.

Instituit.) Res ipsa docet: Instituit esse legendum, legitq; hoc modo Eras. in Prouerbio: Mali corui malum ouum.

BIANTIS DE RE VXORIA SYLLOGISmum non posse uideri ἀντιστρέφοντα.

CAPVT XI.

Existimauit quidam etiam illud Biantis, uiri sapientis, ac nobilis, responsum consimile esse, atq; est, Protagorion illud, de quo dixi modò ἀντιστρέφον. Nam cùm rogatus esset à quodã Bias: Deberet'ne uxorem ducere, an uitam uiuere cœlibem, ἤτοι, inquit, καλὴν ἕξεις ἢ αἰσχράν, καὶ εἰ καλὴν, ἕξεις κοινήν. εἰ δὲ αἰσχράν, ἕξεις ποινήν. ἑκάτερον δὲ οὐκ ἀγαθόν, οὐ ληπτέον ἄρα. Sic aũt hoc responsum conuertunt: εἰ μὲν καλὴν ἕξω, οὐχ ἕξω ποινήν. εἰ δὲ αἰσχράν, οὐχ ἕξω κοινήν, γαμητέον ἄρα. Sed minimè hoc esse uidetur ἀντιστρέφον, quoniã ex altero latere cõuersum, frigidius est infirmiusq;. Nam Bias proposuit, nõ esse ducendã uxorem, propter alterutrum incommodum, quod necessariò patiendum erit ei, qui duxerit. Qui conuertit aũt, non ab eo se defendit incommodo, quod adest, sed carere se altero dicit, quod non adest. Satis est aũt tuendæ sententiæ, quam Bias dixit, quòd eũ, qui duxit uxorem, pati necesse est ex duobus incommodis alterum, ut aut κοινὴν habeat, aut ποινήν. Sed Phauorinus noster, cùm facta esset fortè mentio syllogismi istius, quo Biantis argumentum.

Protasis. *Bias usus est, cuius prima πρότασις ἤτοι καλὴν ἕξεις αἰσχράν, non ratum id, neq; iustum disiunctū esse ait: quoniam nō necessum est alterum ex duobus, quæ disiunguntur, uerum esse: quod in proloquio disiunctiuo necessarium est. Eminentia enim quadam significari formarum turpes & pulchræ uidentur. Est autem, inquit, tertium quoq; inter duo ista, quæ disiunguntur, cuius rationem prospectumq; Bias non habuit. Inter enim pulcherrimam fœminam, & deformißimā, media quædam forma est, quæ à nimiæ pulchritudinis periculo, & à summo deformitatis odio uacat. Qualis à Q. Ennio in Menalippa, perquàm eleganti uocabulo* Stata forma. *Stata dicitur, quia neq; κοινὴ, futura sit, neq; πoινή: quā formā modicam & modestam, Phauorinus nō me hercle inscitè appellabat uxoriam.* Vxoria forma. *Ennius autem in ista, quam dixi, Tragœdia, eas ferè fœminas ait incolumi pudicitia esse, quæ stata forma forent.*

Iustum disiunctum.) Propterea quòd lex eius est, ut altera pars necessariò sit uera, hîc autem utraq; falsa esse potest, quum sit medium quoddam.

Menalippa.) Tragœdia est, cui titulum indidit nominis proprij unius ex Amazonibus mulieribus.

DE NOMINIBVS DEORVM POPVLI Romani Dijouis, & Veiouis.

CAPVT XII.

Dijouis. Veiouis. *IN antiquis spectationibus nomina hæc deorum inesse animaduertimus, Dijouis & Veiouis: Est autem etiam ædes Veiouis Romæ, inter arcem & Capitoliū.*

Eorum

Eorum nominum rationem esse hanc comperi: Iouem Latini ueteres à iuuando appellauêre, eundemq; alio uocabulo iuncto, Patrem dixerunt. Nam quod est in elisis, aut immutatis quibusdam literis Iupiter, id plenum atq; integrū est Iouis pater. Sic & Neptunus pater coniunctè dictus est, & Saturnus pater, & Ianus pater, & Mars pater: hoc enim est Marspiter. Item Iouis Diesper appellatus, id est, diei & lucis pater. Idcircò simili nomine Dijouis dictus est, & Lucetius, quòd nos die & luce quasi uita ipsa afficeret, & iuuaret. Lucetium autem Iouem Cn. Næuius in libris belli Punici appellat. Cùm Iouem igitur & Dijouem, à iuuando nominassent: cum quoq; contrà Deum, qui non iuuandi potestatem, sed uim nocendi haberet (nam deos quosdam ut prodessent, celebrabant, quosdā ut ne obessent, placabant) Veiouem appellauerunt, dempta atq; detracta iuuandi facultate. Væ enim particula, quæ in alijs atq; alijs uocabulis uariatim per has duas literas cū a, litera media immissa dicitur, duplicē significatū, eundemq; inter se diuersum, capit. Nam & augendæ rei, & minuendæ ualet, sicuti aliæ particulæ plurimæ: propter quod accidit, ut quædā uocabula quibus particula ista præponitur, ambigua sint, & utroq; uersum dicantur, Væscum, Væhemēs, & Vægrande, de quibus alio in loco uberiore tractu facto admonuimus. Vesanos autem & Vecordes ex una tantùm parte dici, quæ

Expunctis, detritis.
Iupiter.
Marspiter.
Diespiter.
Lucetius.
Væ.
In utranq; partem.
Væscum.
Væhemens.
Vegrande.
Vesanus.
Vecors.

quæ priuatiua est, quam Græci στερητικὸν μόριον *dicunt. Simulachrum igitur dei Veiouis, quod est in æde, de qua suprà dixi, sagittas tenet, quæ sunt uidelicet paratæ ad nocendum. Quapropter eum Deum plerique Apollinem esse dixerunt. Immolaturq; illi ritu humano capra: eiusq; animalis figmentum iuxta simulachrū stat. Propterea Vergilium quoq; aiunt multæ antiquitatis hominem sine ostētationis odio peritum, numina læua in Georgicis deprecari, significantem quandam uim esse huiuscemodi deorum in lædendo magis, quàm in iuuando, potentem.*

Versus Vergilij hi sunt:

Intenui labor, at tenuis non gloria, si quem
Numina læua sinunt, auditq; uocatus Apollo.

In istis autem dijs, quos placari oportet, uti mala à nobis, uel à frugibus natis amoueantur, Auerruncus quoque habetur, & Robigus.

Auerrūcus, Robigus.

Spectationibus.) Id est, codicibus, inscriptionibus quæ uelut spectacula ponuntur in aperto.

Vescum.) Quod uel commodum ad uescendum ualde fit, uel incommodum.

Sagittas tenet.) Gellius quod Ioui tribuit, id Macrobius Soli uendicat, ut qui conetur numerum deorum ad unum omnino astringere, à cuius radijs uelut iaculis, aër corruptus incenditur, ac sic corpora animantium pestibus uelut sagittis petuntur.

Auerruncus quoq;.) Alij autem Arigum aduersus nimiam agrorum ariditatem siccitatemq; placari putant, quemadmodum Lymphā coluerunt inter deos rusticos, ut quæ opportunos imbres mitteret.

DE

DE OFFICIORVM GRADV ATQVE ordine, moribus populi Romani obseruato.

CAPVT XIII.

Seniorum hominum & Romæ nobilium, atque in morum disciplinarumq́; ueterum doctrina memoriaq́; præstantium, disceptatio quædam fuit, præsente & audiente me, de gradu atque ordine officiorum. Cumq́; quæreretur, quibus nos ea prioribus potioribusq́; facere oporteret, si necesse esset in opera danda, faciundoq́; officio alios alijs anteferre: non constabat. Conueniebat autem facilè, cõstabatq́; ex moribus Populi Romani, *primum iuxta parentes locum tenêre pupillos debere, fidei, tutelæq́; nostræ creditos: secundùm eos proximũ locum clientes habere, qui sese itidem in fidem patrociniumq́; nostrorum dederunt: tum in tertio loco esse hospites: posteà esse cognatos affinesq́;.* Huius *moris obseruationisq́; multa sunt testimonia atq; documenta in antiquitatibus descripta.* Ex qui*bus unum hoc interim de clientibus cognatisq́;, quod præ manibus est, ponemus:* M. Cato *in oratione, quam dixit apud* CENS. *in* Lentulum, *ita scripsit:* Quòd *maiores sanctiùs habuêre defendi pupillos, quàm clientem non fallere. Aduersus cognatos, pro cliente testatur. Testimonium aduersum clientem nemo dicit.* Pa*trem primum, posteà patronum proximum nomen habere.* Masurius *autem* Sabinus *in lib.* Iuris *ciuilis* III. *antiquiorem locum hospiti tribuit quàm clienti* Ver-

Que nostris necessariis deberemus.

Conue. consentiebatur Iuxta pa.

Post parentes.

Pupillos, orbatos parentibus, & in tutela existentes.

Affines, qui ex matrimonio nobis iunguntur.

ba ex eo libro hæc sunt: In *officijs apud maiores ita obseruatum est, primùm tutelæ, deinde hospiti, deinde clienti, tum cognato, posteà affini: de qua causa fœminæ uiris potiores sunt habitæ, pupillarisq; tutela mulieri prælata: etiam aduersus quem affuissent eius filij tutores relicti, in eadem causa pupillo aderant.* Firmum *atq; clarum isti testimonium rei perhibet autoritas* C. *Cæsaris* Pont. Max. *qui in oratione quam pro* Bithynis *dixit, hoc principio usus est:* Vel *pro* Hospitio *regis* Nicomedis, *uel pro horum necessitate, quorum res agitur, refugere hoc munus* Mumi *non potui.* Nam *neq; hominum morte memoria deleri debet, quin à proximis retineatur: neq; clientes sine summa infamia deseri possunt, quibus etiam à propinquis nostris opem ferre instituimus.*

Habitæ.) Prælatæ sunt uiris in accipiendo officio, quod magis egeāt defensione, haud aliter ac pupilli. Necess. Cognatione, necessitudine.

Clientes.) Eos qui assumuntur in fidē nostram defendendi causa.

Secundùm eos.) Post.

In eadem causa.) Sensus est, si tutores filios habuissent, qui accusarent pupillos: tunc parentes tutores pupillorum, contra suos filios stabāt pro pupillis, adeo ut pupilli etiam filijs præferrentur.

Bithynis.) Regio est Bithynia proxima Cappadociç.

Nicomedis.) Is est apud quem parùm castè pudicitiam suam Cæsar Iulius habuerat, quç etiã res deinde abijt in popularem iocum. Ita enim milites uulgò adclamabãt triumphanti Cæsari:

Gallias Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem.
Ecce Cæsar nunc triumphat, qui subegit Gallias.
Nicomedes non triumphat, qui subegit Cæsarem.

Vide de ea re Tranquillum in uita Cæsaris.

QVOD

QVOD APPION DOCTVS HOMO QVI Polyhistor appellatus est, uidisse se Romæ scripsit recognitionem inter sese mutuam ex uetere noticia hominis & leonis.

CAPVT XIIII.

Appion, qui Polyhistor appellatus est, literis homo multis præditus, rerumq; Græcarum plurima atque uaria scientia fuit. Eius libri non incelebres feruntur, quibus omnibus fermè, quæ mirifica in Aegypto uisuntur audiunturq;, historia comprehendit. Sed in ijs quæ audisse uel legisse sese dicit, fortasse à uicio studioq; ostentationis fit loquacior. Est enim sanè quàm in prædicandis doctrinis suis uenditator. Hoc autem, quod in lib. Aegyptiacorum V. scripsit, neque audisse, neq; legisse, sed ipsum sese in urbe Roma uidisse oculis suis cõfirmat: In Circo maximo, inquit, uenationis amplißimæ pugna populo dabatur. Eius rei, Romæ cũ fortè essem, spectator, inquit, fui. Multæ ibi sæuientes feræ, magnitudine bestiarũ excellentes, omniumq; inusitata aut forma erat, aut ferocia. Sed præter alia omnia leonum, inquit, immanitas admirationi fuit, præterq; omnes cæteros unus. Is unus leo corporis impetu & uastitudine, terrificoq; fremitu & sonoro, toris, comisq; ceruicum fluctuantibus, animos oculosq; omniũ in sese conuerterat. Introductus erat inter complureis cæteros ad pugnam bestiarum Dacus seruus uiri consularis. Ei seruo Androdus nomen fuit.

Hunc

Appion Polyhistor.

Propter ostentationis uicium.

Ex abũdanti aliquãdo additur q̃. Pleonasm*, id est, abundantia.

Fluct. Huc illuc sparsis.

Androdus Dacus seruus.

Hunc ille leo ubi uidit procul, repentè, inquit, quasi admirans stetit, ac deinde sensim atq; placidè, tanquàm noscitabundus ad hominem accedit. Tum caudam more atque ritu adulantium canum clementer & blandè mouet, hominisq; sese corpori adiungit: cruraq; eius & manus propè iam exanimati metu, lingua leniter demulcet. Homo Androdus *inter illa tam atrocis feræ blandimenta amissum animum recuperat, paulatimq; oculos ad contuendum leonem refert. Tum quasi mutua recognitione facta: Lætos, inquit, & gratulabundos uideres hominem & leonem. Ea re prorsus tam admirabili, maximos populi clamores excitatos dicit: accersitumq; à Cæsare* Androdum: *quæsitam causam, cur ille atrocißimus leonum uni parsisset.* Androdus *rem mirificam narrat atq; admirandam: Cùm prouinciam, inquit, Africam proconsulari imperio meus dominus obtineret, ego ibi iniquis, & quotidianis uerberibus ad fugam sum coactus: & ut mihi à domino terræ illius præside tutiores latebræ forent, in camporum & arenarum solitudines concesßi: ac si defuisset cibus, consilium fuit mortem aliquo pacto quærere. Tum sole, inquit, medio rabido, & flagranti, specum quandam nactus remotam latebrosamq;, in eã me penetro & recondo: neq; multò pòst ad eandem specum uenit hic leo debili uno & cruento pede, gemitus êdens, & murmura, dolorem cruciatumq; uulneris commiserantia.*

Leonis & serui innouata notitia.

Nam Africa arenis maximè abũdat, unde & zabulosam aliquando dici à poëtis deprehendimus.

Penetro, penitus abdo, nouè dixit Gellius.

tia. Atq; illic primo quidem cōspectu aduenientis leonis territum sibi & pauefactum animū dixit: sed postquam introgressus, inquit, leo (uti re ipsa apparuit) in habitaculum illud suum, uidet me procul delitescentem, mitis & mansuetus accessit, & sublatum pedem ostendere mihi & porrigere, quasi opis petendæ gratia uisus est. Ibi, inquit, ego stirpem ingentem uestigio pedis eius hærentem reuulsi, conceptamq; saniem uulnere intimo expressi, accuratiusq; sine magna iam formidine siccaui penitus, atq; detersi cruorem. Ille tunc mea opera & medela leuatus, pede in manibus meis posito recubuit & requieuit: atq; ex eo die triennium totum ego & leo in eadem specu, eodemq; uictu uiximus. Nam quas uenabatur feras, membra opimiora ad specum mihi suggerebat: quæ ego, ignis copiam non hābens, sole meridiano torrens edebam. Sed ubi me, inquit, uitæ illius ferinæ iam pertæsum est, leone in uenatum profecto, reliqui specum: & uiam fermè tridui permensus, à militibus uisus apprehensusq; sum, & ad dominum ex Africa Romam deductus. Is me statim rei capitalis damnandū, dandumq; ad bestias curauit. Intelligo autem, inquit, hunc quoq; leonem me tunc separato captum, gratiam nunc mihi beneficij & medicinæ referre. Hæc Appion dixisse Androdum tradit. Eaq; omnia scripta circumlataq; tabella populo declarat. Atq; ideo, cunctis petentibus dimissum Androdum, & pæ-

& pœna solutum, leonemq; ei suffragijs populi donatum. Posteà, inquit, uidebamus Androdum, & leonem loro tenui reuinctum, urbe tota circùm tabernas ire, donari ære Androdũ, floribus spargi leonem, omnesq; ferè ubiq; obuios dicere: Hic est leo hospes hominis, hic est homo medicus leonis.

Appion Polyhistor.) Multiscius dicitur nã πολὺς Græcis multus significat, ἱστορῶ scio, narro: unde etiam historia, id est, narratio dicta est. De Appione uide plura lib. sexto, cap. 8.

Venditator.) Iactator. Toris.) Iubis, pulpis.

Lingua leniter demulcet.) Eandem rem opinor expressit Seneca in lib. quemadmodùm dandum sit beneficium secundo, cuius uerba subscripsimus, Leonem in amphiteatro spectauimus, qui unum è bestiarijs agnitum, cùm quondam eius fuisset magister, protexit ab impetu bestiarum.

CORPVS'NE SIT VOX AN ἀσώματον VARIAS esse Philosophorum sententias.

CAPVT XV.

VEtus atq; perpetua quæstio inter nobilißimos philosophorũ agitata est, corpus'ne sit uox, an incorporeum. Hoc enim uocabulum quidam finxerunt proinde, quod Græcè dicitur ἀσώματον. Corpus autem est, quod aut efficiens est, aut patiens: id Græcè dicitur τὸ ἤτοι ποιοῦν ἢ πάσχον σῶμά ἐστι. Quam definitionem significare uolens Lucretius, ita scripsit:

Corpus.

Tangere enim, aut tangi, nisi corpus, nulla potest res. Alio quoque modo corpus esse Græci dicunt τὸ τριχῆ διαστατόν. Sed uocem Stoici corpus esse contendunt,

eamq;

eamq; esse dicunt ictum aëra. Plato autem non esse uocem corpus putat. Non enim percussus, *inquit*, aër, *sed plaga ipsa atq; percußio, uox est:* οὐχ ἁπλῶς πληγὴ ἀέρος ἐστὶν ἡ φωνή, πλήττει γὰρ τὸν ἀέρα καὶ δάκτυλος παραγόμενος, καὶ οὐδέπω ποιεῖ φωνήν. ἀλλ' ἡ ποσὴ πληγή, καὶ σφόδρα, καὶ τοσὴ ὥστε ἀκουστὴν γενέσθαι.

Democritus, *ac deinde* Epicurus, *ex indiuiduis corporibus uocem constare dicunt: eamq; (ut ipsis eorum uerbis utar)* ῥεῦμα λόγων *appellant.* Hos *aliosq; tales argutæ, delectabilisq; desidiæ aculeos cùm audiremus, uel lectitaremus, neq; in his scrupulis aut emolumentum aliquod solidum ad rationem uitæ pertinens, aut finem ullum quærendi uideremus:* Ennianum Neoptolemum *probabamus, qui profectò ita ait:* Philosophandum *est paucis, nam omninò haud placet.*

Ῥέω fluo, unde ῥεῦμα catarrhus, fluxus.

Corpus hîc sit uox.) Quid sit uox, refutatis erroribus, Aristo. li. 2. de Aïa, ca. 8 docet, & de sensu & sensibili.

DE VI OCVLORVM, DEQVE VIDENDI rationibus. CAPVT XVI.

DE *uidendi ratione, deq; cernendi natura diuersas esse opiniones philosophorum animaduertimus.* Stoici *caussas esse uidēdi dicunt radiorū ex oculis, in ea, quæ uideri queant, emißionem, aëris simul intentionem.* Epicurus *effluere semper ex omnibus corporibus simulachra quædam corporum ipsorum, eaq; sese in oculos inferre, atq; ita fieri sensum uidendi putat.* Plato *existimat genus quoddam ignis lucisq; de* ocu-

De tota illa re, quemadmodum uideamus, lege Lactant. lib. de opificio Dei. Et Macrob. li. 7. cap. 14.

oculis exire, idq; coniunctũ continuatumq;, uel cum luce solis, uel cum alterius ignis lumine, sua ui & externa nixum efficere, ut quæcunque offenderit illustraueritq; cernamus. Sed & hic quæ disserimus imaginandum, eiusdemq; illius Enniani Neoptolemi, *de quo suprà scripsimus, consilio utendum est, qui degustandum ex philosophia censet, non in eam ingurgitandum.*

Degustan. leuiter attingẽdum.

Radiorum ex oculis.) Longè aliter Aristot. in lib. de Sensu, de hac re differit, censet enim oculos naturæ esse aqueæ.

In eam ingurgitandum.) Non penitus ingrediendum, dixit autem nouè ingurgitandum, pro immergendum.

QVAM OB CAVSSAM DIES PRIMI post Calendas, Nonas, Idus, atri habeantur: & cur diem quoq; quartum ante Calẽdas, uel Nonas, uel Idus, quasi religiosum pleriq; uitant.

CAPVT XVII.

Postridie Cal. proximè post.

VErrius Flaccus *in quarto de uerborum significatione, dies qui sunt postridie Calendas, Nonas,* Idus, *quos uulgus imperitè* Nefastos *dicit, propter hanc caussã dictos habitosq; atros esse scribit:* Vrbe, *inquit, à Gallis Senonibus recuperata,* L. Attilius *in Senatu uerba fecit:* Q. *Sulpitiũ* Trib. *militũ ad Alliam aduersus* Gallos *pugnaturum, rem diuinam dimicandi gratia postridie* Idus *fecisse.* Tum *exercitũ* Pop. Rom. *occidione occisum, & post diem tertiũ eius diei urbem, præter* Capitolium, *captam esse. Compluresq; alij senatores recordari sese dixerunt, quoties belli geren-*

Flumen est Allia, quod è montibus Crustuminis undecimo ab urbe lapide in Tyberim defluit, autor

gerendi gratia, res diuina postridie Calendas, Nonas, Idus à magistratu Pop.Rom. facta esset, eius belli pro ximo deinceps prælio Reip. malè gestum esse. Tum Se natus eam rem ad Pontifices reiecit, ut ipsi quod uideretur statuerent. Pontifices decreuerunt, nullum ijs diebus sacrificium rectè futurum. Ante diem quoque quartũ Calendas, uel Nonas, uel Idus, tanquam Inominalem diem pleriq; uitant. Eius obseruationis an religio ulla sit tradita, quæri solet. Nihil super ea re scriptum inuenimus, nisi quod Claudius annalium quinto, cladem illam pugnæ Cannensis uastißimam, factam dicit ante diem quartum Nonas Sextileis.*

Plin.lib.5. & Liu.li.5.

Inominalẽ nefandum, inauspicatũ

* Q. Claudius.

Die quarto ante Nonas Sextiles, id est, Augusti.

IN QVO, ET QVANTVM DIFFERAT Historia ab Annalibus: superq; ea re uerba posita ex libro rerum gestarum Semproniј Asellionis primo.

CAPVT XVIII.

Historia.

Historiam ab Annalibus quidam differre eo putant, quòd quum utrunq; sit rerum gestarum narratio, earum tamen propriè rerum sit historia, quibus rebus gerendis interfuerit is, qui narret. Eamq; esse opinionem quorundam Verrius Flaccus refert in libro de significatu uerborum quarto, ac se quidem dubitare super ea re dicit: Posse autem uideri putat nonnihil esse rationis in ea opinione, quòd Historia Græcè significat rerum cognitionem præsentium. Sed nos audire soliti sumus Annales omnino id esse, quod historiæ sint. Historias nõ omnino esse id, quod Annales sint. Si-

Annales.

cuti quod est homo, id necessariò animal esse: quod est animal, non id necesse est hominem esse. Ita *historias quidam esse aiunt rerum gestarum uel expositionem, uel demõstrationem, uel quo alio nomine id dicendum est:* Annales *uerò esse, cùm res gestæ plurium annorum, obseruáto cuiusq; anni ordine, deinceps componuntur. Cùm uerò non per annos, sed per dies singulos* Ephemeris. *res gestæ scribuntur, eá historia* Græco *uocabulo* ἐφημερὶς *dicitur: cuius* Latinum *interpretamentum scriptum est iu libro* Sempronij *Asellionis primo: ex quo libro plura uerba adscripsimus, ut simul ibidem, quid ipse inter* Res *gestas & Annales esse dixerit, ostenderemus:* V*erùm inter eos (inquit) qui Annales relinquere uoluissent, & eos, qui res gestas à* Romanis *perscribere conati essent, omnium rerum hoc interfuit: Annales libri tantummodò quod factum quoque anno ge*- Diarium. *stum sit, id demonstrabant.* Id *eorum est, quasi qui* Di*a rium scribunt, quam Græci* ἐφημερίδα *uocant.* Nobis *non modò satis esse uideo, quod factum esset, id pronunciare, sed etiam quo consilio, quáq; ratione gesta essent, demonstrare.* Paulò *pòst idem Asellio in eodem libro:* Nam *neq; alacriores ad* Rempublicam *defendendam, neq; segniores ad rem perperàm faciundam Annales libri commouere quicq̃ possunt.* Scribere *autem bellum quo initum Consule, & quo modo confectum sit, & quis triumphans introierit, exq; eo libro, quæ*

in bello

In bello gesta sint, iterare: id fabulas nõ prædicare ait: Intereà quid Senatus decreuerit, aut quæ lex rogatióue lata sit, neq; quibus consilijs ea gesta sunt iterare: id fabulas pueris est narrare, non historias scribere.

Historiam.) ἱςορίω apud Græcos scio significat: inde, quemadmodum Verrius Flaccus inquit, rerum presentiũ cognitio est. Attamen in multis Græcis autoribus uerbũ ἱςορίω pro narro usurpari obseruauimus, unde historiã rerum gestarum narrationem deduci arbitramur.

Prædicare ait.) Id est, rem inutilem narrare, quum causas belli addere oporteat, omniaq; altiùs quodammodò repetere.

QVID SIT ADOPTATIO. QVID ITEM sit arrogatio, quantumq; hæc inter se differant: uerbaq; eius quę qualiaq; sint, qui in liberis arrogandis super ea re populum rogat.

CAPVT XIX.

*CVm in alienam familiam, inq; liberorum locum extranei sumuntur: aut per Prætorẽ fit, aut per populum. Quod per Prætorem fit, adoptatio dicitur: quod per populum, arrogatio. Adoptantur autẽ, cùm à parente, in cuius potestate sunt, tertia * mancipatione in iure cedũtur: atq; ab eo, qui adoptat, apud eum, apud quem legis actio est, uindicantur. Arrogantur ij, qui quum sui iuris sint, in alienam sese potestatem tradunt, eiusq; rei ipsi autores fiunt. Sed arrogationes non temerè, nec inexploratè committuntur. Nam comitia arbitris etiam Pontificibus præbentur, quæ cu riata appellantur. Aetas quoq; eius, qui arrogare uult, an li-*

Prætorem præfectum iudiciorũ.

Per popu. Iussione populi.

*emancipatione iure ceduntur.

Non teme, Non sine idonea causa.

Præbentur, exhibentur.

postea ...ocep. Ver. ...s quibus- ...a certis cō ...rehensum. ...assiuè hoc ...surpauit, ...l est, qua ...op. Rom. ...interroga- ...etur. ...c si ille ...ose pepe- ...isset.

an liberis * potiùs gignundis idonea sit, bonaq́; eius, qui arrogatur, ne insidiosè appetita sint, consideratur. Iusq; iurandum à Q. Mutio Pontifice maximo conceptum dicitur, quod in arrogando iuraretur. Sed arrogari non potest, nisi iam uesticeps. Arrogatio autem dicta, quia genus hoc in alienam familiam trāsitus per populi rogationem fit. Eius rogationis uerba hæc sunt: Velitis, iubeatis, uti L. Valerius, L. Titio tam iure legeq́; filius sibi siet, quàm si ex eo patre matreq́; familiâs eius natus esset: Vtiq; ei uitæ necisq́; in eum potestas siet, uti pariendo filio est: hoc ita, ut dixi, ita uos Quirites rogo. Neq; pupillus autem, neq; mulier quæ in parentis potestate est, arrogari possunt: quoniam & cum fœminis nulla comitiorum communio est: & tutoribus in pupillos tantam esse autoritatem potestatemq́; fas non est, ut caput liberum fidei suæ commissum alienæ ditioni subijciant. Libertinos uerò ab ingenuis adoptari quidē iure posse, Masurius Sabinus scripsit. Sed id neq; permitti dicit, neq; permittendum esse unquam putat, ut homines Libertini ordinis per adoptionem in iura ingenuorum inuadāt. Alioqui (inquit) si iuris ista antiquitas seruetur, etiam seruus à domino per prætorem dari in adoptionem potest. Idq́; ait plerosq; iuris ueteris autores, posse fieri, scripsisse. Animaduertimus in oratione P. Scipionis, quam censor habuit ad populum de moribus, inter ea, quæ reprehendebat,

Caput lib... liberum ho... minem.

debat, quòd contra maiorum instituta fierent, id etiam eum culpauisse, quòd filius adoptiuus patri adoptatori inter præmia patrum prodesset. Verba ex ea oratione hæc sunt: In alia tribu patrem, in alia filium suffragium ferre. Filiū adoptiuum tam procedere, quàm si se natum habeat. Absentis censeri iubere, ut ad censum nemini necesse sit uenire. Id est, onera census.

Cùm in alienam familiam.) Non solùm naturales liberi in nostra potestate sunt, uerum etiam hi, quos adoptamus. Adoptio autē duobus modis fit: Aut principali rescripto (id est, principis literis, uel bullis, ut hodiè loquimur,) Aut imperio magistratus. Imperatoris autoritate adoptare quis potest eos eásue, qui quæue sui iuris sūt, quæ species adoptionis dicitur arrogatio. Imperio magistratus adoptamus eos eásue, qui quęue in potestate parentum sunt. Hæc Iustin. lib. I. Instit.

Tertia mancipatione.) Id est, uelut tertia uenditione, & legitima legis actione. Mancipatio enim quid sit, quóue ritu fieri soleat, diuus Seue. Boëthius in libris cōmentariorum docet in Ciceronis Topica, hoc modo scribēs: Mancipatio imaginaria quædam uenditio est. Reliqua uide in Boëthio.

Vindicantur.) Appropriantur, ut ita loquamur. Est enim uindicare, rem sibi propriam facere, & ab alterius mācipatione liberare: cogebaturq́ alter, qui priùs obtinuerat, cedere. Fiebat autē cessio illa in iure, autore Caio Iureconsulto, hoc modo: Apud magistratū populi Ro. uel apud Prætorem, uel Præsidem, is, cui in iure cedebatur, rem tenens ita uendicat: Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio. Deinde postq̄ hic uindicasset, Prætor interrogat eū, qui cedit, an cōtra uindicet, id est, si neget alterius uindicationem iustam esse: quo negāte aut tacente, tunc ei qui uindicauerit, eam rem addicit Prætor, idq́ legis actio uocabatur. Hæc Caius.

P 3 In

In cuius potestate.) Filius legitimè natus, in potestate parentis sui est: qui si procreat liberos, id est, parēti suo nepotes, eos in sua potestate non habet, donec manum patriam ipse excesserit. Hæc in Pandect.

Aetas quoq; eius.) Id est, an plena pubertate sit is, qui arroget: Nam adoptio naturam imitatur, & pro mōstro est, ut maior natu sit filius, quàm pater, ut inquit Iustin. lib. 1. Institut.

An liberis gignendis idonea sit.) Quod obscurè hic Gellius uelut cursim attingit, id latiùs & clariùs, aliquā tò Cicero exprimit in oratione pro domo sua ad Pōtifi. cuius uerba hæc sunt: Quod est Pontifices ius adoptionis: nempe ut is adoptet, qui neq; procreare iam liberos potest, & cū potuerit, sit expertꝰ. Quę deinde caussa cuiq; sit adoptionis, quæ ratio generum, ac dignitatis, quæ sacrorum, quæri à Pontificum collegio solet.

Vesticeps.) Pube conspersus.) Nam Festus Pomp. inquit: Vesticeps est, qui prima pubertatis lanugine spargitur. Inuesticeps, qui nondum pubis uestem nactus est.

Comitia curiata.) Ea appellantur cùm per omnes ordines suffragia dātur, ut uidebimus alio loco Gell. li. 15.

Libertinos uerò.) Id est, eos qui ex iusta seruitute manumissi sunt. Manumissio autem est datio libertatis, nā quandiu aliquis in seruitute & manu & potestate est, subditꝰ est: manumissꝰ uerò liberatur à domini potestate. Vsurpāt aūt Iurecōsulti, qui propriè loquūtur, manumissionē tantùm cùm res seruorū agitur. Emancipationē uerò, cùm filij familiarū è patria potestate exeunt.

Iura ingenuorum inuadant.) Ingenuus is est, qui statim, ut natus est, liber est, siue ex duobus ingenuis matrimonio constante èditus sit, siue ex duobus libertinis, siue ex altero libertino, & altero ingenuo. Sed & si qs ex matre nascitur, libera, patre uerò seruo, ingenuus nihilò minus nascitur, ut Iustianus lib. 1. Instit.

QVOD VOCABVLVM LATINVM SOlœcismo fecerit Capito Asinius, quid ipsum appellauerint ueteres Latini, quibusq; uerbis solœcismum definierit idem Asinius.

CA-

CAPVT XX.

Solœcißimus Latino uocabulo ab Asinio Capitone eiusdemq; ætatis alijs Imparilitas appellatus, à uetustioribus Latinis Stribiligo dicebatur, à uersura uidelicet & prauitate tortuosæ orationis, tanq̃ sterobligo quædã. Quod uicium Asinius Capito in literis, quas ad Clodium Thuscum dedit, hisce uerbis definit: Solœcismus est (inquit) impar & inconueniens cõpositura partium orationis. Quum Græcum autem uocabulum sit solœcismus: an Attici homines, qui elgantiùs locuti sunt, usi eo sint, quæri solet. Sed nos neq; solœcismum, neq; barbarismum apud Græcorum idoneos adhuc inuenimus. Nam sicut βάρβαρον, ita σολοῖκον dixerũt. Nostri quoq; antiquiores solœcum facilè, solœcismũ haud scio an unquam dixerint. Quod si ita est, neq; in Græco, neq; in Latino solœcismus probè dicitur.

Solœcism⁹ Imparilitas. Nã σρεβλόω uerto Græcis significat, & torqueo.

Barbarum. Solœcum.

Solœcismus.) Hoc uicium in oratione accidit, quem admodùm Barbarismus in dictione tantùm.

Barbarismus.) Autor est Strabo: cùm aduenæ & peregrini homines Athenis Græcè loqui conarentur, in absonam quãdam uocem prorupisse: unde in usum uenerit, ut qui ineptè loquerentur, Barbari appellarentur.

σολοῖκον) Solœcus dict⁹ est à ciuitate Solis, quam ex Ionia Athenis deduxit Solon, in qua puritas Attici sermonis corrupta, Solœcus dicebatur: unde Solœcismus tandem usurpatus est.

Nostri antiquiores haud scio an Solœcismum.) In quarto libro Rhetoricorum ad Herenniũ mentio fit Solœcismi, quod quia nomen Gell. non dicit temerè reperiri in quoquã uetustiorũ, id est, eorum, qui purè loquuti sunt, argumento esse poterat, libros ad Herennium non

esse Ciceronis, id quod & aliis coniecturis colligere licet.

PLVRIA QVI DICAT ET COMPLVria, & complureis non barbarè dici, sed Latinè.

CAPVT XXI.

Adductus actiuo participio pro passiuo utitur.
Seria, graui philosophica.
Plus satis audax.
Impolitas, informes, semiplenas.
* uerbum.
Lælius, præceptor M. Varronis.

*PLuria fortè quis dixit sermocinans uir apprimè doctus, meus amicus, nō herclè studio feruēs ostētandi, neq; quò plura dicendum non putaret. Est enim doctrina homo seria, & ad uitæ officia deuincta, ac nihil de uerbis laborante. Sed opinor aßidua ueterū scriptorum tractatione inoleuerat linguæ illius uox, quā in libris sæpè offenderat. Aderat, cùm ille hoc dixit, reprehensor audaculus uerborum, qui perpauca eademq; à uulgò protrita legerat: habebatq; nonnullas disciplinæ Grammaticæ inauditiūculas, partim rudeis inchoatasq;, partim non probas: easq; quasi puluerem ob oculos, cùm adortus quenq; fuerat, aspergebat: sicut tunc amico nostro: Barbarè, inquit, dixisti Pluria. Nanq; neq; rationem * uerborum hoc, neq; autoritatem habet. Ibi ille amicus ridēs: Amabò te (inquit) uir bone, quia nūc mihi à magnis serijsq; rebus ocium est, uelim doceas nos, cur Pluria siue Cōpluria (nihil enim differt) non Latinè, sed barbarè dixerint M. Cato, & Q. Claudius, Valerius Antiâs, L. Lælius, P. Nigidius, M. Varro, quos subscriptores approbatoresq; huius uerbi habemus, præter poëtarum oratorumq; ueterū multam*

multam copiam. Ad quæ ille nimis arroganter: Tibi (inquit) habeas autoritates istas, ex Faunorũ & Aboriginum seculo repetitas: atq; huic rationi respondeas. Nullum enim uocabulum neutrum comparatiuum, numero pluratiuo, casu recto, ante extremum, a, habet, i, literam, sicuti Meliora, Maiora, Grauiora: proinde igitur plura, & nõ pluria dici cõuenit, ne cõtra formam perpetuam in cõparatiuo, i, litera sit ante extremũ a. Tum ille amicus noster, quum hominem confidentem pluribus uerbis non dignum existimaret: Asinij, inquit, Capitonis doctissimi uiri epistolæ sunt, uno in libro multæ opinor positæ in templo Pacis. Primaq; epistola scripta est ad Pacuuium Labeonem, cui titulus præscriptus est: Pluria, non plura dici debere. In ea epistola rationes Grammaticas posuit, per quas docet pluria Latinum esse, plura barbarum. Ad Capitonem igitur te dimittimus. Ex eo id quoq; simul disces, si modò asse qui poteris, quòd in ea epistola scriptũ est: Pluria siue plura absolutũ esse siue simplex, non (ut tibi uidetur) comparatiuum. Huius opinionis Asinianæ id quoque adiumentum est, quòd complureis cùm dicimus, non comparatiuè dicimus. Ab eo autem quod est compluria, aduerbium est factum complureis. Id quoq; quoniam minus usitatum est, uersum Plauti subscripsi ex Comœdia, quæ Persa inscribitur:

Quod hodiè est templum canonicorũ regularium D. ui Augustini.

Quid metuis? Metuo herclè uerò. Sensi ego com-

pluries. Item M. Cato in IIII. Originum, eodem in loco ter hoc uerbum posuit. Compluries eorum milites mercenarij inter se multi, alteri alteros occidêre, compluries multi simul ad hostes transfugêre, compluries in Imperatorem impetum fecêre.

Cōpluries.

Quasi pulue rem.) Similitudo hæc sumpta uidetur ab Aquilarum ingenio, quæ in ceruorū uenatu alas pulueribus humidis onerant, ac in serui cornibus insidentes, in oculos spargere solent, quæ sic obcæcatis oculis, in rupes agant feram, ut tandem præda potiantur, quū aliâs uiribus sint longè inferiores. Narrat hanc animantis historiam Plin. lib. decimo.

Ex Faunorum & Aboriginum.) Per Faunos antiquissimos Latij populos intelligo, qui sub Fauno rege nepote Saturni in ea Italiæ parte uiuebāt, cuius antiquitatis testimonium probat Maro Vergil. Aeneid. septimo his uerbis:

Rex arua Latinus & urbes
Iam senior longa placidas in pace regebat.
Hunc Fauno, & Nympha genitum Laurente Marica
Accipimus, Fauno Picus pater, isq́ parentem
Te Saturne refert, tu sanguinis ultimus autor.

Rationes Grammaticas posuit.) Hanc opinor potissimùm rationem esse Grammaticam, quam etiam Priscianus libro septimo ponit. Si in, i, aut etiā in, e, exeat ablatiuus, addita, a, fit nominatiuus pluralis, ut Plus, si recto modo declinetur, ablatiuus exibit in i, adde a, habes nominatiuum pluralem. Meminit etiam alio loco Priscianus huius discriminis, nam antiquos scribit, Pluria solitos fuisse dicere, inde compositum Compluria.

A. GEL-

A. GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII

LIBER VI.

QVEM IN MODVM RESPONDERIT Chrysippus aduersus eos, qui prouidentiam consistere negauerunt.

CAPVT I.



OMINES *fecisse, dicitur, tantam uim esse ærumnarum, & malorum. Aduersus ea Chrysippus, cũ in libro* περὶ προνοίας *quarto dissereret: Nihil est prorsus istis (inquit) insipidius, qui opinantur bona esse potuisse, si non essent itidem mala. Nam quum bona malis cõtraria sint: utraq; necessariũ est opposita inter sese, & quasi mutuo aduersoq; fulta nisu consistere.* Nullum adeò contrarium esse sine contrario altero. Quo enim pacto iusticiæ sensus esse posset, nisi essent iniuriæ? Aut quid aliud iusticia est, quàm iniusticiæ priuatio? Quî item fortitudo intelligi posset, nisi ex ignauiæ oppositione? Quî continentia, nisi ex intemperantiæ? Quo item modo prudentia esset, nisi foret contrà imprudentia? Proinde (inquit) homines stulti, cur non hoc etiam desiderant, ut ueritas sit, & non sit mendacium? Nanque itidem sunt bona & mala, fœlicitas & infortu- De prouidentia,

Noué hoc Gellius dixit, pro infortunio. * Ald. deligatum.

infortunitas, dolor & uoluptas. Alterū enim ex altero (*ſicuti* Plato *ait*) *uerticibus inter ſe contrarijs* * *deliquatum eſt.* Si *tuleris unum, abſtuleris utrunq;.* Idem Chryſippus *in eodem libro tractat conſideratq́;, dignumq́; eſſe id quæri putat,* εἰ τῶν ἀνθρώπων νόσοι κατὰ φύσιν γίνονται, *id eſt, natura'ne ipſa rerum uel prouidentia, quæ compagem hanc mundi, & genus hominum fecit, morbos quoq; & debilitates & ægritudines corporum, quas patiuntur homines, fecerit?* Exiſtimat *autem nō fuiſſe hoc principale naturæ conſiliū, ut faceret homines morbis obnoxios.* Nunquam *enim hoc conueniſſe naturæ autori, parentiq́; rerū omnium bonarum.* Sed *cùm multa, inquit, atq; magna gigneret, pareretq́; aptiſſima & utiliſſima, alia quoque ſimul agnata ſunt incommoda ijs ipſis, quæ faciebat, cohærentia.* Eaq́; *non per naturam, ſed per ſequelas quaſdā neceſſarias facta dicit, quod ipſe appellat* κατὰ παρακολούθησιν. Sicut, *inquit, cùm corpora hominū natura fingeret ratio ſubtilior, & utilitas ipſa operis poſtulauit, ut tenuiſſimis minutisq́; oſſiculis caput compingeret:* Sed *hanc utilitatem rei maioris, alia quædam incommoditas extrinſecus conſecuta eſt, ut fieret caput tenuiter munitum, & ictibus offenſionibusq́; paruis fragile:* Proinde *morbi quoque & ægritudines partæ ſunt, dum ſalus paritur:* Sic *herclè, inquit, dum uirtus hominibus per conſilium naturæ gignitur, uicia itidem*

Hoc loco omnino conſulendus eſt Lactan. Firmian⁹ in li. de Opificio Dei, quo rationes reddit, quare quid in homine hoc, uel alio modo factum ſit à Deo.

per affinitatem contrariam nata sunt.

Sicuti Plato ait.) Apuleius Madaurensis Philosophus Platonicus, in libro De dogmate Platonis, ipsius Platonis sententiam de prouidentia explicans, affirmat, prouidentiam esse diuinam sententiam, conseruatricē posteritatis, & eius creaturæ, cuius causa tale suscepit officiū prouidēdi. Seuerinus autem Boëthius definit, esse diuinā rationem in summo omnium principe, id est, Deo constitutam, quæ cuncta disponat.

Nullum contrarium esse sine contrario.) Totæ hæ argumētationes nituntur hoc Aristotelico axiomate: Cōtraria si iuxta se componantur, lucidiùs elucescunt alioqui nullū robur habiturę erāt necessitatis persuasiones.

Ex ignauiæ oppositione.) Nulla bona definitio debet dari per priuationem, secundùm Aristotelem, cuiusmodi sunt iusticiæ, continentiæ, prudentiæ: neq; per negationem: quę uerò hoc modo fiunt, notificationes potiùs sunt dicendæ, quàm definitiones.

Eaq; non per naturam.) Homo statim post gustatum ab Adamo pomum illud uetitum, in omne morborū genus incidit, quę à Plinio numerātur in septimo libro penè sexcenta. An uerò secundùm naturam proueniant, Moses ille in Genesi certi⁹ apertiusq; dicit his uerbis: Et uidit Deus omnia, quæ fecerat, & erant ualde bona. Si ergò ualde bona erant, quî fieri potest, ut morbis malisq; essent obnoxia? Verùm Theologorum sententia, omnis malorum seges ex Adami primi hominis præuaricatione ceu fonte in genus humanum promanauit.

QVO ITIDEM MODO VIM NECESSItatemq; fati constituerit, & esse tamen in nobis consilij iudicijq; nostri arbitrium confirmauerit.

CAPVT II.

FAtum, quod Græci πεπρωμένην uel εἱμαρμένην uocant, ad hanc fermè sententiam Chrysippus Stoicæ princeps philosophiæ definit: Fatum *est, inquit,* Fatum.

sempi-

sempiterna quædam & indeclinabilis series rerum, & catena, uoluens semetipsa sese, & implicans per æternos consequentiæ ordines, ex quibus apta connexaq́; est. Ipsa autem uerba Chrysippi, quantum ualui memoria, adscripsi: ut si cui meum istud interpretamentũ uidebitur esse obscurius, ad ipsius uerba animaduertat. In libro enim περὶ προνοίας *quarto,* εἱμαρμένην *esse dicit* φυσικὴν σύνταξιν τῶν ὅλων ἐξ ἀϊδίου τῶν ἑτέρων τοῖς ἑτέροις ἐπακολουθούντων, καὶ μετὰ πολὺ μὲν οὖν ἀπαραβάτου οὔσης τῆς τοιαύτης συμπλοκῆς. *Aliarum autem opinionum discliplinarumq́; autores huic definitioni ita obstrepunt: Si Chrysippus, inquiũt, fato putat omnia moueri & regi, nec declinari transcendiq́; posse agmina fati & uolumina, peccata quoq; hominum & delicta non sustentanda, neq; inducenda sunt ipsis, uoluntatibus eorum, sed necessitati cuidam & instantiæ, quæ oritur ex fato, omnium quæ sit rerum domina & arbitra, per quam necesse sit fieri, quicquid futurum est. Et propterea nocentium pœnas legibus iniquè constitutas, si homines ad maleficia nõ sponte ueniunt, sed fato trahuntur.*

Chrysippus de fato.

Contra ea Chrysippus tenuiter multa & argutè disserit, sed omnium ferè, quæ super ea rescripsit, sententia huiuscemodi est: Quanquam ita sit, inquit, ut ratione quadam necessaria principali, & coacta atq; connexa sint fato omnia: ingenia tamen ipsa mentium nostrarũ perinde sunt fato obnoxia, ut proprietas

prietas eorũ est ipsa & qualitas. Nã si sunt per naturã primitus salubriter utiliterq; ficta: omnem illam uim, quæ de fato extrinsecus ingruit, inoffensius tractabiliusq; transmittunt. Sin uerò sunt aspera, & inscita, & rudia, nullisq; artium bonarum adminiculis fulta, & etiam si paruo siue nullo fatalis incõmodi conflictu urgeantur: sua tamen leuitate & uoluntario impetu, in aßidua delicta & errores ruunt. Idq; ipsum ut ea ratione fiat, naturalis illa & necessaria rerum consequentia efficit, quæ fatum uocatur. Est enim genere ipso quasi fatale & cõsequens, ut mala ingenia peccatis & erroribus non uacent.

Mala ingenia peccatis non uacant

Huius deinde rei exemplo non hercle minus aliene neq; illepide utitur: Sicut, inquit, lapidem cylindrũ si per spacia terræ prona atq; dirupta iacias, causam quidẽ ei & initium præcipitantiæ feceris, mox tamen ille præceps uoluitur, non quia tu id iã facis, sed quoniam ita sese modus eius et formæ uolubilitas habet: Sic ordo, & ratio, & neceßitas fati, genera ipsa & principia causarũ mouet: impetus uerò consiliorum mentiumq; nostrarũ, actiones ipsas; uoluntas cuiusq; propria, & animorum ingenia moderantur. Infert deinde uerba hæc ijs, quæ dixi, congruentia:

Cylindrus lapis est oblongus & rotundus, quo rusticio buõ luto areas æquare solẽt, in cuius locũ in quibusdã regionibus succeßit in hunc modũ rotũdum lignũ, dicitur uerò à κυλινδέω, ꝙd uoluo & circumuerto significat.

Διὸ ὑπὸ τῶν πυθαγορείων ὅτως εἴρηται.

Γνώσει δ' ἀνθρώπους ἀνθαίρετα πήμαθ' ἔχοντας, ὡς τῶν βλαβῶν ἑκάστοις παρ' αὐτοῖς γινομένων, καὶ καθ' ὁρμὴν αὐτῶν ἁμαρτανόντων τε καὶ βλαπτομένων.

μένων, καὶ κατὰ τὴν αὐτῶν διάνοιαν καὶ πρόθεσιν. *Propterea negat oportere fieri audiriq; homines, aut nequam, aut ignauos, & nocentes, & audaces: qui quũ in culpa, & in maleficio reuincti sunt, perfugiunt ad fati necessitatem, tanquam in aliquod fani asylum: & quæ pessimè fecerunt, ea non suæ temeritati, sed fato esse attribuenda dicunt. Primus aũt Homerus sapiẽtissimus & antiquissimus poëtarũ dixit in hisce uersibus:*

ὢ πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται.
ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον, ἄλγε' ἔχουσιν.

Ita M. Cicero in libro quem de Fato conscripsit, cùm quæstionem istam diceret obscurissimam esse & implicatissimam, Chrysippum quoq; philosophum non expedisse se in ea refert his uerbis: Chrysippus æstuans, la-
*ferri, *boransq;, quónã pacto explicet, & fato omnino* fieri,*
Intricatur, inuoluitur. *& esse aliquid in nobis, intricatur hoc modo.*

πεπρωμένην.) Fatum dictum putat Aristote quòd per ipsum omnia sint finita, & certa quadam lege statuta, & quasi ad finẽ perducta. περαίνω enim termino significat & ἐρύω traho, quòd trahat & uicissim cedat rebus omnibus consequentibus, hinc Aristoteles, aliiq; hoc uocabulum deducunt.

Stoicæ philosophiæ princeps.) Zenon Philosophus omnium primus summum bonum in uirtute constituit, eiusq; actione: quam opinionem discipulis suis tradidit in porticu Atheniensi quę Stoa dicitur. Hinc factum est, ut qui eo loco hanc philosophiæ opinionem uel docerent, uel discerent, Stoici appellarentur, tanquam tu dicas porticarii.

Chrysip-

Chrysippus definit.) M. Cicero in libro de Fato, in hunc modum controuersiam hanc Chrysippeam recenset: Chrysippus aüt cùm necessitatem improbaret, & nihil uelle sine propositis causis euenire: causarum genera distinguit, ut necessitatem effugiat, & retineat fatum. Causarum enim, inquit, aliæ sunt perfectæ siue principales, aliæ adiuuantes & proximæ: quamobrem cùm dicimus, omnia fato fieri, causis antecedentibus, non intelligi uolumus perfectis & principalibus, sed adiuuantibus & proximis. Hæc Cicero.

Tanquam in aliquod fani Asylum.) Id est, sacrarium, ex quo nō liceat temerè quicquam aliquem auferre. Id enim ex ratione etymologię significat, α enim priuat, & συλάω rapio significat. Inde apud Liuium est: Aperire Asylum, id est, tutum receptum dare his qui adueniunt.

Homerus sapientissimus.) Plutarchus uir doctissimus apud Græcos probat exemplis in medium adductis, omnem philosophiæ & humanę & diuinæ partem, ex Homeri libris, tanquam ex uberrimo fonte profluxisse, indeq; omnium philosophorū sectas originem habuisse. Sed & Plin. lib. decimooctauo, ingeniorum fontē appellat Homerum, & Plato diuinissimum poëtam: Iustinianus princeps patrem omnis uirtutis, in primo Pandect. quod & Quint. & pleriq; alij Hom. tribuunt.

Hisce uersibus.) Homer. de Fato non aliter statuit, q̃ & probatissimi philosophorum, qui post ipsum floruerūt, Plato scilicet, qui summus est, & Aristot. atq; Theophrastus, qui uidelicet dixēre, nō omnia fato subiacere, sed & in hominibus ipsis aliquid situm esse, utpote quibus suppetat liberum arbitrium. Hæc Plutarchus in libro qui inscribitur, De laudibus Homeri.

Intricatur.) Inuoluitur.

Hoc modo.) Ea ratione quam præscripsimus. Nam Cicero eo lib. aliud ferè nihil agit, quàm ut Chrysippi rationes inefficaces ostendat, nihil enim ipse statuit in hac quæstione.

HISTORIA SVMPTA EX LIBRIS TVBEronis de serpente inusitatæ longitudinis.

CAPVT III.

Serpens inusitatæ longitudinis.

Tubero in historijs scriptum reliquit, bello primò Punico Attilium Regulū Consulem in Africa castris apud Bagradam flumen positis, prælium grande atq; acre fecisse aduersus unum serpentem, in illis locis stabulantem, inusitatæ immanitatis. Eumq; magna totius exercitus conflictatione, balistis atq; catapultis diu oppugnatum eiusq; interfecti longum corium pedes C. & * XX. Romam misisse.

* Aliàs XII.

Bagradam.) Hunc fluuiū Plinius Naturæ historiæ lib. quinto, in Africa collocat, in altero sinu iuxta Vticam urbem Catonis morte celebrem.

Balistis.) Balista machina est bellica, ex qua subtili quodam modo torquentur immēsæ magnitudinis saxa, sic appellata à βάλλω, quod iacio significat, cuius modū atq; rationem uidere est in Victruuio.

Atq; catapultis.) Sunt autem & ipsæ catapultæ machinæ bellicæ, quibus ingentes sagittæ è neruis extorquentur, dictæ à uerbo κατα6άλλω, quod uibro significat. Præscribit & Victruuius eius exemplar. Nonius Marcell. nō satis facit huic uocabulo.

QVID IDEM TVBERO IN HISTOrijs de Attilio Regulo à Carthaginēsibus capto literis mandauerit. Quid etiam Tuditanus super eodē Regulo scripserit.

CAPVT IIII.

Quod satis celebre de Attilio Regulo, id nuperrimè legimus scriptum in Tuditani libris: Regulum captū, ad ea, quæ in Senatu Romæ dixit, suadēs ne captiui cum Carthaginensibus permutarētur: id quoq; addidisse: Venenum sibi Carthaginenses dedisse, non præsen-

præsentaneum, sed eiusmodi, quod mortem in diem proferret, eo consilio, ut uiueret quidē tantisper, quóad fieret permutatio: pòst aūt grassante sensim ueneno cor tabesceret. Eundem uerò Regulum Tubero in *historijs rediisse* Carthaginem, *nouisq; exemplorū modis excruciatum à* Pœnis *dicit: In atras, inquit, & profundißimas tenebras eum claudebant: ac diu pòst, ubi erat uisus sol ardentißimus, repentè educebant, & aduersus ictus solis oppositū continebant, atq; intendere in cœlum oculos cogebant.* Palpebras *quoq; eius, ne conniuere posset, sursum ac deorsum diductas insuebant.* Tuditanus *autem somno diu prohibitum, atq; ita uita priuatum refert. Idq; ubi* Romæ *cognitum est, nobilißimos* Pœnorum *captiuos liberis* Reguli *à* Senatu *deditos, & ab ijs in armario muricibus præfixo destitutos, eademq; insomnia cruciatus interisse.* Attilij Reguli cōstantia. Insomnia uigilia, nouè dixit.

De Attilio.) Silius Italicus lib. sexto belli Punici, copiosissimè pulcherrimis elegantissimisq; uersibus hāc historiam denarrat, meminit quoq; Attilij Reguli, cū magna præfatione honoris, Cicero in secundo Paradoxo, & florus XVIII. Epito.

QVOD ALPHENVS IVRISCONSVLTVS in uerbis ueteribus interpretandis errauit.

CAPVT V.

ALphenus *Iurecōsultus,* Ser. *Sulpitij discipulus, rerumq; antiquarū non incuriosus, in libro* Di*gestorum* XXX. *&* IIII. *Collectaneorū aūt secundo; In fœdere, inquit, quod inter* Pop. Ro. *&* Cartha-

giniensis factum & scriptum inuenitur, ut Carthaginienses quotquot annis darent Po. Ro. certum pondus argenti puri puti: quaesitum est, quid esset argẽtum purum putũ: respondi ego, inquit, esse Purũ putum ualde purum, sicut Nouum nouiciũ dicimus, & Propriũ propricium, augere atq; intendere uolentes Noui & Proprij significationem. Hoc ubi legimus, mirabamur eandem affinitatem uisam esse Alpheno Puri & puti, quae sit noui & Nouicij. Nam si esset Puriciũ, tum sanè uideretur dici, quasi Nouicium. Id etiam mirũ fuit, quòd Nouicium per augendi figuram dictum existimauit: quum sit Nouiciũ, non quòd magis nouum sit, sed quòd à Nouo dictũ inclinatumq; sit. Iis ergo assentimus, qui Putum esse dicunt à putando dictum: & ob eam causam prima syllaba breui pronunciant, nõ longa, uti existimasse Alphenus uidetur, qui à Puro id esse factum scripsit. Putare autem ueteres dixerunt, uacantia ex quaq; re, ac non necessaria, aut etiã obstantia & aliena auferre, & excidere, & quod esset utile, ac sine uicio uideretur, relinquere. Sic nanq; arbores & uites, & sic etiam rationes dictae putari. Verbum quoque ipsum puto, quod declarandae sententiae nostrae causa dicimus, non signat profectò aliud, quàm id agere nos in re dubia obscuraq;, ut decisis amputatisq; falsis opinionibus, quod uideatur esse uerũ & integrum, & incorruptum, retineamus. Argentum ergo in Carthaginiens

Purũ putũ, Argenti, Puri puti, decocti.

Nouicium.

Putum.

Putum argentum.

niensi fœdere putum dictum esse, quasi expugnatum excoctumq́;, omniq́; aliena materia carens, omnibusq́; ex eo uicijs detractis, emaculatum & candefactũ. Scriptum est autem Purum putum non in Carthaginiensi solùm fœdere, sed cùm in multis alijs ueterum libris, tum etiam in Q. quoq; Ennij Tragœdia, quæ inscribitur Alexander, & in Satyra M. Varronis, quæ inscripta est Δὶς παῖδες οἱ γέροντες. Id est, Paris

Alphenus Iureconsultus.) Sex. Papyrius primus Romæ Iureconsultus fuit, qui regias leges in unum corpus contulit: Hic autem Seru. Sulpitius, cuius in hoc capite fit à Gellio mentio, Cæsaris ætate in orandis caussis primũ post Marc. Tull. locum obtinuit. Et cùm reprehenderetur à Mutio, quod de iure cuius cognitionẽ nõ ad plenum teneret, cõtenderet, iuri operã dedit sub Balbo Lucilio, & Gallo Aquilio. Eius tanta gloria in Repub. Ro. fuit, cùm in legatione periisset, statua ei pro rostris decerneretur. Reliquit hic C. octoginta libros de Iure ciuili, & ex multis discipulis hunc Alphenum reliquit nõ incelebrem Iureconsultum. Vide Pomponium Iurecõs. Tit. Pandect. De origine iuris, & Ciceronem in IX. Antoniana.

Libro Digestorum.) Primæ leges latæ sunt in Creta à Minoẽ rege & Rhadamanto. Deinde à Lycurgo apud Lacedæmonios, quæ tandem in XII. Tabulas sunt à Romanis relatæ, uide Plut. lib. cui titulus est De lege.

Collectaneorum.) Legendũ uidetur Coniectaneorũ, quod probari potest ex ultimo capite ultimi libri, ubi Gellius ait quosdam Coniectanea reliquisse.

Nouicii.) Vlpianus Iurecõsul. titulo de Aedilitio ædicto, subindicat, tamẽ latenter, nouicios appellari seruos qui primùm uenales exponuntur, utpote quibus opponat ueteratores, qui usu & exercitatione apud uarios dominos omne fallaciarũ genus didicerint, atq; propterea uiliori precio æstimentur. In bonam autem partẽ sumi-

tur capite primo tertij lib. ubi dicit de eo, qui uidebatur esse in literis ueterator. De uocabulo Nouicius, testimonium est Ciceronis in Pisonem, uerba adscripsimus: Nemo queritur Syrum nescio quem de grege nouiciorum factum esse Consulem.

Puto autem uerbum est.) Certum est priorem breuem habere quum Purum longam habeat.

Ne conniuere.) Subinde claudere & aperire oculos.

Exputatum.) Electum, hinc No. Marcel. etiam pro colligere hoc uerbũ, & cõferre exponit, quasi sit comparare falsa cum ueris, & corrupta cum synceris, & reliqua quoq; significata diligenter idem autor pensitat.

TEMERE INEPTE'QVE REPREHENsum esse à Iulio Higino Vergilium, quód præpetes Dædali pennas dixerit: atq; ibi quid sint aues præpetes. Et quid illæ sint aues, quas Nigidius inferas appellauit.

CAPVT VI.

Præpetes aues.

Daedalus (ut fama est) fugiens Minoïa regna,
Præpetibus pennis ausus se credere cœlo,
Insuetum per iter gelidas enauit ad Arctos.

In his Vergilij uersibus reprehendit Higinus Præpetibus pennis, *quasi impropriè & inscitè dictũ. Nam præpetes, inquit, aues ab auguribus appellantur, quæ aut opportunè præuolant, aut idoneas sedes capiunt. Non aptè igitur usum uerbo augurali existimauit in Dædali uolatu, nihil ad augurum disciplinam pertinẽte. Sed Higinus nimis herclè ineptus est, cùm quid præpetes essent, se scire ratus est: Vergilium autem & Trimatium doctum uirum ignorasse, qui in secundo Iliadis uictoriam uolucrem præpetem appellauit hoc uersu:*

Dum dat uincenti præpes uictoria palmam.

Cur

Cur autem non Q. quoq; Ennium reprehendit, qui in Annalibus, non ut Vergilius pennas Dædali præpetes, sed longè diuersiùs, inquit: Quid

Prępes felix, auspicata.

Brundusium pulchro præcinctum præpete portu?

Et si uim potiùs naturamq; uerbi considerasset, neq; id solùm, quod augures dicerent, inspexisset: ueniam prorsus poëtis daret, similitudine ac translatione uerborũ, non significatione utentibus. Nam, quoniam non ipsæ tantùm aues, quæ prosperiùs præuolãt, sed etiam loci, quos capiunt, qui idonei felicesq; sunt, præpetes appellantur: idcircò Dædali pẽnas præpetes dixit, quoniam ex locis, in quibus periculum metuebat, in loca tutiora peruenerat. Locos porrò præpetes & augures appellant: Et Ennius in Annalium primo dixit:

Prępetes loci.

Præpetibus hilares sese pulchrisq; locis dant.

Auibus autem præpetibus contrarias, aueis inferas appellari Nigidius Figulus in li.1. Augurij priuati ita dicit: Discrepat dextra sinistræ præpetibus inferæ. Ex quo est cõiectare: Præpetes appellatas, quæ altiùs sublimiusq; uolitent, quum differre à præpetibus Nigidius inferas dixerit. Adolescens ego Romæ, tum cùm etiam ad Grammaticos itarẽ, audiui Apollinarem Sulpitium, quẽ in primis sectabar, cùm de iure * augurio quæreretur, & mentio præpetum auium facta esset, L. Claro præfecto urbis dicere: Præpetes sibi uideri esse alites, quas Homerus τανυπτέρυγας appellauerit.

Inferæ aues

* augurum

Patulis alis volantes, πτερύγεσσι ... enim extēdo significat & ... alæ. ... sunt lectoris cō... ... auium sibi propositū, e scilicet prælium ini... et.

Quoniam istis potissimùm augures spectarent, quæ in gentibus alis patulæ atq; porrectæ præuolarent. Atq; ibi hos Homeri uersus dixit:

Τύνη δ' οἰωνοῖσι τανυπτερύγεσσι κελεύεις.

πείθεσθαι, τῶν οὔτι μεταστρέπομαι οὐδ' ἀλεγίζω.

Cùm ad Grammaticos itarem.) Siquidem, ut est apud Quint. lib. I. in Grammatico iudicium in primis requiritur, quo quidem ita seueré sunt usi ueteres Grammatici, ut non uersus solùm censoria quadam uirgula notare, & libros qui falsó uiderentur inscripti, tanquā subditicios familia submouere sibi permiserint, sed autores alios in ordinē redegerint, alios exemerint numero. Inde & nomē his est inditum, ut Critici uocarentur tanquā dicas iudices & censores.

Adolescens ego.) Quidam per o scribendum censent adolescens, quidam per u, quod magis probat Angelus Politianus in Epistolis.

Nigidius Figulus.) De hoc Nigidio sic Cicero in libro de Vniuersitate: Fuit enim, inquit, uir ille tum cęteris artibus, quæ quidem dignę libero essent, ornatus omnibus. tum acer inuestigator ac diligens earū rerum, quę à natura inuolutę uidebantur. Denique sic iudico, post illos nobiles Pythagoricos, quorū doctrina extincta est quodammodo, cùm aliquot seculis in Italia, Siciliaq; floruisset, hunc extitisse qui illam renouarit.

DE ACCA LARENTIA, ET CAIA Tarratia, deq; origine sacerdotiī fratrum Arualium.

CAPVT VII.

Tarratia.

ACcæ Larentiæ, et Caiæ Tarratiæ, siue illa suffetia est, nomina in antiquis Annalibus celebria sunt. Earum alteræ post mortem, Tarratiæ autē uiuæ amplissimi honores à Po. Ro. habiti. Et Tarratiā quidem

dem uirginem Vestæ fuisse lex Horatia testis est, quæ super ea ad populum lata, qua lege ei plurimi honores fiunt: inter quos ius quoq; testimonij dicendi tribuitur, testabilisq; una omnium fœminarum ut sit, datur: Testabilis. *Id uerbum est ipsius legis Horatiæ. Contrarium est in XII. tabulis scriptum: Improbus intestabilisq; esto.* Quod mulieribus alioqui non erat. *Præterea si quadraginta annos nata sacerdotio abire, ac nubere uoluisset: ius ei potestasq; exaugurandi atq;* Intestabilis *nubendi facta est, munificentiæ & beneficij gratia, quòd campum Tiberinum siue Martium Pop. Rom. condonasset. Sed Acca Larentia corpus in uulgus dabat, pecuniamq; emeruerat ex eo quæstu uberem. Ea testamento, ut in Antiatis historia scriptum est, Romulum regem, ut quidam alij tradiderunt, Po. Rom. bonis suis heredem fecit. Ob id meritum à Flamine Quirinali sacrificium ei publicè fit, & dies à nomine eius in fastos additus. Sed Sabinus Masurius in primo memorabilium secutus quosdam historiæ scriptores, Accam Larentiam Romuli nutricem fuisse dicit: Ea, inquit, mulier ex XII. filijs maribus unum morte amisit. In illius locũ Romulus Accæ Larentiæ sese filium dedit, seq; & cæteros eius filios fratres Aruales appellauit. Ex eo tempore collegium mansit fratrum Arualium numero XII. cuius sacerdotij insigne est spicea corona, & albæ infulæ.*

Macrob. Satur. lib. 1. cap. 10. Et Alexander de Alex. Genial. lib. 1. cap. 26.

Testabilis.) Idonea ad testificandum.

Potestas exaugurandi.) Ars augurandi à Chaldæis,

omnium superstitionum autoribus, ad Græcos profecta est, apud quos augures celebres fuerunt Mopsus, & Homerico ore etiam celebratus Calchas. Ab iis emanauit ad Hetruscos, siue, ut uult Dionysius, Aborigenes, ac deinde ad Romanos. Initio quatuor augures ex Patricio ordine creati sunt, quibus progressu tẽporis sunt adiecti quinque plebei, ita ut collegium augurum nouenario numero expleretur, ut est apud Titum Liuium nono libro ab Vrbe condita.

Aedili Curuli.) Duo erant Aediles Curules, sic cognominati à sella eburnea, cui insidentes honoris causa curru uehebãtur, quæ sella à curru Curulis dicta est, ut alibi retulimus.

DE ALEXANDRO, ET DE P. SCIPIONE memoratu digna.

CAPVT VIII.

Appion Græcus homo, qui πολυΐςωρ est appellatus, facili atq; alacri facũdia fuit. Is cùm de Alexandri regis laudibus scriberet: Victi, inquit, hostis uxorẽ facie inclyta mulierem, uetuit in cõspectum suum deduci, ut eam ne oculis suis quidem cõtingeret. Lepida quæstio. *Lepida igitur quæstio agitari potest, utrũ uideri continentiorem par sit. Publium'ne Africanum superiorem, qui Carthagine ampla ciuitate in Hispania expugnata, uirginem tempestiuam, forma egregia, nobilis uiri Hispani filiam, captam perductamq; ad se, patri inuiolatam reddidit: an regem Alexandrum, qui Darij regis uxorem, eandemq; eiusdem sororem prælio magno captã, quam esse audiebat exuperãti forma, uidere noluit, perduciq; ad sese prohibuit. Sed hãc utranq; decla-*

Darius media longa pronũciandus est, nam apud Græcos cum ει diphthongo scribitur

declamatiunculam ſuper Alexandro & Scipione cele-brauerint, quibus abundè & ingenij, & ocij, & uerborum eſt. Nos ſatis habebimus, quòd ex hiſtoria eſt id dicere: Scipionem iſtum uerône an falſo, incertum: famá tamen, cùm eſſet adoleſcens, haud ſyncera fuiſſe: & propemodùm cõſtitiſſe hoſce uerſus à Cn. Næuio poëta in eum ſcriptos eſſe:

Etiam qui res magnas manu ſæpè geßit glorioſè,
Cuius facta uiua nunc uigent, qui apud gentes ſolus
Præſtat, eum ſuus pater cum pallio uno ab amica abduxit. His ego uerſibus credo adductum Valerium Antiatem, aduerſus cæteros omnes ſcriptores de Scipionis moribus ſenſiſſe, & eam puellam captiuam non redditam patri ſcripſiſſe, contrà quam nos ſuprà diximus, ſed retentam à Scipione, atque in delicijs amoribusq; ab eo uſurpatam.*

Videre noluit.) Sunt tamen fide digni autores, qui adſerunt Alexandrum ad mulieres cum Epheſtione ingreſſum. Q. Curtius lib. 3. rer. ab. Alex. geſtar. Iuſtin. lib. 11. ſub finem, & alij.

Declamatiunculam.) Oratio quæ ficto argumento conſtat, declamatio appellatur, qua antiqui ſoliti ſunt ſe exercere, priùs quàm ad ueras cauſas accederent.

LOCVS EXEMPTVS EX ANNALIBVS L. Piſonis, hiſtoriæ & orationis lep. diſſimæ.

CAPVT IX.

QVòd res uidebatur memoratu digna, quam feciſſe Cn. Flauium Annij filiũ Aedilitũ Curulem

L. Pi-

Id est, eo libro qui singulorũ annorum res gestas continet.

Primæ, præcipuæ.

Renun. delegerunt.

Accip. ad probare, ut loquimur uulgo.

L. Piso in III. Annali scripsit, eaq; res perquàm purè & uenustè narrata à Pisone: locum istum totum huc ex Pisonis Annali trāspofuimus. Cn. inquit, Flauius patre Libertino natus scriptum faciebat. Isq; in eo tempore Aedili Curuli apparebat, quo tēpore Aediles subrogantur. Eumq; primæ Tribus Aedilem Curulē renũciauerunt. At Aedilis, qui comitia habebat, negat accipere; Neq; sibi placere, qui scriptum faceret, eum Aedilem fieri. Cn. Flauius Annij filius dicitur tabulas posuisse, scriptu sese abdicasse. Isq; Aedilis & Curulis factus est. Idem Cn. Flauius Annij filius dicitur ad collegam uenisse uisere ægrotum. Et in conclaue postquam introiuit, adolescentes ibi complures nobiles sedebant. Ii contemnentes eum, assurgere ei nemo uoluit. Cn. Flauius Annij filius Aedilis id arrisit. Sellam Curulem iussit sibi afferri. Eam in limine apposuit, ne quis illorum exire poßet: utiq; ij omnes inuiti uiderent sese in sella Curuli sedentem.

Cn. Flauij festiuum factum.

Cn. Flauius.) Ex Macrobij Saturnalibus libro primo tum & narratione Titi Liuij constat hunc Cn. Flauium scribam fuisse, cuius officiũ eo tempore uile & abiectũ habebatur, adeò ut qui eo fungeret, indignus magistratu iudicaretur. Hũc Gellius antiquè dixit scriptum facere, id est, scribā esse, & ut hodiè loquimur, notarium esse: scriptoq; se abdicare, pro renunciare ei officio. Elegantissimum est prouerbium apud Ciceronem pro Murena, quo dicit Cicero hunc Cn. Flauium cornicum oculos confixisse, quòd autoritatem Iureconsultorum hic primus eleuarit, tabulis scilicet propositis, in quibus uidere liceret, quo die agi posset cũ populo. Vide de ea re

Vale-

Valerium Maximum.

Visere ægrotum.) Vt uideret. Græci in redditione causæ, infinitum usurpare solent sine coniunctione aliqua causam significante: hos hoc loco Gellius noster est imitatus.

HISTORIA SVPER EVCLIDE SOCRAtico, cuius exemplo Taurus Philosophus adhortari adolescentes suos solitus est ad philosophiam gnauiter sectandam.

CAPVT X.

Philosophus Taurus uir memoria nostra in disciplina Platonica celebratus, cùm alijs bonis multis, salubribusq; exemplis hortabatur ad philosophiã capessendam, tum uel maximè ista re animos iuuenum expergebat, Euclidem quam dicebat Socraticum factitauisse: Decreto, inquit, suo Athenienses cauerant, ut qui Megaris ciuis esset, si intulisse Athenas pedem prehensus esset, ut ea res ei homini capitalis esset. Tanto Athenienses, inquit, odio flagrabant finitimorum hominum Megarensiũ. Tum Euclides, qui in diem Megaris erat, quiq; etiam ante id decretum & esse Athenis, & audire Socratem consueuerat, postquam id decretum sanxerunt, sub noctem priùs quàm aduesperasceret, tunica longa muliebri indutus, & pallio uersicolore amictus, & caput & ora uelatus, è domo sua Megaris Athenas ad Socratem commeabat, ut uel noctis aliquo tempore consiliorum sermonumq; eius fieret particeps. Rursusq; sub lucem milia passuum paulò ampliùs uiginti, eadem ueste illa tectus redibat. At* nunc

Ardor Euclidis ad audiendum Socratem.

Supplicium capitis mereretur.

* Indidem

Sub lucem ante diem orientem.

nunc, inquit, uidere est philosophos ultrò currere, ut doceant, ad fores iuuenum diuitum, eosq; ibi sedere atq; opperiri propè ad meridiem, donec discipuli nocturnum omne uinum edormiant.

Animos expergebat.) Antiquè dixit, expergebat, pro expergefaciebat & excitabat, quod cessatores alioqui erãt.

Ad Socratem commeabat.) Sic quoq; diuus Hieronymus solebat Iudæum quendam noctu adire, à quo Hebraicas literas doceretur: quod si Iudæi resciuissent, utrisq; capitale fuisset.

VERBA EX ORATIONE Q. METELli Numidici, quæ libuit meminisse, ad officiũ grauitatis dignitatisq; uitæ decentia.

CAPVT XI.

Non decertandum cõuicio cum malis.

CVm inquinatißimis hominibus nõ esse conuicio decertandum, neq; in maledictis aduersus impudentes & improbos uelitandum: quia tantisper similis & compar eorũ fias, dum paria & similia dicas, atq; audias: non minus ex oratione Q. Metelli Numidici *sapientis uiri cognosci potest, quàm ex libris & disciplinis philosophorum.* Verba *hæc sunt* Metelli *aduersus* Cn. Manlium Tribunum *plebis, à quo apud populũ in concione laceßitus iactatusq; fuerat dictis petulantibus:* Nunc *quod ad illum attinet* Quirites, *quoniam se ampliorem putat esse, si se mihi inimicum dictauerit, quem & ego mihi neq; amicũ recipio, neq; inimicum respicio: in eum ego non sum plura dicturus:* Nam *eum indignißimũ arbitror, cui à uiris bonis bene dicatur: tum*

Qui nimiũ petunt, petulantes dicimus, ut & hinc procaces dicti sunt, quòd procare ue-

tum ne idoneum quidem, cui à probis malè dicatur. Nam si in eo tempore huiuscemodi homunculum nomines, in quo punire nō poßis: maiore honore, quam contumelia afficias.

teri uerbo petere dicè retur.

Velitandum.) Leuitèr pugnandū, uelitatio enim leuioris pugnæ species est, qua pręparamur ad iustā ac seriam pugnandi rationem, quod & Tyrocinium appellamus.

QVOD NEQVE TESTAMENTVM, SIcuti Seruius Sulpitius existimauit, neq; sacellum, sicuti Trebatius. duplicia uerba sunt: sed à testatione productum alterum, alterum à sacro diminutum.

CAPVT XII.

Seruius Sulpitius Iureconsultus, uir ætatis suæ doctißimus, in libro de Testamentis secundo, qua ratione adductus: Testamentum uerbum esse duplex scripserit, non reperio. Nam compositum esse dixit à mentis contestatione. Quid igitur Calciamentum? quid Paludamentum? quid Pauimentum? quid Vestimentum? quid alia mille per huiusmodi formam producta? Etiam'ne ista omnia cōposita dicemus? Obrepsisse autem uidetur Seruio, uel si quis alius est, qui id prior dixit, falsa quidem, sed non abhorrens, neq; inconcinna, quasi mentis quædam in hoc uocabulo significatio: sicut herclè C. quoq; Trebatio eadem concinnitas obrepsit. Nam in libro de religionibus secundo: Sacellum est, inquit, locus paruus Deo sacratus cum ara. Deinde addit uerba hæc; Sacellum ex duobus uerbis arbitror

Testamentum. Eius hominis qui moritur.

Pauimentū area strata lapidibus.

Sacellum.

tror compositum, sacri & cellæ, quasi sacra cella: Hos quidem scripsit Trebatius. Sed quis ignorat Sacellum & simplex uerbum esse, & non ex sacro & cella compositum, sed ex sacro diminutum?

Per diminutionem factum, ut à mactando macellum, à sacro sacellum.

DE QVAESTIVNCVLIS APVD TAVrum philosophum in conuiuio agitatis, quæ symposiacæ uocantur.

CAPVT XIII.

FActitatum obseruatumq; hoc Athenis est ab ijs, qui erant philosopho Tauro iunctiores: cùm domum suam nos uocaret, ne omninò (ut dicitur) immunes & asymboli ueniremus, coniectabamus ad cœnulam, non cupedias ciborum, sed argutias quæstionum. Vnusquisq; igitur nostrûm commentus paratusq; ibat, quod quæreret: eratq; initium loquendi, eundi finis. Quærebantur autem nec grauia, nec reuerenda, sed ἐνθυμήματα quædam lepida, & minuta, & florentē uino animum lacessentia: quale hoc fermè est subtilitatis ludicræ, quod dicam. Quæsitum est, quando moriens moreretur: cùm iā in morte esset, an tum etiam, cùm in uita foret: Et quando surgens surgeret: cū iam staret, an tum etiam, cùm iam sederet: Et qui artem disceret, quando artifex fieret: cùm iā esset, an tum, cùm etiam non esset. Vtrum enim horū dicas, absurdè atq; ridiculè dixeris: multoq; absurdius uidebitur, si aut utrunque esse dicas, aut neutrum. Sed ea omnia cùm captiones esse quidam futiles & inanes dicerent: nolite,

Enthymema aliquando speciem argumentationū significat, quam ex una parte tantū colligimus, q̄ pars quædā Latinè syllogismū imperfectū uocat: Aliās uerò significat quicquid animo commentamur.

lite, inquit Taurus, hæc quaſi nugarum aliquem ludum aſpernari. Grauiſsimi philoſophorum ſuper hac re ſeriò quæſiuerunt. Et alij moriendi uerbum, atque momentum, manente adhuc uita, dici atque fieri putauerunt: alij nihil in eo tempore uitæ reliquerunt, totumq́; illud quod mori dicitur, morti uindicauerunt. Item de cæteris ſimilibus in diuerſa tempora, & in contrarias ſententias diſceſſerunt. Sed Plato, inquit, noſter, neq; uitæ id tempus, neq; morti dedit, idemq́; in omni cõſimilium rerum diſceptatione fecit. Vidit quippe utrunque eſſe pugnans, neque poſſe ex duobus contrarijs, altero manente, alterũ conſtitui, quæſtionemq́; fieri per diuerſorum inter ſe finium, mortis & uitæ cohærentiam. Et idcircò peperit ipſe expreſsitq́; aliud quoddam nouum in confinio tempus, quod uerbis proprijs atque integris τὴν ἐξαίφνης φύσιν *appellauit. Idq́; ipſum ita, uti dico, inquit, in libro cui* Παρμενίδης *titulus eſt, ſcriptum ab eo reperietis,* τὸ γὰρ ἐξαίφνης τοιοῦτόν τι ἔοικε σημαίνειν, ὡς ἐξ ἐκείνου μεταβάλλον εἰς ἕτερον. *Talia apud Taurum ſymbola, & alia, quæ erant ſecundarum menſarum, ut ipſe dicere ſolitus erat,* τραγήματα.

Quæ ſympoſiacę uocantur.) A uerbo συμποσιάζω quod combibo ſignificat, unde ſympoſiũ dixerunt Græci, id eſt, compotationem, quod nos, autore Cicerone lib. de Senectute, honeſtiore uocabulo conuiuiũ dicimus, non tam reſpicientes compotationem, quàm ſermonum & confabulationum ueluti conuictum quendam.

Sic dicta, quod arrodãtur, Græcis enim τραγίω rodo uel comedo ſignificat.

Ne asymboli ueniremus.) σύμβολον Græcis dictum est signum, quod conferatur ab eo in medium, qui alicuius uel conuiuii, uel alterius rei sodalis esse uelit, à uerbo συμβάλλω quod confero significat & conijcio, eò quòd in medium conferretur. Vnde per priuatiuam dictionem α, dictus est hoc loco asymbolus, qui cùm ad conuiuium uenerit, nullo tamen id pignore redimeret.

Cupedias ciborum.) Dictę sunt cupediæ, quòd cupidinem sui excitent. hinc cupediarii, qui eas uendũt ac emunt.

PVNIENDIS PECCATIS TREIS ESSE rationes à philosophis attributas. Et quamobrem Plato duarum ex iis meminerit.

CAPVT XIIII.

Pœnæ ratio triplex.

Puniendis peccatis treis esse debere causas existimatum est. Vna est, quæ νουθεσία, uel κόλασις, uel παραίνεσις dicitur, cùm pœna adhibetur castigandi atq; emendandi gratia, ut is, qui fortuitò deliquit, attentior fiat correctiorq;. Altera est, quã ii, qui uocabula ista curiosius diuiserunt, τιμωρίαν appellant. Ea causa animaduertendi est, cùm dignitas autoritasq; eius, in quem est peccatum, tuenda est: ne prætermissa animaduersio contemptum eius pariat, & honorem * *leuet.* Idcirco ei id uocabulum à cõseruatione hono*ris factum putant. Tertia ratio uindictæ est, quæ παράδειγμα à Græcis nominatus: quum punitio propter exemplum necessaria, ut cæteri similibus à peccatis, quæ prohiberi publicitùs interest, metu cognitæ pœnæ deterreantur. Idcircò ueteres quoque nostri, Exempla, pro maximis grauißimis que pœnis dicebant.*

*eleuet.

Qui à Græcis uocatur τιμὴ, à quo deducitur uerbum τιμάω, quod honoro significat, & τιμωρία suppli-

Quan-

Quando igitur aut spes magna est, ut is, qui peccauit, citra pœnam ipse sese ultrò corrigat, aut spes contrà nulla est emendari eum posse, & corrigi, aut iactu-ram dignitatis eius, in quem peccatum est, metui non necessum est, aut non id peccatum est, cuius exemplo necessario metu sanciendum sit: tum quicquid ita delictum est, non sanè dignum esse imponendæ pœnæ studium uisum est. Has treis *ulciscendi rationes & philosophi alij plurifariam, & noster* Taurus *in primo commentariorum, quos in* Gorgiam Platonis *composuit, scriptas reliquit.* Plato *autem ipse uerbis apertis duas solas esse puniendi caussas dicit: Vnam, quam primo in loco propter corrigendum: alteram, quam in tertio propter exempli metum posuimus. Verba sunt hæc* Platonis in Gorgia: προσήκει δὲ παντὶ, τῷ μὲν τιμωρουμένῳ ὑπ' ἄλλου ὀρθῶς τιμωρουμένου βελτίωμ γίνεσθαι, καὶ ὀνήσασθαι. ἢ παράδειγμα ἄλλοις γίνεσθαι ἵνα ἄλλοι δι ὁρῶντες πάσχοντα φοβούμενοι βελτίους γίνονται. *In hisce uerbis facilè intelligas* τιμωρίαν Pla-*tonem dixisse, non ut suprà scripsi, quosdã dicere, sed ita ut promiscuè dici solet, pro omni punitione. An'ne autem quasi omnino paruam & contemptu dignam præterierit pœnæ sumendæ caussam, propter tuendam læsi hominis autoritatem: an magis, quasi ei quam dicebat, rei non necessariam prætermiserit, cùm de pœnis non in uita, neq; inter homines, sed post uitæ tempus*

cium, quod honoris caussa conseruandi adhibetur.

Multis modis.

Id est, aliis iudicandum omitto.

capiendis scriberet: ego in medium relinquo.

Emēdandi gratia.) Primam hanc rationem puniendi, Græcis uerbis insignitam nouo uerbo & adcommodatissimo, Plato in Protagora appellat εὐθύνην, id est, directionem quandam, ut sit, indicante Platone, uelut reductrix quędā in iustū iter eius, qui à uia aberrauit. Siquidē εὐθὺς Græcis rectus significat: εὐθύνω uerò rectifico.

DE VERBO QVIESCO. AN, E LITERA corripi, an produci debeat.

CAPVT XV.

Amicus noster homo multi studij, atq; in bonarū disciplinarum opere frequens, uerbū Quiescit usitatè, e, litera correpta dixit. Alter item amicus, homo in doctrinis quasi in præstigijs mirificus, communiumq; uocū respuens nimis & fastidiens, barbarè eum dixisse opinatus est, quoniam producere debuisset, non corripere. Nā *Quiescit ita oportere dici prædicauit, ut* Calescit, Nitescit, Stupescit, *atq; alia huiuscemodi multa. Id etiam addebat, quòd quies, e, producto, non breui diceretur. Noster autem, qua est omnium rerum uerecunda mediocritate, ne si* Helij *quidem* Cincij, & *Satyri dicendum ita censuissent, obsecuturum sese fuisse ait cōtra perpetuam latinæ linguæ consuetudinē:* Neq; *se tam insignitè locuturum, absona aut inaudita ut diceret.* Literas *autem super hac re fecit, item inter hæc exercitia quædā ludicra, &* Quiesco *non esse his simile, quæ suprà posui, nec à* Quiete *dictum, sed ab eo* Quietem: Græceq; *uocis* ἔχον & ἴσχον, Ionicè *à uer-*

Prędicauit, insolenter & cum fiducia dixit.

Satyri, dij nemorū in Latio haud aliter ac Fauni celebrati fuerūt, quos ob diuinitatē, & longum spaciū, quo

*à uerbo ἴχω ἴσχω, & modum & originem uerbum illud habere demõstrauit. Rationibusq; haud sanè frigidis docuit, Quiesco, e, litera longa dici nõ conuenire, ut diceret eiusmodi quispiam, qui tumultuarijs, & modicis linguæ exercitationibus ad famam se facundiæ *permiserat, neq; orationis Latinæ modos usurpationes'ue ullas didicerat.*

Quasi in præstigijs.) Præstigiæ sunt fascinationes quædam, quibus oculi præstringuntur & fascinantur, ut aliud quàm uideant, se uidere putent.

Quiescit.) Nam certum est positione lõgam esse, cum sequantur duæ consonantes. Verùm præter hoc aduertendum est hoc loco, ad imitationem Græcorum id fieri; siquidem etiam in soluta oratione discrimẽ erat in pronunciando, e, longum & breue. Pronunciabitur eñ longũ ampliore rictu, & pleniore uoce, qualis est in uocabulo Ecce. Sed hodiè neq; apud Latinos, neq; Græcos pronunciationis uestigium reliquum est, prçterq̃ quod Eustathius Homeri enarrator, indicat ratione quadã subtili, à Græcis, η, hoc est, e longum pronunciandum esse, fermè eo sono, quem balatus ouiũ definit atq; ostendit.

Heliũ quidẽ Cinciũ.) Antiquissimi illius Romani. Sunt enim familiæ illæ maximè natiuæ Romanorum, adeò ut multæ autoritatis esse debeant in usu linguæ Latinæ præcipiendo siue definiendo.

incoluissent Latiũ, uereri oportebat in lingua Latina censenda. Haud sanè fri. Vt ingenuè dicam quod sentio, nimium est ludicrũ hoc interpretamentũ, & Gelliano iudicio indignum. * *præmiserat.*

NOTVM VERBVM DEPRECOR. A poëta Catullo inusitatè quidem, sed aptè positum & propriè, deq; ratione eius uerbi exemplisq; ueterum scriptorum.

CAPVT XVI.

CVm in Licio fortè uespera ambularemus, uir quidam ludo ibi nobis & uoluptati fuit. Nam

quum esset uerbum Deprecor doctiusculè positum in Catulli carmine, quia id ignorabat, frigidißimos uersus esse dicebat, omnium quidem, meo iudicio, uenustissimos, quos subscripsi:

Lesbia mî dicit semper malè, nec tacet unquam
De me: dispeream, me nisi Lesbia amat.
Cui ego, quasi eadem totidem mox deprecor illi
Aßiduè: uerùm dispeream nisi amo.

Deprecor.

Deprecor hoc in loco uir bonus ita dictum esse putat, ut plerunq; à uulgo dicitur, quod significat, ualdè precor, & oro, & supplico. In quo De præpositio ad augendum & cumulandum ualet. Quod si ita esset, frigidi sanè uersus forent. Nunc enim contra omnino est. Nam De præpositio, quoniam est anceps, in uno eodemq; uerbo diuersitatē significationis capit. Sic enim Depreco à Catullo dictum est, quasi detestor, uel execror, uel depello, uel abominor. Contra autem ualet, quum Cicero pro P. Sylla ita dicit: Quàm multorum hic uitam à Sylla deprecatus est. Item in dissuasione legis agrariæ: Si quid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me à uobis deprecentur. Sed neq; solus Catullus ita isto uerbo usus est. Pleni adeò sunt libri ueterum similis in hoc uerbo significationis: ex quibus unum et alterū, quæ suppetierant, apposui. Q. Ennius in Erechtheo non longè secùs dixit quàm Catullus:

Quibus nunc, inquit, ærumna mea libertatem paro?

Qui-

Quibus seruitutem mea miseria deprecor? Significat abigo, & amolior, uel prece adhibita, uel quo alio modo. Item Ennius in Cresponte:

Ego quum uitæ meæ parcam, letbum inimico deprecor. Cicero in libro sexto de Repub. ita scripsit: *Quod quidem eo fuit maius, quia cùm in causa pari collegæ essent, non modò inuidia pari non erant, sed etiam Claudij inuidiam Gracchi charitas deprecabitur.* Hic quoque item non est ualdè precabatur, sed quasi propulsabat, & defensabat inuidiam, quod Græci propinqua significatione παραιτοῦμαι dicunt. Item pro A. Licinio similiter Cicero uerbo isto utitur: *Quid, inquit, huic homini facias? Non'ne concedas interdum, ut excusatione summæ stultitiæ, summæ improbitatis odium deprecetur?* Item in Verrem actionis secundæ prooemio: *Nunc uerò quid faciat Hortensius (auariciæ'ne crimina frugalitatis laude deprecetur? an hominem flagitiosißimum, libidinosißimum, nequißimumq; defendat?* Sic igitur Catullus eadem se facere dicit, quærens ueniam, quòd & malè diceret ei palàm, respueretq; & recusaret, detestareturq; aßiduè, & tamen eam penitus deperiret.

παραιτοῦμαι, postulo significat, & precor, παρὰ autē præpositio in cōpositione significare solet à uel ab, uel etiā præ, unde exposita claraq; est eius significatio, id est, precando recuso.

Cùm in Lycio.) Lyciū gymnasium fuit, in quo Aristoteles docere solebat, Stephano autore. Meminit istius scholæ aliquoties & Diogenes Laërtius. Scribitur autem indiscriminatim Lycium uel Lyceum, penultima tamen semper longa, scribitur enim per ει diphthon-

gum, quæ uel in i uel in e uerti poteſt, commodiùs tamen in i, hoc modo λύκειον.

* Cui ego quaſi.) Sunt qui legendum putent: Quo ſigno? quaſi ego totidem mox deprecor illam. Magis autem probat Bernard. Rutilius, ſi ſic legatur: Cui ego quæro eadem, totidem mox deprecor illi.

QVIS OMNIVM PRIMVS LIBROS publicè præbuerit legendos: quantusq; numerus fuerit Athenis ante clades Perſicas in bibliothecis publicorū.

CAPVT XVII.

Libros Athenis diſciplinarum liberalium publicè ad legendum præbendos primus poſuiſſe dicitur Piſiſtratus tyrannus. Deinde *ſtudioſiùs accuratius'que ipſi Athenienſes auxerunt. Sed omnem illam poſteà librorum copiam Xerxes Athenarū potitus, urbe ipſa præter arcem incenſa abſtulit, aſportauitq; in Perſas. Hos porrò libros uniuerſos multis pòſt tēpeſtatibus, Seleucus rex, qui Nicanor appellatus eſt, referendos Athenas curauit. Ingens poſtea numerus librorum in Aegypto à Ptolomæis regibus uel conquiſitus uel confectus eſt, ad milia fermè uoluminum ſeptingenta. Sed ea omnia bello priore Alexandrino, dum diripitur ea ciuitas, non ſpontè, neq; opera conſulta, ſed à militibus fortè auxiliarijs incenſa.*

Piſiſtratus tyrannus.) Tyranni nomen olim regium fuit, ſiquidem promiſcuè apud Græcos ueteres, & boni & mali principes tyranni appellātur. Verùm recentiore ſeculo principum libidine factum aiunt, ut nomen, quod olim erat regium, probri uice detur. Eſt autem tyrannus,

rannus, qui non subditis, sed sibi imperium gerit, habens pro legibus libidinem.

Opera consulta.) Ex industria.

A. GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII

LIBER VII.

ADMIRANDA QVAEDAM EX ANNAlibus sumpta de P. Scipione Africano superiore.

CAPVT I.



VOD de Olympiade Philippi regis uxore, Alexandri matre, in historia Græca scriptum est: idem de P. Scipionis quoq; matre, qui prior Africanus appellatus est, memoriæ datum est. Nam & C. Oppius, & Iulius Higinus, aliiq;, qui de uita & rebus Africani scripserunt, matrem eius diu sterilem existimatam tradunt. P. quoq; Scipionē, cùm quo nupta erat, liberos desperauisse. Posteà in cubiculo atq; in lecto mulieris, quum absente marito cubans sola obdormisset, uisum repentè iuxta eam cubare ingentem anguem. Eumq;, iis qui uiderant territis & clamantibus, elapsum, inuenire non quisse: idipsum P. Scipionem ad aruspices retulisse: Eos sacrificio facto respondisse, fore ut liberi gignerentur. Neque multis diebus posteà, quàm ille anguis in lecto uisus est, mulie

rem concepisse: concepti fœtus signa atq; sensim pati: exinde mense decimo peperisse: natumq; esse hunc P. Scipionem Africanum, qui Annibalẽ & Carthaginienses in Africa bello Punico secundo uicit. Sed & eum impendio magis ex rebus gestis, quàm ex illo ostento, uirum esse uirtutis diuinæ creditum est. Id etiam dicere haud piget, quòd ijdem illi quos suprà nominaui, literis mandauerint, Scipionem hunc Africanum solitauisse noctis extrema, priusquàm dilucularet, in Capitolium uentitare, ac iubere aperiri cellã Iouis, atq; ibi solùm diu demorari quasi consultantẽ de Rep. cum Ioue: Aedituosq; eius tẽpli sæpè esse demiratos, quòd solùm id temporis in Capitolium ingredientem canes semper in alios sæuientes, neq; latrarẽt eum, neq; incurrerent. Has uulgi dé Scipione opiniones confirmare atq; approbare uidebãtur dicta, factaq; eius pleraq; admiranda, ex quibus est unum huiuscemodi.* Aßidebat oppugnabatq; oppidũ in Hispania, situ mœnibusq; ac defensoribus ualidum & munitũ, re etiã cibaria copiosum: nullaq; eius potiũdi spes erat. Et quodã die ius in castris sedens dicebat, atq; ex eo loco id oppidum procul uidebatur. Tũ è militibus, qui in iure apud eũ stabant, interrogauit quispiã ex more, in quem diem locumq; uadimonium promitti iuberet. Et Scipio, manum ad ipsam oppidi, q, obsidebatur, arcẽ protendẽs: Perendie, inquit, sese sistãt in illo loco: atq; ita factum.

Scipio Africanus à serpentibus genitus.

Gellius nouè pati, pro passam fuisse dixit, præsens, pro præterito, idq; ni fallor, imitatione Græcorum.

Solitauisse, id est, solitũ fuisse, nouè dixit.

Cum Ioue cõsultabat.

* Obsidebat fortassis.

Die tertio, in quem uadari iusserat, oppidum captum est. Eodem die in arce eius oppidi ius dixit. Id est, causas audiebat.

Cares Oppius.) Cares Græcus fuit, cuius meminit Tranquil. Suet. in claris Grammaticis, dicitq; ad ultimã ætatem docuisse, cùm iam nõ gressu modò deficeretur, sed & ui su.

Iulius Higinus.) Is fuit Augusti Cęsaris libertus, natione Hispanus, præfuitq; Palatinæ bibliothecæ, nihilo tamẽ secius multos docuit, fuitq; familiarissimus Ouid. Nasoni. Huius libertus fuit Iulius Modestus, in studijs atq; doctrina uestigia patroni sequutus. Hæc Tranquil. Scripsit hic quoq; commentaria in Vergilium.

Ingentem anguem.) Quem Iouem fuisse Vates consulti responderunt. Verùm ego ingentem adulterum interpretor fuisse.

Vadimonium.) Sponsio ad certum diem sistendi se, id est, apparendi in iudicio, uadimonium dicitur: sic dictum, quod qui dederit ei, quod uelit, uadere liceat. Plautus Venerium uadimonium dicit, quod inter amãtes de certo tempore conuenerat. Vide de hac re plenissimè Budæum in Pandectis.

Vadari.) Vadimoniam statui & promitti.

DE CESELLII VINDICIS PVDENDO errore, quem offendimus in libris eius, quos inscripsit Lectionum antiquarum.

CAPVT II.

TVrpe erratum offendimus in illis celebratißimis commentarijs Lectionum antiquarum Cesellij. Vindicis hominis herclè pleraq; haud indiligẽtis: quod erratum multos fugit, quanquàm multa in Cesellio reprehendendo etiam per calumnias rimarentur. Scripsit autẽ Cesellius, Q. Ennium in XIII. lib. annalium Cor dixisse masculino genere. Verba Cesellij subiecta sunt Cesellij erratum.

sunt: Masculino genere Cor, ut multa alia enunciauit Ennius: Nam in XIII. Annalium: Quem cor, dixit: Ascripsit deinde uersus Ennij duos:

Annibal audaci dum pectore dehortatur,
Ne bellum faciam, quem credidit esse meum cor?

Antiochus est, qui hoc dixit, Asiæ rex. Is admiratur & permouetur, quòd Annibal Carthaginiensis bellum se facere Po.Ro. uolentem dehortetur. Hos autem uersus Cesellius sic accipit, tãquam si Antiochus sic dicat: Annibal me, ne bellum geram, dehortatur: Quod cùm facit, æquale cor putat habere me ei: quàm stultũ esse me credit, cùm id mihi persuadere uult: Hoc Cesellius quidem, sed aliud longè Ennius. Nam tres uersus sunt, non duo, ad hanc Ennij sententiam pertinentes, ex quibus tertium uersum Cesellius non respexit:

Annibal audaci dum pectore dehortatur,
Ne bellum faciam, quem credidit esse meum cor
Suasorem summum, & studiosum robore belli.

Horum uersuum sensus atq; ordo sic opinor est: Annibal ille audentißimus atq; fortißimus, quem ego credidi (hoc enim est, Cor meum credidit) perinde atq; diceret: Quem ego stultus homo credidi fore summum suasorem ad bellandum, is me dehortatur, dissuadetq;, ne bellum faciam. Cesellius autem fortè ῥαθυμότερον ῥαφῇ ista uerborum captus, Quem cor dictũ putauit, & Quém accentu acuto legit, quasi ad Cor referatur,

non

non ad Annibalem. Sed non fugit me, si aliquis sit tam inconditus, sic posse defendi Cor Cesellij masculinum, ut uideatur tertius uersus separatim atq; diuisim legẽdus: perinde quasi præcisis interruptisq; uerbis exclamet Antiochus Suasorem summum. Sed non dignũ est, eis qui hoc dixerint, responderi.

Nã ῥᾴθυμος piger & negligens dicitur, unde cõparatiuꝰ ῥᾳθυμότερος, & in neutro ογ

Pleraq; haud indulgentis.) Nouè dixit hoc loco Gellius, pro eo quod est, in alijs multis, aut plerisq;, secutus haud dubiè Græcos, qui τὰ πολλὰ, hoc est, pleraque per defectum præpositionis κατὰ, id est, secundũ, eodem modo efferunt. Eodem modo uidere licet cætera usurpari à nonnullis.

Quem accentu acuto legit.) Veteres discrimina significationum uarietate accentuũ notabant, id quod testatur Fab. lib. 1. Pronunciabant autẽ quis accentu acuto, cùm quæsitiuum esset: graui autem cùm relatiuum.

QVID TVLLIVS TYRO CICERONIS libertus reprehenderit in M. Catonis oratione, quam pro Rhodiensibus in Senatu dixit: & quid ad ea, quæ reprehenderat, responderimus.

CAPVT III.

Ciuitas Rhodiensis & insulæ opportunitate, & operum nobilitate, & nauigandi solertia, naualibusq; uictorijs celebrata est. Ea Rhodiensis ciuitas cùm amica atq; socia Populi Rom. foret, Persa tamen Philippi filio Macedonum rege, cum quo bellum Populo Ro. fuit, amico usa est. Connixiq; sunt Rhodienses, legationibus Romam sæpè missis, id bellũ inter eos componere. Sed ubi ista pacificatio perpetrari nequiuit, uerba à plerisq; Rhodiensibus in concionibus corũ ad po-

Obtinet illa etiãnum suũ nomen, inter paucas dignitatem etiam. Illa cũ una ne iniurijs Turcarũ fl. mus exposi ti prohiberi, conflictata acerrimis bellis, ijsq; diutinis.

*ad populum facta sunt, ut si pax non fieret, Rhodienses regem aduersus Populum Romanum adiutarent. Sed nullum super ea re publicum decretum factum est. At ubi Perses uictus captusq; est, Rhodienses pertimuêre ob ea, quæ cõpluries in cœtibus populi acta dictaq; erant: Legatosq; Romam miserunt, qui temeritatem quorundam popularium suorum deprecarẽtur, & fidem consiliumq; publicum expurgarent. Legati postquàm Romam uenerunt, & in senatum intromißi sunt, uerbis pro sua caussa suppliciter factis, de curia excesserunt. Sententiæ rogari cœptæ. Cumq; partim senatorum de Rhodiensibus quærerentur, maleq; eos animatos fuisse dicerent, bellumq; * eos illis faciendum censerẽt: tum M. Cato exurgit, & optimos fidißimosq; socios (quorum opibus diripiẽdis poßidendisq;, non pauci ex summatibus uiris intẽti infensiq; erant) defensum conseruatumq; pergit, orationem inclytam dicit, quæ & seorsum fertur, inscriptaq; est pro Rhodiensibus, & in quinto Originum libro scripta est. Tyro autem Tullius M. Ciceronis libertus, sanè quidem fuit ingenio homo eleganti, & haudquaquàm rerum literarumq; ueterũ indoctus. Eoq; ab incunte ætate liberaliter instituto, adminiculatore & quasi administratore in studijs literarum Cicero usus est. Sed profectò plus ausus est, quàm ut tolerari ignosciq; poßit. Nanq; epistolam conscripsit ad Qu. Axium familiarẽ*

* eo.

Ad defendendum.

Tyro Tullius Ciceronis libertus.

patro-

patroni sui confidēter & nimis callidè. In qua sibimet uisus est orationem istam pro Rhodiensibus acri subtiliq; ingenio & iudicio percensuisse. Ex ea epistola libitum fore nobis est reprehensiones eius quasdam attingere, maiore scilicet uenia reprehensuri Tyronem, quantum ille reprehenderit Catonem. Culpauit autem primùm hoc, quòd Cato ineruditè & ἀναγώγως ut ipse ait, principio nimis insolenti, nimisq; acri & obiurgatorio usus sit: cùm uereri sese ostendit, ne patres gaudio atque lætitia rerum gestarum prosperè, de statu mentis suæ deturbati non satis consiperent, neque ad rectè intelligendum consulendumq; essent idonei. In principijs autem, inquit, patroni, qui pro reis dicunt, conciliare sibi & complacare iudices debent: sensusq; eorum expectatione causæ suspensos rigentesq;, honorificis uerecundisq; sententijs commulcere, non iniurijs atque imperiosis comminationibus confricare. Ipsum deinde principium apposuit, cuius uerba hæc sunt: SCIO solere plerisq; hominibus rebus secundis atq; prolixis atque prosperis animum excellentem; atque superbiam atq; ferocitatem augescere atq; crescere: quod nunc mihi magnæ curæ est, quòd hæc res tam secundè processerit, ne quid in consulēdo aduersi eueniat, quod nostras secūdas res confricet: néue hæc lætitia nimis luxuriosè eueniat. Aduersæ res se domant, & docent quid opus sit facto.

Antiquè dixit pro saperent.

Prouocare, perstringere.

Contaminet, maculet.

Secun-

Consilio. *Secundæ res lætitia, transuorsum trudere solent à rectè consulendo atq; intelligẽdo. Quo maiore opere dico, suadeoq́;, uti hæc res aliquot dies proferatur, dum ex tanto gaudio in potestatẽ nostram redeamus. Quæ deinde Cato iuxtà dicit, ea (inquit) confeßionem faciunt, non defensionem: neq; propulsationem translationemúe criminis habent, sed cùm pluribus alijs communicationẽ, quòd scilicet nihil ad purgandũ est. Atq; etiam, inquit, insuper profitetur, Rhodienses, qui accusabantur, quòd aduersus Populum Ro. regi magis cupiuerint, fauerintq́;, id eos cupisse atq; fauisse utilitatis suæ gratia: ne Romani, Perse quoq; rege uicto, ad superbiã ferociamq́;, & immodicũ modum insolescerent: Eaq́; ipsa uerba ponit ita, ut infrà scriptum est: Atq; ego quidẽ arbitror Rhodienses noluisse, nos ita depugnare, uti depugnatum est: neq; regẽ Persen uicisse non Rhodienses id modò uoluêre, sed multos populos ac multas nationes idẽ uoluisse arbitror. Atq; haud scio an partim eorum fuerint, qui non nostræ contumeliæ causa id uoluerunt euenire: sed enim metuêre, si nemo esset homo, quem uereremur, quicquid liberet, faceremus, ne sub solo imperio nostro in seruitute nostra essent, libertatis suæ causa in ea sententiã fuisse arbitror. Atq; Rhodienses tamen Persen publicè nunquàm adiuuêre. Cogitate quantò nos nostri * natiui cautiùs facimus. Nam unusquisq; nostrûm, si quis aduersus*

* Latini.

uersus rem suam quid fieri arbitratur, summa ui cōtrà nititur, ne aduersus eam fiat, quod illi tamen perpeßi. Sed quòd ad principiū reprehēsum attinet, scire oportuit Tyronem, defensos esse Rhodienses à Catone, sed ut à Senatore, & consulari, & cēsorio uiro, quod quidem optimum esse publicum existimabat, suadente: nō (ut à patrono solet) causam pro reis dicēte. Alia nanque principia cōducunt reos apud iudices defendenti, & clementiā misericordiamq; undiq; indaganti: Alia, cùm Senatus de re publica consulitur, uiro autoritate præstanti, sententijs quorundam iniquißimis permoto, & pro utilitatibus publicis, ac pro salute sociorū grauiter ac liberè indignanti simul ac dolenti. Quippe rectè & utiliter in disciplinis rhetorum præcipitur: iudices, de capite alieno, deq; causa ad sese non pertinenti, cogituros: ex qua, præter officium iudicandi, nihil ad eos simul periculi uel emolumenti redundaturū est, conciliandos esse, ac propitiandos laudabiliter ac placabiliter, & leniter existimationi salutiq; eius, q apud eos accusatus est. At cùm dignitas, & fides, & utilitas omniū communis agitur, ob eamq; rem aut suadēdum quid, ut fiat, aut fieri iam cœpto, differendum est: tum qui se in eiusmodi principijs occupat, ut beneuolos benignosq; sibi auditores paret, ociosam operam in non necessarijs uerbis sumit. Iamdudum enim negocia pericula q; ipsarum rerum communia, consilijs eos capien-

Defenditur oratio Catonis.

Rhetoricū præceptum. Ea tractatio quę præcedit iudicium & sententiā cognitio appellatur. Propitios reddere. Noue dixit.

dis conciliant, & ipsi potiùs sibi exposcunt cõsultoris beneuolentiã. Sed quod ait, confessum Catonẽ noluisse Rhodienses ita depugnare, uti depugnatũ est, neque regem Persen à Pop. Ro. uinci, atq; id audisse cum dixisset non Rodienses modò, sed multas quoq; alias nationes uoluisse, sed id nihil ad purgandum, extenuandumúe crimen ualere: iam hoc primũ Tyro improbè mẽtitur. Verba ponit Catonis, & alijs tamen eũ uerbis calumniatur. Nõ enim Cato confitetur Rhodienses noluisse uictoriam esse Pop. Ro. sed sese arbitrari dixit, id eos uoluisse, quod erat proculdubiò suæ opinionis professio, non Rhodiensium culpæ confessio. In qua re, ut meum quidem iudicium est, nõ culpa tantùm uacat, sed dignus quoq; laude admirationeq; est: cùm & ingenuè & religiosè dicere uisus est contra Rhodienses, quod sentiebat: & parta sibi ueritatis fide, ipsum illud tamen, quod contrariũ putabatur, flexit & trãstulit, ut eos idcircò uel maximè æquũ esset acceptiores chariores q; fieri Po. Rom. quòd quum & utiles essent, & uellent regi esse factum, nihil tamẽ adiuuãdi eius gratia fecerint. Posteà uerba hæc ex eadem oratione ponit: Ea nũc de repentè tãta nos beneficia, ultro citroq; tantam amicitiã relinquimus? Quod illos dicimus uoluisse facere, id nos priores facere occupabimus? Hoc, inquit, enthymema nequam & uitiosum est. Responderi enim potuit, occupabimus certè. Nam, si non occupa ueri-

Tam feliciter pugnasse.

De repen. id est, subitò, antiquè dixit.

Face. Arma capere.

Occu. Ante uertemus.

uerimus, opprimemur, incidendumq; erit in insidias, à quibus antè nos nõ cauerimus. Rectè, inquit, hoc uicio dat Lucilius Poëta Euripidi, quòd cùm Polyphontes rex propterea se interfecisse fratrẽ diceret, quòd ipse antè consilium de nece eius cepisset, Aerope fratris uxor hisce cum uerbis eluserit: Viciosum uel captiosum.

Εἰ γὰρ σὲ ἔμελλεν, ὡς σὺ φῄς, κτείνειν πόσις,
Χρῆν καὶ σὲ μέλλειν, ὡς χρόνος παρήλυθεν.

At hoc enim, inquit, planè stulticiæ plenũ est, eo cõsilio atq; ea fini facere nolle aliquid, uti nunquam id facias, quod uelis. Sed uidelicet Tyro animũ nõ aduertit, non esse in omnibus rebus cauendis eandẽ causam: neq; humanæ uitæ negocia, & actiones, & officia, uel occupãdi, uel differẽdi, uel etiã ulciscẽdi, uel cauendi, similia esse pugnæ gladiatoriæ. Nam gladiatori composito ad pugnãdum, pugnæ hæc proposita sors est, aut occidere, si occupauerit, aut occumbere, si cessauerit. Hominum autem uita nõ tam iniquis, neq; tam indomitis necessitatibus circunscripta est, ut idcirco prior iniuriã facere debeas: quam nisi feceris, pati possis. Quod tantum aberat à Po. Ro. mansuetudine occupare, ut sæpè iam in sese factas iniurias ulcisci neglexerit. Pòst deinde usum esse Catonem dicit in eadẽ oratione argumentis parùm honestis, & nimis audacibus: ac nõ uiri eius, qualis fuit, sed uafris, ac fallaciosis, & quasi Græcorum Sophistarum solertijs. Nam, cùm obijceretur, Cessare nõ significat desistere, ut uulgus putat, sed ociosum desidiosumq; esse, & cunctari, ut Terẽtius: Quid cessas ire.

inquit, Rhodiẽsibus, quòd bellum Po.Rom.facere uoluiſſent:negauit penè.Sed ignoſci popoſcit, quia id nõ feciſſent,& ſi maximè uoluiſſent: induxiſſeq; eum dicit,quã Dialectici ἐπαγωγὴν appellant,rẽ admodùm inſidioſam & ſophiſticã,neq; ad ueritates magis, q̃ ad captiones repertam: cùm conatus ſit exemplis decipientibus colligere confirmareq́;,neminem,qui malè facere uoluit,plecti æquum eſſe, niſi quod factũ uoluit, etiam fecerit. Verba autẽ ex oratione M. Catonis hæc ſunt:Qui acerrimè aduerſus eos dicit,ita dicit, hoſtes uoluiſſe fieri.Et quis eſt tandem noſtrorum, qui,quod ad ſeſe attineat, æquum cenſeat, quenquã pœnas dare ob eã rem,quod arguatur malè facere uoluiſſe? Nemo opinor. Nam ego,quod ad me attinet, nolim. Deinde paulò infrà dicit:Quid nunc,& quæ tandẽ lex eſt tam acerba,quæ dicat:Si qs illud facere uoluerit, mille numis dimidiũ familiæ multa eſto:Sed quis plus quingẽta iugera habere uoluerit,tanta pœna eſto:Si quis maiorem pecudum numerum habere uoluerit, tantum damni eſto. Atqui nos omnia plura habere uolumus, & id nobis impune eſt.Poſteà ita dicit:Sed ſi honorẽ non æquũ eſt habere ob eam rem, q̃ benè facere uoluiſſe qs dicit,neq; fecit tãtùm,Rhodienſibus tale erit,nõ quòd malè fecerũt,ſed quia uoluiſſe dicuntur. His argumentis Tyro Tullius M.Catonẽ contendere, & conficere dicit,Rhodienſibus quoq; impunè eſſe debere,quòd hoſtes

Res ſophiſtica.

De lege pecudum non ſatis cõſtat ex ſcriptoribus, nec unquam, quod meminerim quicquã de hac re legi, niſi hîc in Gellio.

stes quidem Pop. Rom. esse uoluissent, & qui maximè non fuissent. Dißimulari autem non posse ait, quin paria & consimilia non sint, plus quingenta iugera habere uelle, quod plebiscito colonis prohibitum fuit, & bellum iniustum atq; impium Pop. Rom. facere uelle: Neq; itē inficiari posse, quin alia causa in præmio sit, alia in pœnis. Nā beneficia, inquit, promissa opperiri oportet, neq; antè remunerari, quàm facta sint. Iniurias aūt imminentes præcauisse, iustum est magis, quàm expectauisse. Summa enim profeßio stulticiæ, inquit, est non ire obuiàm sceleribus cogitatis, sed manere oppeririq;: ut cùm admissa & perpetrata fuerint, tum deniq;, ubi quæ facta sunt, infecta fieri non possunt, puniātur: Hæc Tyro in Catonem, nō minus frigidè sanè, quàm inaniter. Sed enim Cato non nudā, nec solitariā, nec improtectā hanc ἐπαγωγὴν facit: sed multis eam modis præfulcit, multisq; alijs argumentis conuelat. Et, quia non Rhodiensibus magis quàm Reip. consulebat: nihil sibi dictu factuq; in ea re turpè duxit, quin omnium sentētiarum uia, seruatum ire socios niteretur. Ac primùm ea non incallidè conquisiuit, quæ non iure naturæ, aut iure gentiū fieri probibentur, sed iure legum, rei alicuius medendæ, aut tēporis causa iussarum, sicut est de numero pecoris, & de domino agri præfinito, aut eiusmodi aliquo, in quibus rebus quod prohibitum fieri per leges quidē non licet, uelle id ta-

men facere, si liceat, inhonestũ non est. Atq; eas res contulit seorsum, miscuitq; cum eo, quod neq; facere, neque uelle per sese honestum est: tũ deinde, ne disparilitas collationis euidẽs fieret, pluribus id propugnaculis defensat. Neq; tenues istas, & enucleatas uoluntatum in rebus illicitis reprehẽsiones, qualia in Philosophorum ocio disputãtur, magnificauit: sed id solũ ex summa ope nititur, ut causa Rhodiensiũ, quorũ amicitiam retineri ex Repub. fuit, aut æqua iudicaretur, aut quidem certè ignoscenda: atq; interim, neq; fecisse Rhodienses bellum, neq; facere uoluisse, dicit. Interim autem facta sola cẽsenda dicit, atq; in iudicium uocanda, sed uoluntates nudas inanesq; neq; legibus, neq; pœnis fieri obnoxias. Interdum autẽ, quasi deliquisse eos concedat, ignosci postulat, & ignoscẽtias utiles esse rebus humanis docet: ac nisi ignoscant, metus in Republica rerum nouarum monet: sed enim contrà, si ignoscãtur, conseruatum iri ostendit Populi Rom. magnitudinem. Superbiæ quoq; crimen, quod tunc præter cætera in se metu Rhodiensibus obiectum erat, mirifica & propè diuina responsionis figura elusit & eluit. Verba adeo ipsa ponemus Catonis, quoniam Tyro ea prætermisit: Rhodienses superbos esse aiunt, id obiectantes, quod mihi è libris meis minimè dici uelim. Sint sanè superbi, quid id ad nos attinet? Id'ne irascimini, si qs superbior est quàm nos? Nihil prorsus hac compellatione dici po-

[margin: Ignoscẽtiæ. / Seditionum turbarum. / Adclamatione.]

ci potest,neq; grauius,neq; munitius aduersus homines superbissimos facta,qui superbiam in sese amarent, in alijs reprehenderent. Præterea animaduertere est in tota ista Catonis oratione,omnia disciplinarum Rhetoricarum arma atq; subsidia mota esse,sed non perinde, ut in decursibus ludicris,aut simulachris præliorũ uoluptarijs fieri uidemus.Non, inquã,distinctè nimis, ac comptè,atq; modulata res acta est: sed quasi in ancipiti certamine,cùm sparsa acies est,multisq; locis Marte uario pugnatur:sic in ista tũ causa Cato,cùm superbia illa Rhodiensiũ famosissima multorũ odio atq; inuidia flagraret, omnibus promiscuè tuẽdi atq; propugnandi modis usus est:& nunc,ut optimè meritos,commẽdat: nũc,tanquã si innocẽtes, purgat, & ne bona diuitiæq; eorum expetantur, obiurgat:nunc etiã, quasi sit errathũ, deprecatur:nunc, ut necessarios Reip.ostentat:nũc clementiæ, nunc mansuetudinis maiorũ, nũc utilitatis publicæ cõmonefacit:eaq; omnia distinctiùs numerosiusq; ac comptiùs fortasse dici potuerint, fortiùs atq; uiuidiùs potuisse dici non uidentur. Iniquè igitur Tyro Tullius,qui ex omnibus facultatibus tã opulẽtæ orationis aptis inter sese & cohærentibus paruum quippiam nudumq; sumpsit, quod obtrectaret, tanquàm non dignum M. Catone fuerit, quòd delictorum non perpetratorum uoluntates non censuerit puniendas. Commodiùs autẽ erectiusq; de his meis uerbis, quibus

Declamationibus.

Si abunda

Obiurgar amicè,est: liquẽ adm nere,ut ar ci inter se, quando o cij admon

Tul. Tyroni reſpōdi, modò æſtimabit iudiciūq; faciet, qui & orationem ipſam Catonis totā acceperit in manus, & epiſtolam Tyronis ad Axium ſcriptā requirere & legere curauerit. Ita enim nos ſynceriùs exploratiusq;, uel corrigere poterit, uel probare.

Quo adminiculatore.) Adeò familiariter Cicero illo liberto ſuo Tyrone uſus eſt, ut omnium ſtudiorū ſuorum in quadam epiſtola regulam uocet, ubi & alias laudes eiuſdem, ſi uoles, legere poteris, à patrono Cicerone perſcriptas. Redegit autem hic omnes ferè Ciceronis patroni libros in ordinem.

Inerudité & ἀναγώγως.) Sine inductione, & certa quadam cohærentia, quæ ſpecies argumentationis ab Ariſtotele dicitur, quum per plura ſingularia progrediens, uniuerſale aliquod ꝓbet: qua ſpecie Plato in ſuis libris plurimum utitur. Solet autem ſæpenumerò uſu uenire, ut quod in aliquibus ſingularibus conueniat, in alijs diſcrepet, unde fit, ut rarò probè concludat, niſi multa percenſeamus. Hinc appellatus eſt à Theologis ſenſus Anagogicus, cùm literalis, ut uocāt, in ſpiritualem uertitur.

Secundæ res lætitia tranſuorſum trudere ſolent.) Exemplum eius rei eſt apud Liuium de Sempronio Graccho, qui nimium de priore uictoria exultans, ab Annibale tandem turpiſſimè uictus eſt.

In poteſtatem noſtram redeamus.) Qui enim immoderato gaudio efferueſcit, ſibi ipſi ſurripitur, ut quid potiſſimum agat, non aduertat, fitq; minimè apud ſe, nempè quòd animus totus ſit occupatus ea in re, cùm gaudio tantoperè geſtit & exultat.

Noſtri Latini.) Noſtri abundat, antiquè dictum eſt.

Græcorum ſophiſtarum ſolertijs.) Principio Philoſophię profeſſores Sophiſtę dicti ſunt, quemadmodùm Plato quum multis in locis, tū maximè in Protagora, indicat. Poſteà autē hoc nomine cœpti ſunt uocari, qui apud ſe pueros eloquentiæ ſtudioſos exercebant, quorū ætate Platonis inſignis temeritas, & audacia fuit impu

dens

dens adeò, ut nihil non scire profiterentur. Vnde factum est, ut sophista diceretur is, qui quum sapiens uideretur, re uera tamen nebulo esset, cuiusmodi fuit Protagoras, qui, ut alio loco Gell. inquit, inferiorem caussam superiorem facere se gloriabatur, hæcq; discipulis suis uenditabat.

Si quis plus quingenta iugera.) Tit. Liuius lib. septimo indicat, Licinium Stolonem legem tulisse, qua cauebatur pœna X.M. æris, ne quis plus quingenta iugera possideret, ea uerò lege à se data, primus ipse Stolo condemnatus est. Meminit istius Stolonis etiam Plinius libro decimo octauo, cap. 3.

Quæ nō iure naturæ.) Legum triplex est ordo, sunt enim quas naturali iuri debemus, id est, quæ apud omnes homines pari loco sunt, ut filios diligere parentes, sumere cibum. Alias iuri gentium, cuius est ordinis, ut legati sint inuiolati. Ciuiles uerò sunt leges, quibus ciuitas Romana usa est.

Pluribus propugnaculis.) Quod ad defensionem ciuitatum extruitur, id propugnaculum dicitur. inde metaphoricè Cicero Scipiones urbis Romanæ propugnacula dicit in oratione quadam.

CVIVSMODI SERVOS, ET QVAM ob caussam Cælius Sabinus iuris ciuilis autor, pileatos uenundari solitos scripserit: & quæ mancipia sub corona more maiorum uenierint. Atq; idipsum, sub corona, quid sit.

CAPVT IIII.

Pileatos seruos uenum solitos ire, quorum nomine uēditor nihil præstaret, Cælius Sabinus iurisperitus scriptum reliquit. Cuius rei caussam esse ait, quòd eiusmodi conditionis mancipia insignia esse in uendundo deberent, ut emptores errare & capi non possent: neque lex uendundi opperienda esset, sed oculis iam

Pileati serui uēdebantur.

Alio loco hunc Cæcilii nominauit, quod magis arridet.

perciperent, quódnam esset mancipiorum genus: sicuti, inquit, antiquitùs mancipia iure belli capta, coronis indultis uenibant: & idcircò dicebantur sub coronis ueníre. Nanq;, ut ea corona signum erat captiuorum uenalium: ita pileus impositus demõstrabat, eiusmodi seruos uenundari, quorum nomine emptori uenditor nihil præstaret. Est autem alia rationis huius opinio, cur dici solitum sit, captiuos sub corona uenundari: quòd milites, custodiæ caussa, captiuorum uenalium greges circunstarẽt, eáq; circunstatio militum Corona appellata sit. Sed id magis uerum esse, quod suprà dixi. Cato quoq; in libro, quem cõposuit de re Militari, docet. Verba sunt hæc Catonis: Vt populus sua opera potiùs ob rem bene gestam coronatus supplicatum eat, quàm re malè gesta coronatus ueneat.

Est enim ius belli, ut hostis à me uictus mihi dedatur in seruitutem. Vide Tit. in Pãd. de Aedilitio edicto.

Venum solitos ire.) Vendi.

Nihil præstaret.) Emptori, si uel in lege mancipij uitia seruorum non indicasset, non possent tamẽ redhiberi. Vide Cic. lib. 1. de Oratore.

In uendundo.) Cùm post e sequebantur n uel d, solebant antiqui mutare in u.

HISTORIA DE POLO HISTRIONE memoratu digna.

CAPVT V.

Histrio in terra Græcia fuit fama celebri, qui gestus & uocis claritudine & uenustate cæteris antestabat: nomẽ fuisse aiunt Polum: tragœdias poëtarum nobilium scitè atq; asseueratè actitauit. Is Polus uni-

Polus histrio.

Cum appro

*unicè amatum filium morte amisit: eum luctum quoniam satis uisus est eluxisse, rediit ad quæstum artis. In eo tempore Athenis Electram Sophoclis acturus, gestare urnam, quasi cum Orestis ossibus, debebat. Ita compositum fabulæ argumentum est, ut ueluti fratris reliquias ferens, Electra comploret commisereturque interitum eius, qui per uim extinctus existimatur. Igitur Polus lugubri habitu Electræ indutus, ossa atque urnã è sepulchro tulit filii, & quasi *Orestis amplexus, oppleuit omnia, non simulachris, neque imitamentis, sed luctu atque lamentis ueris & spirantibus. Itaque cùm agi fabula uideretur, dolor actitatus est.*

batione & plausu.

De Sophoclis laude multa admodùm Cicero scribit in lib. de Senect.

* In Orestis amplexu.

Histrio in Græcia fuit.) Hister appellatus fuit is, qui primus ab Hetruria Romam accersitus, histrionicam artem exercuit. Hinc mimi illi histriones appellati sunt.

QVID DE QVORVNDAM SENSVVM naturali defectione Aristoteles scripserit.

CAPVT VI.

EX quinque sensibus, quos animantibus natura tribuit, uisu, auditu, gustu, tactu, odoratu, quos Græci αἰσθήσεις, ὄψιν, ἀκοὴν, γεῦσιν, ἁφὴν, ὄσφρησιν appellant: quædã animaliũ alia alio carent, & aut cæca natura gignuntur, aut inora, inauritáue. Nullum autem gigni animal Aristoteles dicit, quod aut gustus sensu careat, aut tactus. Verba ex libro eius, quem περὶ μνήμης cõposuit, hæc sunt, τὴν δὲ ἁφὴν καὶ τὴν γεῦσιν πάντα ἔχει, πλὴν ἐπὶ τῶν ἀτελῶν ζώων.

Inora, sine ore.

Inauritáue, sine auribus, ad imitationẽ Græcorũ scripsit apud quos ἄωτος sine auribus dicitur.

AN

AN AFFATIM QVASI ADMODVM prima acuta pronunciandum sit: & quædam itidem nō curiosè tractata super aliarum uocum accentibus.

CAPVT VII.

Cùm in circulis de aliqua re fabulamur, dicimur sermocinari.

ANnianus poëta, præter ingenij amœnitates, literarum quoq; ueterum, & rationum in literis oppidò quàm peritus fuit, & sermocinabatur mira quadam & scita suauitate. Is Affatim, ut Admodum, prima acuta, non media pronunciabat, atque ita ueteres locutos censebat. Itáque se audiente Probum Grammaticum hos uersus in Plauti Cistellaria legisse dicit:

Potin' es tu homo facinus facere strenuum?
Aliorum est affatim qui faciant,
Sanè ego me uolo fortem perhiberi uirum.

Causamq; esse huic accētui dicebat, quòd Affatim non essent duæ partes orationis, sed utraq; pars in unam uocem coaluisset: sicut in eo quoque, quod Exáduersùm dicimus, secundam syllabam debere acui existimabat: quoniam una, non duæ essent orationis partes. Atque ita oportere apud Terentium legi dicebat in his uersibus:

Exáduersum.

In quo hæc discebat ludo, exáduersum loco
Tonstrina erat quædam.

Ad.

Addebat etiam quòd Ad, prouerbiū tum fermè acueretur, cùm significaret ἐπίτασιν, quam intentionem nos dicimus: sicuti Adfabre, & Admodum, & Adprobe di-

Adfabre. Admodum

be dicuntur.Cætera quidem ſatis commodè Annianus, *ſed hanc particulam,* Ad,*ſemper cùm intentionem ſignificaret, acui putauit: non id perpetuum uidetur. Nam & Adpótus cùm dicimus, &* Adprimus, *&* Adprime, *intenſio in his uerbis demonſtratur, neque tamen,*Ad,*Particula ſatis commodè accentu acuto pronunciatur.* Adprobus *tamẽ quod ſignificat ualde probus, nõ inficias eo quòd prima ſyllaba acui debeat.* Cæcilius *in* Comœdia,*quæ inſcribitur* Triumphus, *uocabulo iſto utitur:* Adprobe.

Hierocles hoſpes eſt mihi,adoleſcens adprobus. Adprime.

Num igitur in iſtis uocibus,quas nos nõ acui diximus, ea cauſſa eſt, quòd ſyllaba inſequitur natura longior, quæ non fermè patitur acui priorem,in uocabulis ſyllabarum plurium quàm duarum? Adprimus *autem longè primus* L. Liuius *in* Odyſſea *dicit in hoc uerſu:* Adprimus. Is Tragicus fuit poëta, ſcripſitq; de Vlyſſe.

Ibi deniq; uir ſummus adprimis Patroclus.

Idem Liuius *in* Odyſſea Præmodum *dicit, quaſi admodum:* Præmodũ.

Parcentes,inquit, præmodum: Quod ſignificat ſuprà modum: dictumq; eſt quaſi præter modum, in quo ſcilicet prima ſyllaba acui debuit.

Oppidò.) Hoc genus pronunciationis laudat. Quintilianus,ad differentiam ablatiui caſus à nomine oppidum,ut dicatur oppidò.

Cauſamq́ eſſe huic accentui.) In triſyllabis,& tetraſyllabis,& deinceps,ſecunda ab ultima obſeruanda eſt. hæc ſi natura longa fuerit, inflectitur, ut Romanus.

Ce-

Cethēgus. Si uerò positione longa fuerit, acuitur penultima, ut Catullus, Metellus. Si autem breuis fuerit, prima seruabit acutum tenorem, ut Seruius, Manlius. Hæc Diomedes lib. 2. & Prisc. Eam autem syllabam naturaliter longam dicimus, quæ aut dipthongum, aut uocalem longam habet.

RES VLTRA FIDEM TRADITA SVper amatore delphino, & puero amatorio.

CAPVT VIII.

Delphinos uenereos esse, & amasios, non modò historiæ ueteres, sed recentes quoq; memoriæ declarant. Nam & sub Cæsaribus in Puteolano mari, ut Appion scriptum reliquit, & aliquot seculis antè apud Naupactum, ut Theophrastus tradidit, amatores flagrantißimi delphinorum quidam cogniti compertiq; sunt. Neq; ij amauerunt, quod sunt ipsi genus, sed pueros forma liberali, in nauiculis fortè, aut in uadis littorum conspectos, miris & humanis modis arserunt. Verba subscripsi Ἀππίων⊙, *eruditi uiri ex Aegyptiacorum libro quinto, quibus delphini amantis, & pueri non abhorrentis consuetudines, lusus, gestationes, ac aurigationes refert: ea'que omnia sese ipsum, multosq; alios uidisse dicit:* καὶ αὐτὸς δ᾽ οὖν εἶδεν περὶ Δικαιαρχείαν δελφῖνα ἐρῶντα παιδός. καὶ πρὸς παιδικὴν ἐπτοημένον φωνήν. εἶτ᾽ οὖν καὶ προσνηχόμενος ὁ ἰχθὺς, ἀνεδέχετο σὸν παῖδα ἐπὶ τῶν νώτων καὶ τὰς ἀκάνθας περιστέλλων ἵνα μὴ τὸν ποθούμενον χρῶτα ἀμύξειε, καὶ ἱππηδὸν περιβεβηκότα

Vide Plin. li. 9. cap. 8.

Id est rei uenereæ studiosos.

Aetoliæ oppidū est, ut scribit Stephanus.

Ipsi genus, cuius generis ipsi sunt.

Δικαιαρχίαν.) Ciuitatem Italiæ, quam nunc Puteolos appellari aiunt, quod habeat pu

ἑκκότα μέχρι διακοσίων ἀνῆγε σαδίων, ἐξέχειτο δ' ἄρα ἡ ῥώμη, καὶ πᾶσα ἡ Ἰταλία θεάσασθαι ἰχθὺν νηχόμενον ὑπὸ ἔρωτος. teos malè olentes. Eadem ferè quæ in hoc cap. habentur, leguntur in Plin. lib. 9. cap. 8.

Ad hæc adijcit rem non minus mirandam: Posteà, inquit, idem ille puer delphino amœnus, morbo affectus obijt suum diem. At ille amans, ubi sæpè ad littus solitum annauit, & puer, qui in primo uado aduentum eius opperiri consueuerat, nusquàm fuit, desiderio tabuit, exanimatusq; est: & in littore iacens, inuetus ab ijs, qui rem cognouerant, in sui pueri sepulchro humatus est.

PEPOSCI, MEMORDI, PEPVGI, SPEpondi. & Occecurri, plerosq; ueterum dixisse, non uti posteà receptum est dicere, per o aut per u literã in prima syllaba positam, sed per e, atq; ideò Græcæ rationis exemplo dixisse. Præterea notatum, quòd uiri non indocti neq; ignobiles, à uerbo Descendo non Descendi, sed Descendidi dixerunt.

CAPVT IX.

Poposci, Momordi, Pupugi, Cucurri, probabiliter dici uidentur, atq; ita nũc omnes fermè docti ores huiusmodi uerbis utuntur: sed Q. Ennius in Satyris Memorderit dixit per, e, literam, nõ Momorderit: Meum, inquit, non est, at si me canis memorderit. Item Laberius in Gallis: De integro patrimonio meo cẽtum millia nummûm memordi. Memordi,

Item idem Laberius in Coloratore: Itaq; leui

Pruna percoctus: simul sub dente mulieris

Veni,

Veni, bis ter memordit.

Item Publius Nigidius de Animalibus libro secundo:

Serpēs si momordit, gallina deligitur, & opponitur.

Item Plautus in Aulularia:

Vt admemordi Hominem,

Sed idē Plautus in Trigeminis, non Præmordisse, neq; Præmemordisse dixit, sed præmorsisse:

Præmorsisse.

Ni fugissem, inquit, medium credo præmorsisset.

Item Accius in Conciliatrice:

Vrsum se momordisse autumat.

Peposci. Peposci quoq; non Poposci Valerius Antiâs lib. Annalium XLV. scriptum reliquit: Deniq; Licinius Tribunus plebis perduellionem ei diem dixit, & comitijs diē à Q. Martio prætore peposcit. Pepugero æquè Accius in Aedilitia dicit:

Id est, crimē perduellionis.

Pepugero. *Sed si pepugero, metuet.*

Occecurrit. Helium quoq; Tuberonē libro ad C. Oppium scripto Occecurrit dixisse, Probus annotauit, & hæc eius uerba apposuit: Si generalis species occecurrit. Idem

Spepondit. Probus Valerium Antiatē lib. historiarum XII. Speponderat scripsisse annotauit: uerbaq; ipsius hæc apposuit: Tib. Gracchus, qui quæstor C. Mancino in Hispania fuerat, & cæteri, qui pacem spoponderant. Ratio autem istarum dictionum hæc esse uideri potest, quoniam Græci in quadam specie præteriti temporis, quod παρακείμενον appellant, secundum uerbi literam

Nihil est apud Grçcos in arte grãmatica, quod nō idē in La-

ram in,e,plerunq; uertunt: γράφω γέγραφα, ποιῶ πεποίηκα, λαλῶ λελάληκα, κρατῶ κεκράτηκα, λύω λέλυκα. *Sic ergo Mordeo memordi, Posco poposci, Tendo tetendi, Tango tetigi, Pungo pepugi, Spondeo spepondi, Curro cecurri, Tollo tetuli facit. Sic & M. T. & C. Cæsar, Mordeo memordi, Pũgo pepugi, Spondeo spepõdi dixerunt. Prætereà inueniri à uerbo Scindo simili ratione non sciderat, sed sciderat dictum esse. L. Accius in Sotadicorum lib. primo, Sciderat dicit. Verba eius hæc sunt: Non ergo aquila, ita, ut hi dicant, Sciderat pectus.*

tina lingu... obseruatũ sit, autore Prisc. lib. ...

Sciderat.

Ennius quoq; & Valerius Antiâs in libro Historiarum LXXV. uerba hæc scripsit:

Deinde funere locato, ad forum descendidit.

Descẽdidit.

Laberius quoq; in Catulario ita scripsit:

Ego mirabar quomodò mammæ mihi descendiderant.

Mãmæ sunt mulierum, ubera beluarum.

Serpẽs si memordit, gallina deligitur.) Gallina nigra uiua discerpta, & uulneri recenti alligata, sistit cruorem, & uulnus mollit.

In e plerunq; uertunt.) Tam enim uertunt secundam uei bi literam in e ipsi, quàm pro argumento apponunt.

VSVSCAPIO ET COPVLATE ET RECTO uocabuli casu dicitur: ita pignoriscapio coniunctè, & eadem uocabuli forma dictum est.

CAPVT X.

VT hæc Vsuscapio dicitur copulato uocabulo a, litera in eo tractim pronunciata: ita Pignoris-

Vsuscapio. Tractim. productè effertur.

scapio iunctæ sunt partes, & productæ dicebantur. Verba Catonis sunt ex primo epistolicarum quæstionum: *Pignoriscapio ob æs militare, quod æs à Tribuno ærario miles accipere debebat, uocabulũ seorsum fit, per quod satis dilucet, hanc capionem posse dici, quasi hanc captionem & in usu, & in pignore.*

Capio onis.

Vsuscapio.) Quemadmodùm Iureconsulti definiunt: Vsuscapio est acquisitio quędam & continuatio possessione longi temporis confirmata: ut triginta annorum usurpatio, efficit, ut iure possedisse uideamur.

Ita pignoriscapio.) Ita aduerbium est similitudinis: significat enim hoc modo: ut, Ita feci ut iussisti: non affirmandi, nam si per ita responderis, barbarè loqueris.

A litera.) Quę aliàs in uerbo capis ultima breuis est.

A Tribuno ærario.) Tribuni ęrarij dicti sunt autore M. Varrone de Latina lingua, quibus soluebatur à populo tributum quod expendebant posteà militibus stipendiarijs, & hoc æs militare uocabatur.

NEQVE LEVITATEM, NEQVE NEQVItiam, ea significatione esse, qua in uulgi sermonibus dicuntur.

CAPVT XI.

Leuitas. Nequitia.

Leuitatem plerunq; nunc pro inconstantia & mutabilitate dici audio, & Nequitiam pro solertia astutiaq;: sed ueterum hominum, qui propriè atq; integrè locuti sunt: Leues dixerunt, quos uulgo nunc uiles, & nullo honore dignos dicimus, & Leuitatem appellauerunt perinde quasi lenitatem: Et Nequam hominẽ nihili, neq; rei neq; frugis bonæ, quod genus Græci ferè ἄσωτον, ἢ ἀκόλαστον, ἢ ἀχρεῖον, ἢ ἄχρηστον, ἢ κακότρο-

Leuis. Nequam.

κόνζοπδμ, ἢ μιαϛὸμ dicunt. Qui exempla horum uerborum requirit, ne in libris nimis remotis quærat, inueniet ea in M. Tullij secunda Antonianarum. Nam, cùm genus quoddam sordidißimũ uitæ, atq; uictus M. Antonij, idem demonstraturus esset, quòd in caupona delitesceret, quòd ad uesperum perpotaret, quòd ore inuoluto iter faceret, ne cognosceretur: hæc & alia eiusmodi cùm in eum dicturus esset: Videte, inquit, hominis leuitatem: tãquam prorsus ista dedecora hoc uicio in homine notarentur. At posteà cùm in eundem Antonium probra quædam alia ludibriosa & turpia ingeßisset, ad extremum hoc addidit: O hominem nequam: nihil enim magis propriè possem dicere. Sed ex eo loco Marci Tullij uerba complusculа libuit ponere: At uidete leuitatem hominis, cùm hora diei decima ferè ad saxa rubra uenisset, delituit in quadam cauponula atq; ibi se occulens, perpotauit ad uesperum. Indè cisio celeriter ad urbẽ aduectus, domum uenit ore inuoluto: Ianitor rogat: Quis tu? A Marco tabellarius cõfestim ad eam, cuius causa uenerat, deducitur, eiq; epistolã tradit. Quam illa cùm legeret flens (erat enim scripta amatoriè: caput autem literarum hoc erat: Sibi cum illa mima posthàc nihil futurũ, omnem se amorem abieciſſe illius, atq; in hanc transfudiſſe.) Cùm mulier fleret uberiùs, homo misericors ferre non potuit. Caput aperuit, in collum inuasit. O hominem

Caup. taberna uinaria.

Cisium uehiculi est genus birotũ ut inquit Festus Pompeius, id est, eius habens rotas.

Id est, Iniecit se in am

plexum mulieris.

rem nequam: nihil enim magis propriè possum dicere. Ergo ut te catamitũ, nec opinatò, cũ ostẽdisses, præter spem mulier aspiceret: idcircò urbem terrore nocturno, Italiam multorum dierum metu perturbasti? Consimiliter Q. quoq; Claudius in primo Annalium, *nequiciam appellauit luxum uitæ prodigum effusumq; in hisce uerbis:* Persuadenti cuidam adolescenti Lucano, *qui apprimè summo genere natus erat, sed luxuria & nequicia pecuniam magnam consumpserat.* M. Varro *in libris de lingua Latina:* Vt ex Non & Volo, *inquit,* Nolo *fit: sic ex* Ne, & Quicquam, *media extrita syllaba, compositum est* Nequam. P. *Africanus pro se contra* Tib. *Asellium de mulcta ad populum:* Omnia *mala, probra, flagicia, quæ homines faciunt, in duabus rebus sunt, malicia, atq; nequicia: utrum defendis, maliciam an nequiciam? an utrunq; simul? Si nequiciam defendere uis, licet. Sed tu in uno scorto maiorẽ pecuniam absumpsisti, quàm quanti omne instrumentũ fundi Sabini in censum dedicauisti. Si hoc ita est, qui spondet mille numûm? Sed tu plus tertia parte pecuniæ paternæ perdidisti, atq; absumpsisti in flagicijs. Si hoc ita est, qui spondet mille numûm? non uis nequiciam? Age, maliciam saltem defende. Sed tu uerbis conceptis coniurasti sciens, sciente animo tuo. Si hoc est, qui spondet mille numûm?*

Fundus à fundendis fructibus dicitur, autore M. Varrone de re Rust.

Catamitum.) Tãquam puerum meritorium, siquidem hominem, qui mercedis causa pudicitiam prostituit. La

tini

tini catamitum appellant. Græca origine, quando μισθὸς Græcis mercedem, & κατὰ secundùm, & quiddam obnoxium significat.

In censum.) Aestimationem.

Dedicauisti.) Id est, in uenditione æstimasti.

Verbis conceptis.) Proposita quadam formula uerborum ab eo, qui à te iuramentum accepit.

Qui numûm.) Id est, quis erit uas pro mille numis?

DE TVNICIS χειριδωτοῖς, QVOD EARVM usum P. Africanus Sul. Gallo obiecit.

CAPVT XII.

Tunicis uti uirum prolixis ultra brachia, & usq; in primores manus, ac propè in digitos, Romæ atq; omni in Latio indecorum fuit. Eas tunicas Græco uocabulo nostri χειριδωτοὺς appellauerunt. Fœminisq; solis uestem longè lateq; diffusam indecorem existimauerunt, ad ulnas cruraq; aduersus oculos protegenda. Viri autem Rom. primò quidem sine tunicis, toga sola amicti fuerunt: Posteà substrictas, & breues tunicas citra humerum desinentes habebant, quod genus Græci dicunt ἐξωμίδας. Hac antiquitate inductus P. Africanus Pauli filius, uir omnibus bonis artibus atque omni uirtute præditus, P. Sul. Gallo homini delicato inter pleraq; alia quæ obiectabat, id quoque probro dedit, quòd tunicis uteretur manus totas operientibus. Verba sunt hæc Scipionis: Nam qui quotidiè unguentatus aduersum speculum ornetur: cuius supercilia radũtur: qui barba uulsa, fœminibusq; subuulsis

Tunicæ manicatæ dedecores.

Id est, manicatas, uel ad manum porrectas, siquidē χεὶρ manum significat.

Id est, exhumerales.

sis ambulet: qui in conuiuijs adolescentulus cum amatore, cum chiridota tunica inferior accubuerit: qui nō modò uinosus, sed uirosus quoq; sit: eum ne quisquam dubitet, quin idem fecerit, quod cinædi facere solent? Vergilius *quoq; tunicas huiscemodi quasi fœminas, ac probrosas criminatur:*

Ad manum usq; porrecta.

> Et *tunicæ, inquit, manicas, & habent redimicula mitræ.*

Q. *quoq;* Ennius *Carthaginiensium tunicam iuuentutem non uidetur sine probro dixisse.*

Vnguentatus.) Vnguento delibutus, uel madens.

Supercilia raduntur.) Parum fuerat alijs partibus corporis Romanos singularem quādam præ se molliciem tulisse, nisi & supercilijs raderent. Cilia dicuntur pili quibus oculi teguntur. Plinius fastus & superbiæ sedem tribuit supercilijs, quòd nimirum ea pars summa & abrupta sit, atq; solitudini maximè quadrans: superbia enim fit, ut summos nos putemus, nec quenquā in societatem admittamus.

Fœminibus subuulsis.) Extractis pilis inferioris barbæ

QVEM CLASSICVM DICAT M. CATO, quem infra classem.

CAPVT XIII.

In class. in ordinibus.

CLaßici dicebantur non omnes qui in claßibus erant, sed primæ tantùm claßis homines, qui C. & XXV. milia æris amplius'ue censi erant. Infra classem autem appellabantur secundæ claßis, cæterarumq; omniū claßium, qui minore summa æris, quàm suprà dixi, censebantur. Hoc eò strictim notaui, quoniam in M. Catonis oratione, qua Voconiā legem suasit,

Voconius legem tulit,

sit, quæri solet, quid sit classicus, quid infra classem.

DE TRIBVS DICENDI GENERIBVS. ac de tribus Philosophis, qui ab Atheniensibus ad Senatum Romanum legati sunt.

CAPVT XIIII.

ET *in carmine, & in soluta oratione genera dicendi probabilia sunt tria, quæ Græci* χαρακτῆρας *uocant, nominaq; eis fecerunt apponi,* ἁδρὸν, ἰσχνὸν, μέσον. *Nosq; quem primum posuimus, uberem uocamus, secundum gracilem, tertium mediocrem. Vberi dignitas, atq; amplitudo est, gracili uenustas & subtilitas, medius in cõfinio est utriusq; modi particeps. His singulis orationis uirtutibus uicia agnata sunt, pari numero, quæ earum modum & habitum simulachris falsis ementiuntur. Sic plerunq; sufflati atq; tumidi fallunt pro uberibus: squalentes & ieiuni dicti pro gracilibus: incerti & ambigui pro mediocribus. Vera autem & propria huiuscemodi formarũ exempla, in Latina lingua M. Varro esse dicit ubertatis Pacuuium, gracilitatis Lucilium, mediocritatis Terentium. Sed ea ipsa genera dicendi, iam antiquitus tradita ab Homero sunt tria in tribus: Magnificum in Vlysse et uber est, subtile in Menelao & cohibitum, mixtum moderatumq; in Nestore. Animaduersa eadẽ tripartita uarietas est in tribus philosophis, quos Athenienses Romam ad Senatum Populumq; Romanum legauerant, impetratum, uti mulctam remitterent, quam fecerant*

ne quis censsus, id est, pecuniosus heredẽ unicam relinqueret filiã. uide Pomp. Lætum.

De hac re uide Plin. in Epistolis, & Macrob. in 5. & 6. & Erasmum in Copiis, ubi statuuntur genera dicendi. In copioso Cicero dominatur, in breui Salustius, in sicco Frontinus. Pingui uerò & florido Plinio tribuitur.

propter Oropi uastationẽ. Ea mulcta fuerat talentûm ferè quingentûm. Erant isti philosophi, Carneades ex Academia, Diogenes Stoicus, Critolaus Peripateticus. Et in Senatum quidem introducti, interprete usi sunt Cæcilio Senatore. Sed antè ipsi seorsum quoque quisq; ostentandi gratia, magno conuentu hominum disertauerunt. Tum admirationi fuisse, aiunt Rutilius & Polybius, philosophorum trium sui cuiusq; generis facundiam. Violenta inquiunt, & rapida Carneades dicebat, scita & teretia Critolaus, modesta Diogenes & sobria. Vnumquodq; autem genus, ut diximus, cùm castè pudiceq; ornatur, fit illustrius: cùm fucatur atque prælinitur, fit præstigiosum.

Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 5.

QVAM SEVERE MORIBVS MAIORVM in fures uindicatum sit, & quid scripsit Mutius Scæuola super eo, quod seruatum, datum, commodatúmue esset.

CAPVT XV.

Furtum.

LAbeo in lib. de XII. Tabulis secundo, acria & seuera iudicia de furtis habita esse, apud ueteres scripsit. Idq; Brutum solitum dicere, furti damnatum esse, qui iumentum aliorsum duxerat, quàm quo utendum acceperat: item qui longiùs produxerat, quàm quem in locum petierat. Itaq; Q. Scæuola in librorum quos de Iure ciuili composuit, sextodecimo, uerba hæc posuit: Quod cui seruandum datum est, si id usus est, siue quod utendum acceperit, ad aliam rem atq; accepit, usus est, furti se obligauit.

Si id

Si id usus est.) Eo quód datum est ad utendum. Nam ueteres utor hanc rem dixerunt in accusatiuo, autore Diomede. Sic Terentius:

Nam in Prologis scribundis operam abutitur.

LOCVS EXSCRIPTVS E SATYRA M. Varronis, quæ περὶ ἐδεσμάτων inscripta est, de peregrinis ciborũ generib⁹, & appositi uersus Euripidis, quibus delicatorum hominum luxuriãtem gulam confutauit.

CAPVT XVI.

Varro in Satyra, quam περὶ ἐδεσμάτων cibis peregrinis & lauticijs inscripsit, lepidè admodùm, & scitè factis uersibus, cœnarũ ciborumq́; exquisitas delicias comprehẽdit.* Nam pleraq; id genus *quæ helluones isti terra & mari conquirunt, exposuit inclusitq́; in numeros senarios.* Et ipsos quidem uersus, *cui ocium erit, in libro quo dixi, positos legat.* Genera *autem, nominaq́; edulium, & domicilia ciborum omnibus alijs præstãtia, quæ profunda ingluuies uestigauit, quæ Varro opprobrans executus est, hæc sunt fermè, quantum nobis memoriæ est:* Pauus è Samo, *Phrygia attagena, grues* Melicæ, *hœdus ex* Ambracia, *pelamis Chalcedonia, muræna* Tartesia, *Aselli* Pessinuntij, *ostrea* Tarentina, *pectunculus* Chius, *elops* Rhodius, *scari Cilices, nuces* Thasiæ, *palma* Aegyptia, *glans* Ibe*rica.* Hanc *autem peragrantis gulæ, & succos insuetos inquirentis industriam, atq; has undiq; uorsum indagines cupediarũ, maiore detestatione dignas cẽsebimus, si uersus* Euripidis *recordemur, quibus utebatur* sæ-

* reprehendit.

Diuersi cibi ad regales et pontificias mensas.

Plin. lib. 10. cap. 48. maximè celebratam eã auem refert fuisse, quæ ex Ionia uenisset.

pißimè Chrysippus philosophus, tanquam edendi irritationes quasdam repertas esse non per usum uitæ necessarium, sed per luxum animi, parata atq; facilis fastidientis per improbam satietatis lasciuiam. Versus Euripidis adscribendos putaui:

ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι πλὴν δυεῖν μόνον
Δημήτερος ἀκτῆς, πώματός θ' ὑδροχόου,
ἅτινα πάρεσι καὶ πέφυχ' ἡμᾶς τρέφειν
ὧν οὐκ ἀπαρκεῖ πλησμονὴ τρυφῇ δέ τοι
ἄλλων ἐδεσθῶν μηχανὰς θηρώμεθα.

Cibis peregrinis.) *Sicur in indumentis usum necessa*rium spectare debemus: sic, quod ad uictũ attinet, panis necessitatem expler, & hominis rectè ualẽtis sitim aqua restinguit. His addãtur & opsonia ex leguminum genere, quod ad necessarios usus corporis robur conseruare per naturam poterit. Hæc Basilius Magnus in libro de Religione uitæ solitariæ.

Grues Melicæ. Ex Mello insula, de qbus Pli. li. 18. & 23.

Pelamis Chalcedonia.) Volucris ex Chalcedone ciuitate Bythiniæ allata.

Murena Tartessia.) Ex Tartesse ciuitate Iberiæ. Vide Plin. lib. 9. cap. 55.

Aselli Pessinuntii.) Asellis & lupis Plinius lib. 10 cap. 47. præcipuam aliquandiu fuisse autoritatem scribit.

Pectunculus Chius.) Sagittarum in modum hic uolitat extra aquam. Plinius lib. 9. cap. 29.

Helops Rhodius.) De quo Plinius libro 32. cap. 11. inquit: Helopi palmam inter pisces multi dederunt.

Scari Cilices.) De quibus uide Plin. libro 32. cap. 11.

Nuces Thasiæ) Quæ & Græcæ dictę sunt, & amigdalæ. Vide Macrobium lib. 3. Saturnaliũm. cap. 18.

Peragrantis gulæ.) Perquirentis mari, terraq;

SERMO HABITVS CVM GRAMMATICO, insolentiarũm & imperitiarũ pleno, de significatione ...

De uocabuli, quod est Obnoxius, deq; eius uocis origine.

CAPVT XVII.

PErcontabar Romæ quempiam Grammmaticũ primæ in docendo celebritatis, non herclè experiundi uel tentandi gratia, sed discendi magis studio & cupidine, quid significaret Obnoxius, quæq; eius uocabuli origo ac ratio esset. Atq; ille aspicit me, illudens leuitatem quæstionis paruitatemq;: obscuram, inquit, sanè rem quæris, multaq; prorsus uigilia indagandam. Quis adeò, tam linguæ Latinæ ignarus est, qui nesciat eum dici Obnoxium, cui quid ab eo, cui esse Obnoxius dicitur incommodari & noceri potest ei, qui habeat aliquem noxæ, id est, culpæ suæ conscium? Quin potiùs, inquit, hæc mittis nugalia, & affers ea, quæ digna quæri tractariq; sint. Tum uerò ego permotus, agendum iam obliquè, ut cum homine stulto, existimaui: Et cetera, inquam, uir doctißime, & grauiora remotioraq;, si discere, & scire debuero, quando mihi usus uenerit, tũ quæram ex te, atq; discã. Sed enim quia dixi sæpè Obnoxius, & quid dicerem, nesciui: didici ex te, & scire nunc cœpi, quod nõ ego omniũ solus, ut tibi sum uisus, ignoraui: sed (ut res est) Plautus homo linguæ atq; elegantiæ in uerbis Latinæ princeps, quid esset Obnoxius nesciuit: Versus enim est in Sticho illius, ita scriptus:

Allegoria hæc est species, quia aliud dicit, aliud intelligit, quã Ironiam uel illusionem uocamus.

Nunc ego herclè perij planè, non obnoxiè. Quod minimè congruit cũ ista, quã me docuisti, significatione.

ne. Compoſuit enim Plautus tanquam duo inter ſe contraria, Planè, & Obnoxiè, quod à tua ſignificatione longè abeſt. At ille Grãmaticus ſatis ridiculè quaſi obnoxius, & obnoxiè, non declinatione ſola, ſed re atq; ſententia differrent: Ego, inquit, dixi quid eſſet Obnoxius, non quid Obnoxiè. At tũc ego admiratus inſolentis hominis inſcitiã: Mittamus, inquam, ſicuti uis, quod Plautus Obnoxiè dixit. Sed ſi id nimis eſſe remotũ putas, atq; illud quoq; prætermittamus, quod Salluſt. in Catilina ſcribit: Minari etiam ferro, ni ſibi obnoxia foret. Et quod uidetur nobis peruulgatius eſſe, id me doce. Verſus enim Vergilij ſunt notiſsimi:

Nam neq; tunc aſtris acies obtuſa uideri,
Nec fratris radijs, obnoxia ſurgere luna.

Quod tu ais culpæ ſuæ conſciũ, alio quoq; loco Verg. uerbo iſto utitur, à tua ſententia diuerſè, his uerſibus:

– Iuuat arua uidere,
Non raſtris hominum, non ulli obnoxia curæ.

Cura enim prodeſſe aruis ſolet, non nocere, quod tu de Obnoxio dixiſti. Iam uerò illud etiam Q. Ennij quo pacto congruere tecum poteſt? quod ſcribit in Phœnice in hiſce uerſibus:

Sed uirũ uera uirtute uiuere animatũ adiecit forti
Eumq; innoxiũ uocare aduerſus aduerſarios (ter.
Ea libertas eſt, qui pectus purũ & firmũ geſtitat.
Aliæ res obnoxiæ nocte in obſcura latent.

At il-

At ille oscitans, & hallucinanti similis: Nunc, *inquit, mihi operæ non est: cùm ocium erit, reuises ad me, atque disces, quid in uerbo isto &* Vergilius, *&* Sallustius, *&* Plautus, *&* Ennius *senserint.* Et *nebulo quidē ille, ubi hoc dixit, digressus est. Si quis autem uolet non originem solam uerbi istius, sed significationem quoque eius uarietatemque recensere, ut hoc etiam* Plautinum *spectet, adscripsi uersus ex* Asinaria:

Oscitās, hæsitans.
Operæ non est, non est ocium.

Maximas optimas, & gaudio effertißimas*
Suis heris ille mecum unà pariet, gnatoque & Patri,
Deuota *ut ætate ambo ambobus nobis sint obnoxij,*
Nostro *deuincti beneficio.*

*optumitates, legitur apud Plautum.

Quæ uerò ille Grammaticus finitione usus est, ea uidetur in uerbo tam multiplici, unam tantummodò usurpationem eius notasse: quæ quidem cōgruit cum significatu, quo Cæcilius *usus est in* Chrisio, *in his uersibus:*

Quanquam ego mercede hic conductus tua aduenio,
Ne *tibi me esse ob eam rem obnoxium reare,*
Audibis *malè, si malè dicis mihi.*

Quid significaret obnoxius,) Obnoxius, ut Festus Pōpeius inquit, pœnæ obligatus dicitur ob noxam, id est, delictum. Verè quidem hęc Festus & iusta originationes uerùm in his non complectitur omnia, ad quę nouo deinde usu hoc uocabulum detortum est: siquidem obligatum obstrictumque beneficio significat, & expositū etiam alicui rei, & pronum inclinatumque ad aliquid.

DE OBSERVATA CVSTODITA'QVE apud Rom. iusiurādi sanctimonia. Atque inibi de decē captiuis, quos Annibal Romā, deiurio ab ijs accepto, legauit.

CA-

CAPVT XVIII.

Iusiurādum Ro. inuiolatum.

Iusiurandum apud Ro. inuiolatè sanctéq; habitum seruatumq; est: Id et moribus legibusq; multis osten ditur, & hoc, quod dicemus, ei rei non tenue argumentum esse potest: Prælio Cannensi Annibal Carthaginiensium Imperator, ex captiuis nostris electos decē Romam misit, mandauitq; eis, pactusq; est, ut si Populo Romano uideretur, permutatio fieret captiuorum: & pro ijs, quos alteri plures acciperent, darent argenti pondo, libram scilicet, & selibrā. Hos, priusquam proficiscerentur, iureiurando adegit, redituros eos esse in castra Punica, si Romani captiuos non permutarent. Veniunt Romam decē captiui: mandatū Pœni Imperatoris in Senatu exponunt. Permutatio Senatui non placita, parentes, cognati, affinesq; captiuorum amplexi eos postliminio in patriā redisse dicebant, statumq; eorum integrum incolumemq; esse: ac ne ad hostes adire uellent, orabant. Tum octo ex ijs, postliminium iustum non esse sibi, responderunt: quoniam de iurio uincti forent, statimq;, uti iurati erant, ad Annibalem profecti sunt: duo reliqui Romæ manserunt, solutosq; esse sese, ac liberatos religione dicebant: quoniam cùm egreßi castra hostium fuissent, commenticio consilio regreßi eodem die, tāquam si ob aliam fortuitā causam issent, atq; ita iureiurando satisfacto, rursum iniurati abissent. Hæc eorum fraudulenta calliditas, tam esse turpis

Libra XII. uncias continebat, hodiè uocam⁹ cyn marck silbers. Selibra 6. uncias

Deiurio iuramento facta, quo deos testati essent.

Iniurati nullo iuramento præstito.

æstimata

æstimata est, ut contempti uulgo discerptiqúe sint: CENS S. q; eos posteà omnium notarum & damnis & ignominijs affecerunt: quoniam, quod se facturos di ctitauerant, non fecissent. Cornelius autem Nepos in libro exemplorum V. id quoq; literis mãdauit: multis in Senatu placuisse, ut ij, qui redire nollent, datis custo dibus ad Annibalem deducerentur. Sed eam sentẽtiam numero plurium, quibus id non uideretur, superatam: eos tamen, qui ad Annibalem non redissent, usq; adeò intestabiles, inuisosq; fuisse, ut tædium uitæ ceperint, necemq; sibi consciuerint.

Contempti, contumelijs affecti. Discerpti, conuicijs & probris diuexati.

Noue dixit, id est, detestabiles, & infames.

Postliminio rediisse.) Paulus Iureconsultus scribit: postliminium esse ius amissę rei recipiẽdę ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ, inter nos, ac liberos populos, regesq;, moribus & legibus constitutum. Fest. uerò Pomp. sic ait: Postliminio receptus, dicitur qui extra limina, hoc est, terminos suæ prouinciæ captus fuerit, & ad patriam reuertitur.

HISTORIA EX ANNALIBVS DE TIBErio Sẽpro. Gracch. sumpta, patre Gracchorũ Trib. pleb. atq; inibi Tribunicia pleb. decreta, cũ ipsis uerbis relata.

CAPVT XIX.

*PVlchrum atq; liberale atq; magnanimum factum Tib. Sempronij Gracchi, in exemplis repositum est. Id exemplum huiuscemodi est. L. Scipioni Asiatico, Scipionis Africani superioris fratri, * cui M. Minutius Augurinus Trib. pleb. mulctã irrogauit, eumq; ob eam caussam prædes poscebat: Scipio Africanus fratris nomine, ad collegium Tribunorũ prouocabat,*

Tib. Sẽpron. Gracchi exemplum.

* cum

Rogationẽ ad plebẽ facta designauit.

petebatq;

Prædes, uades & sponsores.

petebatq́; ut uirum consularẽ triumphalemq́; à collegæ ui defenderent. Octo Tribuni cognita caussa decreuerũt. Eiusq́; decreti uerba, quæ posui, ex Annaliũ monumẽtis exscripta sunt: Quod P. Scipio Africanus postulauit pro Lucio Scipione Asiatico fratre, quum cõtra leges, contraq́; morẽ maiorum Trib. pleb. hominibus accitis per uim inauspicatò sententiã de eo tulerit multamq́; nullo exemplo irrogauerit, prædesq́; eũ ob eam rem dare cogat: aut si non det, in uincula duci iubeat, ut eum à collegæ ui prohibeamus: & quod cõtrà collega postulauit, ne sibi intercedam9, quò minus suapte potestate uti liceat: de ea re nostrûm sententia omnium data est: Si L. Cornelius Scipio Asiaticus, collegæ arbitratu prædes dabit, collega ne eum in uincula ducat intercedemus: si eius arbitratu prædes non dabit, quò minus collega sua potestate utatur, non intercedemus. Post hoc decretũ, cùm Augurinus Trib. pleb. L. Scipionem prædes non dantem prehendi, & in carcerem duci iußisset: tũ Tiberius Sempro. Gracchus Tri. plebis pater Tiberij atq́; C. Gracchorum, quum P. Scipioni Africano inimicus grauis, ob plerasq́; in Repub. dissensiõ es esset, iurauit palàm in amicitiam, inq́; gratiam se cum P. Africano non redisse, atq́; ita decretum ex tabula recitauit. Eius decreti uerba hæc sunt: Quũ L. Cornelius Scipio Asiaticus triumphans, hostium duces in carcerem coniectauerit: alienum uidetur esse à

A recuperata Asia, occupata ab Antiocho nomen habente.

Inauspicatò, inconsultò.

digni

dignitate Reipub. in eum locum Imperatorem Po. Ro. duci, in quem locum ab eo coniecti sunt duces hostiū. Itaq; L. Cornelium Scipionem Asiaticum à collegæ ui prohibeo. Valerius autem Antiâs contra hanc decretorum memoriam, contraq; autoritates ueterum Annalium, post Africani mortem, intercessionem istam pro Scipione Asiatico factam esse, à Tiberio Graccho dixit: neq; mulctam irrogatam Scipioni, sed damnatum eum peculatus, ob Antiochenam pecuniam, quia prædes non daret, in carcerem duci cœptum, atq; ita intercedente Graccho exemptum.

Furti rerum publicarū, Labeo & Paulus peculatum definiunt, cùm quispiā aliquid, uel ex Repub. uel è sacro aufert.

QVOD VERGILIVS A NOLANIS OB aquam sibi non permissam, sustulit è uersu suo, Nola, & posuit, Ora: atq; ibi quædam alia de consonantia literarum iucunda.

CAPVT XX.

Scriptum in quodam commentario reperi uersus istos à Vergilio ita primùm esse recitatos, atque êditos:

Talem diues erat Capua, & uicina Veseuo.

Nola iugo: Posteà Verg. petijsse à Nolanis aquam, uti duceret in propinquum rus: Nolanos beneficium petitum non fecisse: poëtam offensum, nomen urbis eorum quasi ex hominum memoria, sic ex carmine suo derasisse: Oraq; pro Nola mutasse, atq; ita reliquisse.

–Et uicina Veseuo Ora iugo–

Ea res uerâne an falsa sit, non laboro: quin tamen me-

lius suauiusq; ad aures sit, quàm Nola, Ora, dubium id non est. Nã uocalis in priore uersu extrema, eademq; in sequenti prima, canoro simul atq; iucundo hiatu tractim sonat. Est adeò inuenire apud nobiles poëtas huiuscemodi suauitatis multa, quæ appareant nouata esse, non fortuita: sed præter cæteros omneis apud Homerum plurima. Vno quippe in loco tales tãquam hiatus, & sonitus in aßiduis uocibus pluribus facit:

Ἠ δ' ἑτέρη θέρει προρέει εἰκυῖα χαλάζῃ

ἢ χιόνι ψυχρῇ ἐξ ὕδατος κρυστάλλῳ. *Atq; itẽ alio loco*

Λάαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον.

Catullus quoq; elegãtißimus poëtarũ in hisce uersibus:

Minister ueteli puer falerni,
Ingere mi calices amariores,
Vt lex posthumiæ iubet magistræ
Ebriosa acina ebriosiores.

Quum Ebrioso dicere posset, & quod erat usitatius, Acinum in neutro genere appellare: amans tamen hiatus illius Homerici suauitatem, Ebriosa dixit, propter consequentis literæ concentum. Qui Ebrios autem Catullum dixisse putant, aut Ebriosos (nam id quoq; temerè scriptum inuenitur) in libros scilicet de corruptis exemplaribus factos inciderunt.

Iucũdo, hiatu, concursione uocalium. Est, licet. ex imitatione Græcorum.

Amariores, qui magis irritent palatum.

Acinũ neutri generis.

Posthumię magistrę.) Videtur Catullus legem quandam sumptuariã notare, quæ scilicet præscribat modũ bibẽdi in conuiuijs, cuiusmodi & hodiè aliquoties fieri solent, Tametsi nonnulli, qui Catullum enarrant, referant

rant

rant ad aliquam è Catullianis amicis, quam scilicet magistrã uocitet, ea consuetudine, quia obscœni poëtę amicas suas dominas uocant. Sitq; hoc modo Posthumiæ proprium nomen.

QVOAD VIVET, ET QVOAD MORIEtur, cur idipsum temporis significent, quum ex duobus sint facta contrarijs.

CAPVT XXI.

Quóad uiuet, cùm dicitur: itẽ Quóad morietur, uidentur quidem duæ res dici contrariæ, sed idẽ atq; unũ tempus utraq; uerba demõstrant. Itẽ, cùm dicitur: Quóad Senatus habebitur, & Quóad Senatus dimittetur: tametsi haberi atq; dimitti contraria sunt, unum atq; idipsum tamen utroq; in uerbo ostenditur. Tempora enim duo cùm inter se opposita sunt, atq; ita cohærentia, ut alterius finis cum alterius initio misceatur: non refert, utrum per extremitatẽ prioris, an per initium sequentis, locus ipse confinis demonstretur. Quóad quàm diu. Qui utriusque finem contingit.

QVOD CENSORES EQVVM ADIMEre soliti sint equitibus corpulentis & præpinguibus: Quæsitumq́; utrum ea res cum ignominia, an incolumi dignitate equitum facta sit.

CAPVT XXII.

Nimis pingui homini et corpulento CENS. equũ adimere solitos, scilicet minus idoneum ratos esse, cum tanti corporis pondere ad faciendum equitis munus. Non enim *pœna id fuit, ut quidam existimant, sed munus sine ignominia remittebatur.* Tamen

Cato in oratione, quam de ſacrificio cōmiſſo ſcripſit, obijcit hanc rem criminoſiùs, uti magis uideri poßit cũ ignominia fuiſſe. Quod ſi ita accipias, id profectò exiſtimandum eſt nõ omnino inculpatum, neq; indeſidem uiſum eſſe, cuius corpus in tam immodicum modum luxuriaſſet exuberaſſetq́;.

A. GELLII NOCTIVM ATTICArum Liber octauus hac ætate non reperitur, ſed ex uetuſtißimo exemplari hæc capita excerpta ſunt.

CAPVT I.

Heſterna noctu rectè, an cum uicio dicatur, & quænam ſuper iſtis uerbis Grammatica traditio ſit. Itemq́; quod Decemuiri in XII. Tabulis Nox pro noctu dixerunt.

CAPVT II.

Quæ mihi decem uerba dederit Phauorinus, quæ uſurpentur quidem à Græcis, ſed ſunt adulterina & barbara: quæ item à me totidem accepit, quæ ex medio communiq́; uſu Latinè loquentium minimè Latina ſunt, neq; in ueterum libris reperiantur.

CAPVT III.

Quem in modum, & quàm ſeuerè increpuerit audientibus nobis Peregrinus Philoſophus adoleſcentem Romanũ, ex equeſtri familia ſtantẽ ſegnem apud ſe, & aßiduè oſcitantem.

CA-

CAPVT IIII.

Quòd Herodotus scriptor historiæ memoratißimus, Parum uerè dixerit unam solamq; Pinũ arborum omnium cæsam nunquam denuo ex ijsdem radicibus pullulare: & quod item de aqua pluuiali, & niue; rem non satis exploratam pro comperta posuerit.

CAPVT V.

Quid illud sit, quòd Vergilius cœlum stare puluere, & quòd Lucilius pectus sentibus stare dixit.

CAPVT VI.

Quum post offensiunculas in gratiam redeatur: expostulationes fieri mutuas, minimè utile esse. Superq; ea re & sermo Tauri expositus, & uerba ex Theophrasti libro sumpta: & quòd M. Cicer. de amore amicitiæ senserit, cum ipsius uerbis additum.

CAPVT VII.

Ex *Aristotelis libro qui* περὶ τῆς μνήμης *inscriptus est cognita acceptaq; de natura memoriæ & habitu: atq; inibi de alia quadam exuberantia, aut interitu eius lecta auditaq;.*

CAPVT VIII.

Quid mihi usu uenerit, interpretari & quasi effingere uolẽti iocos quosdam Platonicos Latina oratione.

CAPVT IX.

Quòd Theophrastus Philosophus omnium suæ ætatis facundißimus, uerba pauca ad populum Athenien

ſem facturus, deturbatus uerecundia obticuerit: quodq; idem hoc Demoſtheni apud Philippum regem uerba facienti euenerit.

CAPVT X.

Qualis mihi fuerit in oppido Eleuſino diſceptatio cũ Grammatico quodam præſtigioſo, tempora uerborum & puerilia meditamenta ignorante, remotarum autem quæſtionum nebulas & formidines ad capiendos imperitorum animos oſtentante.

CAPVT XI.

Quàm feſtiuè reſponderit Xanthippe uxori Socrates, petenti ut per Dionyſia largiore ſumptu cœnitaret.

CAPVT XII.

Quid ſignificet in ueterum libris ſcriptum, Pleriq; omnes: Et quòd ea uerba accepta à Græcis uidentur.

CAPVT XIII.

Gypſones, quod homines Afri dicunt, non eſſe uerbum Pœnicum, ſed Græcum.

CAPVT XIIII.

Lepidiſsima altercatio Phauorini philoſophi aduerſus quendam intempeſtiuum de ambiguitate uerborum diſſerentem, atque inibi uerba quædam ex Næuio poëta & Cn. Gallo non uſitatè collocata: atque ibidem à P. Nigidio origines uocabulorum explorata.

CAP.

CAPVT XV.


Quibus modis ignominiatus tractatusq; sit à C. Cæsare Laberius poëta: inibi appositi uersus super eadem re eiusdem Laberij.

A. GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII

LIBER IX.

QVAMOBREM Q. CLAVDIVS QVADrigarius in undeuicesimo Annali scripserit, rectiores & certiores q; ictus fieri, si sursum quid mittas, quam si deorsum.

CAPVT I.



Q. CLAVDIVS in undeuicesimo Annali, cũ oppidum à Metello Procons. oppugnari, cõtrà ab oppidanis desuper è muris propugnari describeret, ita scripsit: Sagittarius cum funditore utrinq; summo studio spargunt fortißimè: sed sagittam atque lapidem deorsum an sursum mittas, hoc interest. Nam neutrum potest deorsum uersum rectè mitti, sed sursum utrunque optimè: quare milites Metelli sauciabantur multò minùs, & quod maximè opus erat, à pinnis hostes defendebant facilimè. Percontabar ego Antoniũ Iulianum rhetorẽ, cur hoc ita usu ueniret, quòd Quadrigarius

Qui ingentia saxa è funda torquebat. Celebres in primis funditores fuêre olim Baleares ut testatur Veget. de re militari.

Neutrũ, nec sagitta, nec lapis.

A pinnis, summis muris.

dixiſſet, ut contiguit magis, directioresq́; ictus fiant, ſi uel lapidem, uel ſagittam ſurſum uerſus iacias, quàm deorſum: quũ procliuior faciliorq́; iactus ſit ex ſupernis in infima, quàm ex infimis, in ſuperna. Tũ Iulianus comprobato genere quæſtionis: Quod de ſagitta, inquit, & lapide dixit, hoc de omni ferè mißili telo dici poteſt. Facilior aũt iactus eſt (ſicuti dixiſti) ſi deſuper iacias, ſi quid iacere tantùm uelis, non ferire. Sed cùm modus & impetus iactus temperãdus dirigendusq́; eſt: tum ſi in prona iacias, moderatio atq; ratio mittentis, præcipitantia ipſa & pondere cadentis teli corrumpitur. At, ſi in êditiora mittas, & ad percutiendum ſu-

Cõlimes, id *pernè aliquid, manum & oculos conlimes: quò modus*
eſt, diriges. *à te datus fuerit, eò telũ ibit, quod ieceris. Ad hanc fermè ſententiã, Iulianus ſuper iſtis Q. Claudij uerbis nobiſcum ſermocinatus eſt. Quòd aũt ait idem Q. Claudius: A primis hoſtes defendebant facilimè: animaduertendum eſt, uſum eſſe eum uerbo Defendebant, non ex*
Dfendere. *uulgari conſuetudine, ſed admodùm propriè & Lati-*
Offendere. *nè. Nam defendere & Offendere inter ſeſe aduerſa ſunt: quorum alterum ſignificat ἐμποδὼν ἔχειν, alterum ἐκποδὼν ποιεῖσθαι, quod hoc in loco à Quinto Claudio dicitur.*

QVIBVS VERBIS NOTARIT HERODes Atticus falſo quempiam cultu amictuq́; nomen habitumq́; philoſophiæ mentientem.

CAP.

CAPVT II.

AD Herodem Atticum Consularem uirum, ingenioq́; amœno, & Græca facundia celebrem, adijt nobis præsentibus palliatus quispiam, & crinitus, barbaq́; propè ad pubem usq; porrecta, ac petit æs sibi dari-εἰς ἄρτους emendos scilicet. Tum Herodes interrogat, quis'nam esset. Atq; ille uultu sonituq́; uocis obiurgatorio, philosophum sese esse dicit: & mirari quoq; addit, cur quærendum putasset, quod uideret. Video, inquit, Herodes, barbam & pallium, philosophum nondum uideo. Quæso autem te cum bona uenia, dicas mihi, quibus nos uti posse argumentis existimas, ut esse te philosophum noscitemus? Interibi aliquot ex ijs, qui cum Herode erant, erraticum esse hominem dicere, & nullius rei, incolamq́; esse sordentium ganearum: ac nisi accipiat quod petit, conuicio turpi solitum incessere. Atq; ibi Herodes: Demus, inquit, huic aliquid æris, *cuiusmodi est, tanquam hominis, non tanquam homini. Et iußit dari precium panis XXX. dierum. Tum nos aspiciens, qui eum sectabamur: Musonius, inquit, æruscanti cuipiam id genus, & philosophum sese ostentanti, dari iußit mille numûm: & cùm pleriq; dicerent nebulonem esse, hominem malum & maliciosum, & nulla re bona dignum: tum Musonium subridentem dixisse aiunt: ἄξιος οὖν ἐστιν ἀργυρίου. Sed hoc potiùs, inquit, dolori mihi, & ægritudini est,

Nouè dixit pro ibi, uel eodem tempore.

* cuiuscuiusmodi

Nebulo. Nullius rei atq; operæ bonæ. Mali argento digni.

ni est, quòd istiusmodi animalia spurca atq; probra, nomen usurpent sanctißimum, & Philosophi appellētur. Maiores autem mei Athenienses, nomina iuuenum fortißimorum, Harmodij & Aristogitonis, qui libertatis recuperandæ gratia, Hippiam tyrannum interficere adorsi erant, ne unquam seruis indere liceret, decreto publico sanxerunt: quoniam nefas ducerent, nomina libertati patriæ deuota, seruili contagio pollui. Cur ergo nos patimur, nomen Philosophiæ illustrißimum in hominibus deterrimis, exsordescere? Simili autem, inquit, exemplo ex contraria specie, antiquos Romanorum audio prænomina patriciorum quorundam, malè de Republica meritorum, & ob eam caussam capite damnatorum, censuisse, ne cui eiusdem gentis patricio inderentur; ut uocabula quoq; eorum defamata atque demortua cum ipsis uiderentur.

Nomina fortium seruis non danda.

Inuenies tale quid in secundo lib. Tit. Liu ab urbe de Tarquinijs.

Defamata infama.

Aerufcanti cupiam) Aerufcare, autore Pomp. significat mendici in morem undiq; circumeūdo æs colligere. Ista probra.) Quemadmodùm Terent. hominē scelestum uocat scelus, sic hoc loco Gellius homines probrosos & conuicijs dignos, probra appellat.

EPISTOLA PHILIPPI REGIS AD ARIstotelem philosophum, super Alexandro recens nato.

CAPVT III.

PHilippus Amyntæ filius, terræ Macedoniæ rex, cuius uirtute industriaq; Macedones locupletißimo imperio aucti, gentium nationumq; multarū potiri cœ-

Dicimus promiscuè

ri cœperant: & cuius uim atq; arma toti Græciæ cauendam metuendamq;, inclytæ illæ Demosthenis orationes concionesq; notificāt. Is Philippus, quum omni ferè tēpore negocijs belli, uictorijsq; affectus exercitusq; esset, à liberali tamen Musa, & à studijs humanitatis nūquam abfuit, quin lepidè comiterq; pleraq; & faceret, & diceret. Feruntur adeò libri Epistolarum eius, mundiciæ & uenustatis & prudentiæ plenarum: uelut sunt illæ literæ, quibus Aristoteli philosopho, natum esse sibi Alexandrum, nunciauit. Ea epistola, quoniam curæ diligentiæq; in liberorum disciplinas hortamentū est, exscribenda uisa est, ad cōmouendos parentum animos. Exponenda igitur est ad hanc fermè sententiam: Philippus Aristoteli salutem dicit: Filium mihi genitum scito, quod equidem dijs habeo gratiam: nō proinde, quia natus est, quàm pro eo, quòd eum nasci contigit temporibus uitæ tuæ. Spero enim fore, ut eductus eruditusq; abs te, dignus existat & nobis, & rerum istarum successione. Ipsius autem Philippi uerba hæc sunt: Φίλιππος Ἀριστοτέλει χαίρειν. ἔσι μοι γεγονότα υἱόν. πολλὴν οὖν τοῖς θεοῖς χάριν ἔχω, οὐχ οὕτως ἐπὶ τῇ γεννήσει τοῦ παιδὸς, ὡς ἐπὶ τῷ κατὰ τὴν σὴν ἡλικίαν αὐτὸν γεγονέναι. ἐλπίζω γὰρ αὐτὸν ὑπὸ σοῦ τραφέντα καὶ παιδευθέντα ἄξιον ἔσεσθαι, καὶ ἡμῶν, καὶ τῆς τῶν πραγμάτων διαδοχῆς.

potior illi rei, hanc rē, hac re.

Nouè dixit, id est, declarant, uel nouum faciūt.

Affectus occupatus, dixit & id nouè.

Plato enim in De legibus, educatione, & artem & caput esse omnis uirtutis affirmat.

Cuius uim atq; arma.) Melius, cuius arma atq; uim.
Studijs humanitatis.) Eruditionis eius, quæ facit ho-

mines humanos, & planè dignos hominis uocabulo. Tolle enim illam literarum partem, nescio quid reliqueris in moribus humanitatis liberalioris.

DE BARBARARVM GENTIVM PROdigiosis miraculis, deq; diris & exitiosis fascinationibus, atq; inibi de fœminis uersis repentè in mares.

CAPVT IIII.

Id est, promi nentem. Hic uerò est Ennij uersus: Brundusium pulchro precinctum prepete portu. In passiua significatione dixit nouè, tãquàm libri eiusmo di continerent, quæ à nullo facilè credi possent.

Cum è Græcia in Italiam rediremus, & Brundusium iremus, egreßiq; è naui in terrã, in portu illo inclyto spaciaremur, quem Q. Ennius remotiore paulùm, sed admodùm scito uocabulo, Præpetem appellauit: fasces librorum uenalium expositos uidimus, atque ego statim auidè pergo ad libros. Erant autem isti omnes libri Græci, miraculorũ fabularumq; pleni: res inauditæ, incredulæ: scriptores ueteres non paruæ autoritatis, Aristæas Proconnesius, & Isigonus Nicæensis, & Ctesias, & Onesicritus, & Polystephanus, & Hegesias. Ipsa autem uolumina ex diutino situ squalebant, & habitu aspectuq; tetro erant. Acceßi tamen, percontatusq; precium sum: & adductus mira atque insperata utilitate, libros plurimos ære pauco emo, eosq; omneis duabus proximis noctibus cursim transeo, atq; in legendo carpsi exinde quædam, & notaui mirabilia, & scriptoribus ferè nostris intentata: eaq; his commentarijs asperfi, ut qui eos lectitabit, is ne rudis omnino & ἀνήκοος in eiusmodi rerum auditionibus reperiatur. Erant igitur in libris scripta huiuscemodi:

Compositū est hoc ab α quod priuat, & ἀκούω audio.

modi: Scythas illos penitißimos, qui sub ipsis Septentrionibus ætatem agunt, corporibus hominum uesci, eiusq; uictus alimento uitam ducere, & ἀνθρωποφάγες nominari. Item esse homines sub eadem regione cœli, unum oculum habentes in frontis medio, qui appellantur Arimaspi, qua facie fuisse κυκλώπας poëtæ ferunt. Alios item esse homines apud eandem cœli plagam singularis uelocitatis, uestigia pedum habenteis retro porrecta, non, ut cæterorum hominum, prospectantia. Præterea traditum esse memoratumq;, in ultima quadam terra, quæ Albania dicitur, gigni homines, qui in pueritia canescunt, & plus cernant oculis per noctem, quàm inter diem. Item esse compertum & creditum, Sauromatas, qui ultra Borysthenem fluuium longè colunt, cibum capere semper diebus tertijs, medio abstinere. Id etiam in ijsdem libris scriptum offendimus, quod posteà quoq; in lib. Plinij Secundi naturalis historiæ septimo * legis, esse quasdam in terra Africa familias hominum, uoce atq; lingua effascinantium: qui si impensiùs fortè laudauerint pulchras arbores, segetes lætiores, infantes amœniores, egregios equos, pecudes pastu atq; cultu opimas, emoriantur repentè hæc omnia, nulli aliæ causæ obnoxia. Oculis quoq; exitialem fascinationem fieri, in ijsdem libris scriptum est: traditurq; esse homines in Illyrijs, qui interimant uidendo, quos diutiùs irati uiderint: eosq; ipsos mares, fœmi-

Anthropophagi.
Arimaspi.
Cyclopes.
Albania.
Sauromatæ.
Capite 2.
*legimus.
Incantantium.
Ob nullam aliã causam quàm ob fascinationẽ.

fœminasq́;, qui uisu tam nocenti sunt, pupillas in singulis oculis binas habere. Item esse in montibus terræ Indiæ homines, caninis capitibus & latratibus, eosq́; uesci auium & ferarum uenatibus. Atque item esse alia apud ultimas orietis terras miracula, homines qui Monomeri appellatur, singulis cruribus saltuatim currentes, uiuacißimæ pernicitatis. Quosdam etiam esse nullis ceruicibus, oculos in humeris habentes. Iam uerò hoc egreditur omnē modum admirationis, quòd ijdem illi scriptores gentem esse aiunt apud extrema Indiæ, corporibus hirtis, & auium ritu plumantibus, nullo cibatu uescentem, sed spiritu florum naribus hausto uictitantem. Pygmeos quoq; haud longè ab ijs nasci: quorum qui longißimi sunt, non longiores esse quàm pedes duos & quadrantem. Hæc atq; alia istiusmodi plura legimus. Sed cùm ea scriberemus, tenuit nos non idoneæ scripturæ tædium, nihil ad ornandum, iuuandumque usum uitæ pertinentis. Libitum tamen est, in loco hoc miraculorum notare id etiam, quod Plinius Secundus, uir in temporibus ætatis suæ, ingenij dignitatisq́; gratia, autoritate magna præditus, non audisse neque legisse, sed scire sese atque uidisse, in libro Naturalis historiæ VII. scripsit. Verba igitur hæc, quæ infrà posui, ipsius sunt, ex eo libro sumpta: quæ profectò faciunt, ut neque respuenda, neq; ridenda sit notißima illa ueterum poëtarum de Cænide & Ceneo cantilena:

Ob id à Plinio & reliquis Cinocephali dicti sunt.

Monomeri id est, unicrures.

Quemadmodū Pygmeis contra grues, ita Psillis in Africa bellū est assiduum contra serpentes, ut scribit Plin. lib. 7. cap. 2.

Erat enim præfectus militum.

na: *Ex fœminis, inquit, mutari in mares, non est fabulosum. Inuenimus in Annalibus, Q. Licinio Crasso, C. Caßio Longino Consulibus, Casini puerum factum ex uirgine, sub parentibus, iußisq; aruspicum deportatum in insulam desertam. Licinius Mutianus prodidit, uisum esse à se Argis Ariscontem (cui nomen Arescusæ fuisset) nupsisse etiam, mox barbam & uirilitatem prouenisse, uxoremq; duxisse. Eiusdem sortis & Smyrnæ puerum à se uisum. Ipse in Africa uidi mutatum in marem die nuptiarum L. Coßitium ciuem Tisdritanum, uiuebatq; cùm proderem hæc. Idem Plinius eodem in libro uerba hæc scripsit: Gignuntur homines utriusq; sexus, quos hermophraditos uocam9, olim androgynos uocatos, & in prodigijs habitos, nunc uerò in delicijs.*

Ob utriusq; sex9 etymologiam, nã ἀνὴρ uirum significat, & γυνὴ mulierẽ sonat.

Fasces librorum.) Sarcinas.

Aristæas.) Qui scriptor res Arimasporum uigintiquatuor libris persequutus est, atq; id carmine. Floruit tempore Cyri regis Persarum, Hæc Suidas. Vide quoq; Plinium libro septimo.

Ctesias.) Medicus hic Artaxerxis regis Persarum fuit, ut Suidas dicit, qui res Persicas admiratiõe dignas multis uoluminibus prosequutus est.

κύκλωπας) Hesiodus poëtarum Græcorum uetustißim9, scribit Cyclopas Siciliæ incolas sic appellatos, quòd unum oculum orbicularem in fronte habeãt: siquidem κύκλος circulus dicitur, & ὤψ oculus. Vide Homerum in Odyss. & Vergilium in 3. Aeneid.

Albania.) Quæ à Plinio libro sexto, capite decimotertio, in Scythia collocatur nõ procul à monte Caucaso: unde mare alluẽs Albanũ dicatur, Videtur autem Gelli9

cos.

eos dicere, qui hodiè Moscouitæ appellatur.

* Monomer.) Plinius lib. 7. cap. 4. scriptum habet monosceli, id est, unicrures, qui alio nomine Sciapodes uocantur: quia umbra pedis corpus protegant.

Hermaphroditos.) A Mercurio, quem Græci ἑρμῆν uocant, & ἀφροδίτη Venus, nam huiusmodi prolem genuit Venus, compressa à Mercurio: unde factum est ut eiusdē sortis nati, Hermaphraditi dicantur.

DIVERSAE NOBILIVM PHILOSOPHOrum sententiæ, de genere ac natura uoluptatis, uerbaq; Hieroclis philosophi, quibus decreta Epicuri insectatus est.

CAPVT V.

Voluptas.

DE Voluptate ueteres philosophi diuersas sententias tenuerunt atq; dixerunt. Epicurus uoluptatem summum bonum esse ponit: eam tamen ita definit, σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα. Antisthenes Socraticus summum malum dicit. Eius nanque hoc uerbum est: μανείην μᾶλλον ἢ ἡσθείην. Speusippus, uetusq; omnis Academia uoluptatem & dolorem, duo mala esse dicunt opposita inter sese: bonum autem esse, quod utriusq; medium foret. Zeno censuit uoluptatem esse indifferens, id est, neutrum, neq; bonum, neq; malum, quod ipse Græco uocabulo ἀδιάφορον appellauit. Critolaus Peripateticus, & malum esse uoluptatem ait: et multa alia mala parere ex sese, iniurias, desidias, obliuiones, ignauias. Plato ante hos omneis ita uariè & multiformiter de uoluptate disseruit, ut cunctæ istæ sententiæ, quas suprà posui, uideantur ex sermonum eius

Indifferens, quòd scilicet bonum fieret, si qs benè utatur, & modicè, & ob iustas caussas. Rursus etiā malū, quasi

eius fontibus profluxisse. Nam perinde unaquaq; utitur, ut & ipsius uoluptatis natura fert, quæ est multiplex, & caussarũ quas tractat, rerumq; quas efficere uult, ratio desiderat. Taurus autem noster, quoties facta mentio Epicuri esset, in ore atq; in lingua habebat uerba hæc Hieroclis Stoici, uiri sancti & grauis, ἡδονὴ τέλος πόρνης δόγμα, ἀπέσω πορνεῖα, οὐ δὲν πόρνης δῶγμα.

modum excedens, uel cùm non iusta caussa utamur.

Vtriusq; mediũ.) Vt uoluptas sit carnis quædam elatio supra modum se efferens, dolor uerò cruciatus, quorum medium statuunt optimã corporis cõstitutionem, quam Galen. lib. 1. de morb. cog. sanitatem definit.

Plato ita uariè.) Plato in lib. de legibus hæc tria inter summa bona uulgi opinione posuit, rectè ualere, bona fama præditum esse, diuitias citra fraudem possidere.

VERBVM AB EO, QVOD EST AGO, frequentatiuũ, in prima syllaba quónam sit modo pronunciandum.

CAPVT VI.

AB eo quod est Ago & Egi, uerba sunt quæ appellant Grammatici frequentatiua, Actito, & Actitaui. Hæc quosdam non sanè indoctos uiros audio ita pronunciare ut primam in his literam corripiant, rationemq; dicant: quoniam in uerbo principali, quod est Ago, prima litera breuiter pronũciatur: Cur igitur ab eo, quod est Edo & Vngo, in quibus uerbis prima litera breuiter dicitur, Esito & Vnctito, quæ sunt eorũ frequẽtatiua, prima litera lõga promimus?

Actito.

X *& con-*

& cōtrà, Dictito ab eo uerbo quod est dico, correptè dicimus? num ergo potiùs Actito & Actitaui producenda sunt? quoniam frequentatiua fermè omnia eodem modo in prima syllaba dicuntur, quo participia præteriti tēporis, ex ijs uerbis unde ea profecta sunt, in eadem syllaba pronunciantur: sicut lego lectus lectito facit, Vngo unctus unctito, Scribo scriptus scriptito, Moneo monitus monito, Pendeo pensus pensito, Edo esus esito: Dico autem dictus dictito facit, Gero gestus gestito, Veho uectus uectito, Rapio raptus raptito, Capio captus captito, Facio factus factito. Sic igitur Actito productè in prima syllaba pronunciandum, quoniam ex eo fit, quod est Ago & Actus.

teratiua, pud Vallā æc regula alsa est de erbo dicti o, nata pri nā produ it.

DE CONVERSIONE FOLIORVM IN arbore olea brumali & solstitiali die, deq; fidibus id tēporis ictu alieno sonantibus.

CAPVT VII.

VVlgò & scriptum & creditum est, folia olearum arborum brumali & solstitiali die cōuerti: & quæ pars eorum fuerat inferior atque occultior, eam suprà * fieri atq; exponi ad oculos & ad solem. Quod nobis quoque semel atque iterū experiri uolentibus, ita esse propemodùm uisum est. Sed de fidibus rarius dictu, & mirabilius est: quam rem & alij docti uiri, & Suetonius etiam Tranquillus in libro ludicræ historiæ primo, satis compertum esse, satisq; super ea re con-

* ferri

Liber ille non extat.

constare affirmat, neruias insidibus brumali die alias digitis pelli, alias sonare. Fides ex neruis factas post solstitium hyemale

NECESSVM ESSE, QVI MVLTA HAbeat, multis indigere, deq; ea re Phauorini philosophi cum breuitate eleganti sententia.

CAPVT VIII.

*VErum est profectò, quod obseruato rerũ usu sapientes uiri dixêre: Multis egere, qui multa habeat: magnãq; indigentiam nasci, non ex inopia magna, sed ex magna copia. Multa enim desiderari ad multa, quæ habeas, tuenda. Quisquis igitur multa habẽs, cauere atque prospicere uelit ne quid egeat, néue quid desit, iactura opus esse, non quæstu: & minus habendum esse, ut minus desit. Hãc sententiam memini à Phauorino inter ingentes hominum clamores * detornatã, inclusamq; uerbis his paucißims:* τὸν γὰρ μυρίων καὶ πεντακισχιλίων χλαμύδων δεόμενον οὐκ ἐστὶ μὴ πλειόνων δεῖσθαι, οἷς γὰρ ἔχω προσδεόμενος, ἀφελὼν ὧν ἔχω, ἀρκοῦμαι οἷς ἔχω. detonat,

QVI MODVS SIT VERBA VERTENdi in Græcas sententias. deq; iis Homeri uersibus, quos Vergilius uertisse aut benè apteq;, aut improsperè existimatus est.

CAPVT IX.

QVando ex poëmatis Græcis uertendæ mutandæq; sunt insignes sententiæ, non semper aiunt enitendum, ut omnia omnino uerba in eum, in quem dicta sunt, modum uertamus. Perdunt enim gratiam ple- Idem præcipit Hor. in

Arte Poet. Nec uerbū uerbo curabis reddere fidus Interpres.

raq;, si quasi inuita & recusantia uiolētius transferantur. Scitè igitur & cōsideratè Vergilius, cùm aut Homeri, aut Hesiodi, aut Apollonij, aut Parthenij, aut Callimachi, aut Theocriti, aut quorundam aliorum locos effingeret, partem reliquit, alia expreßit. Sicut nuperrimè apud mensam cùm legerentur utraque simul Bucolica, Theocriti, & Vergilij, animaduertimus reliquisse Vergilium, quod Græcum quidē mirè quàm suaue est, uerti autem neq; debuit, neq; potuit. Sed enim quod substituit pro eo, quod omiserat, non abest quin iucundius lepidiusq; sit.

Apollo, eius Argonautica scripsit, quæ etiā hodie extant.

βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἁκλεαρίστα,
τὰς αἶγας παρελῶντα καὶ ἁδύ τι ποππυλιάσδει.
Malo me Galatea petit lasciua puella,
Et fugit ad salices, & se cupit antè uideri.

Illud quoq; alio in loco animaduertimus cautè omissum, quod est in Græco uersu dulcißimum:

Idil. 4.

τίτυρ᾽ ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε, βόσκε τὰς αἶγας,
καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε τίτυρε, καὶ τὸν ἐνόρχαν,
τὸν λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσεο μή τυ κορύψῃ.

Quo enim pacto diceret τὸ καλὸν πεφιλαμένε, uerba Hercle non translaticia, sed cuiusdam natiuæ dulcedinis? Hoc igitur reliquit & cætera uertit nō infestiuiter: nisi quòd Caprum dixit, quē Theocritus ἐνόρχαν appellauit. Autore enim M. Varrone, is demum Latinè caper dicitur, qui castratus est.

Testiculatū. ὄρχις enim testiculus est.

Tityre dum redeo, breuis est uia, pasce capellas:
Et potum pastas, age Tityre, & inter agendum
Occursare capro (cornu ferit ille) caueto.

Et quoniam de transferendis sententijs loquor, memini audisse me ex Valerij Probi discipulis, docti hominis & in intelligendis pensitandisq; ueteribus scriptis bene callidi, solitum eũ dicere: nihil quicq̃ tam improspere Vergiliũ ex Homero uertisse, quàm uersus hos amœnißimos, quos de Nausicaa Homerus fecit: Odyss. 6.

οἵη δ' ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος ἰοχέαιρα,
ἢ κατὰ τηΰγετον περιμήκετον, ἢ ἐρύμανθον
τερπομένη κάπροισι, καὶ ὠκείῃς ἐλάφοισι,
τῇ δέ θ' ἅμα νύμφαι κοῦραι διὸς αἰγιόχοιο
ἀγρονόμοι παίζουσι γέγηθε δέ τε φρένα λητώ.
πασάων δ' ὑπὲρ ἥγε κάρη ἔχει, ἠδὲ μέτωπα.
ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι,
ὣς ἥ γ' ἀμφιπόλοισι μετέπρεπε παρθένος ἀδμής.

Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi Cynthia una ex Cycladibus.
Exercet Diana choros, quam mille secutæ
Hinc atq; hinc glomerãtur Oreades: illa pharetram
Fert humero, gradiẽsq; deas supereminet omneis.
Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.
Talis erat Dido, talem se læta ferebat
Per medios, instans operi regnisq; futuris.

Primùm omnium diuersum esse dicebat Probus, quòd apud Homerum quidem uirgo Nausicaa, ludibũda, in-

ter familiares puellas in locis solis, rectè atq; commodè cōfertur cum Diana uenante in iugis montium inter agrestes deas. Nequaquàm autem conueniens Vergilium fecisse, quoniam Dido in urbe media ingrediēs inter Tyrios principes, cultu atque incessu serio instans operi (sicut ipse ait) regnisq; futuris nihil eius similitudinis capere posit, quæ lusibus atque uenatibus Dianæ cōgruat. Tum posteà, quòd Homerus studia atque oblectamenta in uenando Dianæ, honestè apteq; dicit: Vergilius autem, cùm de uenatu deæ nihil dixisset, pharetram tamen facit eam ferre in humero, tanq̃ si onus & sarcinam. Atque illud impensè Probum esse demiratum in Vergilio dicebant, quod Homerica quidem λητω̃ gaudium gaudeat genuinum & intimum, atque in ipso penetrali cordis & animæ uigens. Siquidem non aliud est γέγηθε δέ τε φρένα λητώ: ipse autem imitari hoc uolens, gaudia fecerit pigra, & leuia, & cunctantia, & quasi in summo pectore supernantia. Nescire enim sese quid significaret aliud, Pertentant. Præter ista omnia, florem ipsius totius loci Vergilium uideri omisisse, quòd hunc Homeri uersum exiguè sequutus sit:

Vergilium proprietatis uerborū fuisse diligētissimum, & obseruātissimū, Macrobi autor est Saturn. lib. 5. cap. 2.

Id est, uerū, solidum, natiuum.

ῥεῖα δ᾽ ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι.

Quādo nulla maiór cumulatiorq; pulchritudinis laus dici potuerit, quàm quòd una inter omneis pulchra excelleret, una facilè ex omnibus nosceretur.

Quòd

QVOD ANNEVS CORNVTVS VERsus Vergilij, quibus Veneris & Vulcani concubitum pudicè opertéq; dixit, reprehensione insulsa & odiosa inquinauit.

CAPVT X.

ANnianus poëta, & plerique cum eo eiusdem Musæ uiri, summis aßiduisq; laudibus hos Vergilij uersus ferebant: quibus Vulcanum & Venerẽ iunctos, mistosq; iure coniugij, rem lege naturæ operiendam uerecunda quadam translatione uerborum, quum ostenderet demonstraretq;, protexit: Sic enim scripsit:

--Ea uerba locutus,

Optatos dedit amplexus, placidumq; petiuit

Coniugis infusus gremio per membra soporem.

Minus autem difficile esse arbitrantur, ad istiusmodi reticenda uerbis uti uno atq; altero, breui tenuiq; ea signo demonstrantibus: sicuti Homerus dixerit:

παρθενικὴν ζώνην, καὶ λέκτροιο θεσμόν,

καὶ ἔργα φιλοτήσια.

τὸν μὲν ἄρ' ἐντρήτοισι κατευνάσατ' ἐν λεχέεσιν.

Tot uerò, & tam euidentibus ac tam non prætextatis, sed puris honestisq; uerbis uenerandum illud concubij pudici secretum, neminẽ quenquã alium dixisse. Sed Anneus Cornutus, homo sanè pleraq; alia non indoctus, neque imprudens, in secundo tamen librorum, quos de figuris sententiarum composuit, egregiam totius istius uerecundiæ laudem, insulsa nimis & odiosa

Id est, studi tanquam d cas eiusden farinę. Vid Cice. lib. e pist. 7. de u recundia a Papyriũ P tum, & li. Officior.

In 3. Aenei

Id est, In multis aliis.

scrutatione uiolauit. Nam cùm genus hoc figuræ probasset, & satis circunspectè factos esse uersus dixisset: Membra tamen, inquit, paulò incautius nominauit.

Propterea quòd membra plerunque solent dici genita, & in uiris, & in fœminis.

DE VALERIO CORVINO, ET VNDE Coruini sit cognomentum.

Coruinus.

CAPVT XI.

*DE Maximo Valerio, qui Coruinus appellatus est, ob auxilium propugnationemq́; corui alitis, haud quisquam est nobilium scriptorum, qui secùs dixerit. Ea res prorsus admiranda, sic profectò est in libris Annalibus memorata: Adolescens * tali genere editus, L. Furio, Claud. Appio Consulibus fit Tribunus militaris: Atq; in eo tẽpore copiæ Gallorum ingentes, agrum Pontinum insederant: instruebanturq́; acies à Consulibus, de ui ac multitudine hostium satagentibus. Dux intereà Gallorum, uasta & ardua proceritate, armisq́; auro profulgentibus, gratia dimicandi ingrediens, & manu telum reciprocans, incedebat: perq́; contemptum & superbiam circumspiciens, despiciensq́; omnia, uenire & congredi, si quis pugnare secum ex omni Rom. exercitu auderet. Tũ Valerius Tribunus, cæteris inter metum pudoremq́; ambiguis, impetrato prius à COSS. ut in Gallum tam immaniter arrogantem, pugnare sese permitterent: progreditur intrepidè modestéque obuiàm: & congrediuntur, & consistunt: & conserebantur iam manus, atque ibi uis quæ-*

* Italo.

De Tribunis militũ ui de Liuiũ tertio ab urbe cond. unde dicti sint, & quamobrẽ creati.

Vibrans.

quædam diuina fit: Coruus repentè improuisus aduolat, & super galeam Tribuni insistit, atq; in aduersarij os atq; oculos pugnare incipit, insibilat, obturbat, unguibus manum laniabat, & prospectum alis arcebat. Atq; ubi satis sæuierat, reuolabat in galeam Tribuni. Sic Tribunus, spectãte utroq; exercitu, & sua uirtute nixus, & opera alitis propugnãtis, ducem hostium ferocißimum uicit interfecitq́;: atque ob eam causam cognomen habuit Coruinus. Id factum est annis CCCC. & V. post Romam conditam. Statuam Coruino isti D. Augustus in foro suo statuendam curauit. In eius statuæ capite corui simulachrum est, rei pugnæq́;, quam diximus, monimẽtum.

Agrum Pontinum.) Sic dictum à Pontina palude, cuius meminit Plin. lib. naturalis histo. 3. capite 5. in descriptione Italiæ.

Vastus) Præter modum magnus. Talia enim corpora tribuit Gallis, & Cæsar Iulius in bello Gallico, & L. Florus.

DE VERBIS QVAE IN VTRANQVAE partem significatione reciproca & aduersa dicuntur.

CAPVT XII.

VT formidolosus dici potest, et qui formidat, et qui formidatur: ut inuidiosus, & qui inuidet, & cui inuidetur: ut suspiciosus, qui suspicatur, & qui suspectus est: ut ambitiosus, et q ambit, et qui ambitur: ut item gratiosus, & qui adhibet gratias, & qui admittit: ut laboriosus, & qui laborat, & qui labori est: ut Nomina in osus. Leuiter malè opinatur. Venustates elegantias.

X 5 pleraq;

Actiuè & passiuè.

pleraque alia huiuscemodi in utranque partē dicūtur: ita Infestus, ancipiti quoque significatione est. Nam et is Infestus appellatur, qui malum infert cuipiam: & contrà, cui aliundè impendet malum, is quoque infestus dicitur. Sed quod priùs posui, profectò exemplis non indiget. Sic adeò multi loquuntur, ut infestum dicant inimicum atque aduersum. Alterum autem illud, ignorabilius obscuriúsque est. Quis enim è medio, facilè dixerit Infestum esse, cui alter infestus est? Sed & ueteres plerique ita dixerunt: & M. Tullius in Oratione, quàm pro Cn. Planco dixit, uocabulo hoc sic usus est: Dolebam, inquit, iudices, & acerbè ferebam, si huius salus ob eam ipsam caussam esset infestior, q̃ is meam salutem atque uitam sua beneuolentia, præsidio custodiáque texisset. Nos igitur de origine & ratione uerbi quærebamus: atque ita in Nigidianis Commentarijs inuenimus scriptum: Infestum à festinando dictum. Nam qui instat, inquit, alicui, eumq́; properans urget, opprimereq́; eum studet, festinatq́;, aut contrà, de alicuius periculo & exitio festinatur: is uterque Infestus dicitur, ab instantia atq; imminentia fraudis, quam uel facturus cuipiam, uel passurus est. Ne quis autem de suspicioso, quod suprà posuimus, & de formidoloso, in eam partem, quæ minus usitata est, exemplum requirat: inueniet de suspicioso apud M. Catonem, de re Floria, ita scriptum: Sed nisi

Ex uulgo.

Id est, si magis ob eam causam impediretur ab aduersarijs.

quì

qui palàm corpore pecuniam quæreret, aut se lenoni locauisset, & si famulosus & suspiciosus fuisset, uim in corpus liberum non æquum censuêre afferri. Suspiciosum enim hoc in loco suspectum significat, non suspicantem.* Formidolosum *autem, qui formidatur. Sallustius in Catilina ita dicit: Igitur talibus uiris non labor insolitus, non locus ullus asper aut arduus erat, non armatus hostis formidolosus. Item* C. *Caluus in poëmatis Laboriosos dicit, non ut uulgò dicitur, qui laborat, sed in quo laboratur:*

Id est, precio addixisset.

*& si aut famosus, aut suspiciosus.

Durum, inquit, rus fugis, sed laboriosum.

Carmen est Phalecium hendecasyllabū, quod habet spondæum & dactylū & tres trochæos.

Eadem ratione Laberius quoq; in sororibus:

Accastor, inquit, multum somniculosum.

Et Cinna in poëmatis:

Somniculosum, ut Pœnis aspidem Psyllus.

Metus.

Metus quoque & iniuria atque alia quædam id genus, sic utroque uersum dici possunt. Nam metus hostium, rectè dicitur, & quum timent hostes, & quum timentur. Itaque Sallustius in historia prima, Metum Pompeij dixit, non quòd Pompeius metueret, quod est usitatius, sed quod metueretur. Verba hæc Sallustij sunt: id bellum excitabat metus Pompeij uictoris, Hiempsalem in regnum restituentis. Item alio in loco: Postquàm remoto metu Punico, simultates exercere uacuum fuit. Iniurias itidē dicimus, tam illorū, qui patiuntur, quàm qui faciunt: quarum dictionū exempla

sunt facilia inuentu. Illud *etiam dictum à Vergilio eandem habet formam, communicatæ ultro & citro significationis.*

Et *uulnere,inquit,tardus Vlyßi*

Vulnus. Nescius. *Cùm diceret Vulnus,non quòd accepisset Vlysses, sed quòd dedisset. Nescius quoq; dicitur tam is qui nescitur,quàm qui nescit.Sed super eo,qui nescit, frequens huius uocabuli usus est: infrequens autem de eo est,*

Ignarus. *quod nescitur. Ignarus æquè utroque uersum dicitur, non tantùm qui ignorat,sed & qui ignoratur.* Plautus *in* Rudente:

Quæ incolis nescius nescias peßimus. Sallustius:
More *humanæ cupidinis ignara uisendi.* Verg.
Ignarum Laurens *habet* Ora Numanta.

At formidolosus.) Per comparationem incipit narrationem, & durat periodus in quintũ usq; uersum, quod tamen rarissimũ est in Gellio uidere. De nominibus uero in osus, uide lib. quarto.

Adhibet.) Exhibet, quod est aliquantò in usu nostro receptius.

Qui labori est) Qui patitur laborẽ, ut ager laboriosus.

De re floria.) Id est, de ludis uel festis Floralibus. siquidem Dea Romanis colebatur florũ & prarorum preses, cuius nomen est Flora, eius festa Floralia dicta sunt, in quibus nudi uiri fœminæq; congrediebantur in theatro.

Suspiciosus.) Suspectus.

Cinna.) Hic est Cinna, ad quem extant multa Martialis epigrammata.

Aspidem.) Hunc serpentem maximè somniculosum tradit Aristoteles.

VERBA EX HISTORIA CLAVDII Quadrigarij, quibus Mãlij Torquati nobilis adolescentis, &

tis, & hostis Galli prouocatoris pugnam depinxit.

CAPVT XIII.

Titus Manlius summo loco natus, apprimeq; nobilis fuit: ei Manlio cognomentum factum Torquato. Causam cognomenti fuisse accepimus: Torquis ex auro induuias, quam ex hoste, quem occiderat, detractã induit. Sed quis hostis & quod genus, & quàm formidandæ uastitatis, & quantum insolens prouocator, & cuiusmodi fuerit pugna decertatum. Q. Clau. primo Annaliũ purißimè atq; illustrißimè, simplicíq; & incompta orationis antiquæ suauitate descripsit. Quem locũ ex eo libro Phauorinus Philosophus cùm legeret, non minoribus quati afficiq; animum suũ moti bus pulsibusq; dicebat, quàm si ipse coràm depugnantes eos spectaret. Verba Q. Claud. Quibus pugna ista depicta est, adscripsi: Cùm interim Gallus quidã nudus præter scutum & gladios duos, torque atque armillis decoratus proceßit, q & uiribus, & magnitudine, & adolescentia, simulq; uirtute cæteris antestabat: is maximè prælio commoto, atq; utrisque summo studio pugnantibus, manu significare cœpit utrique, ut quiescerent pugnare. Pugnæ facta pausa est. Extẽplò silentio facto, cum uoce maxima inclamat: si quis secum depugnare uellet, uti prodiret. Nemo audebat propter magnitudinem atq; immanitatem facies. Deinde Gallus irridere cœpit, atq; linguam exertare. Id subitò perdolitum

T. Manlius Torquatus.

Q. Claudij uerba.

Facies in genitiuo.

Perdolitum.

lium est cuidam T. Manlio, summo genere nato, tantum flagitium ciuitati accidere, è tanto exercitu neminem prodire. Is, ut dico, processit, neque passus est uirtutem Romanã à Gallo turpiter spoliari. Scuto pedestri, & gladio Hispanico cinctus, contrà Gallum cõstitit. Metu magno ea congressio in ipso ponte, utroque exercitu inspectante facta est. Ita, ut antè dixi, constiterunt, Gallus sua disciplina scuto proiecto cunctabundus: Manlius animo magis quàm arte confisus, scutum scuto percussit, atq; statum Galli conturbauit. Dum se Gallus iterum eodem pacto constituere studet, Manlius iterum scuto scutum percutit, atque de loco certo hominem iterum deijcit: eo pacto ei sub Gallicum gladium successit, atque Hispanico pectus hausit: dein continuò humerum dextrum eodem concussu incidit, neque recessit usquàm, donec subuertit, ne Gallus impetum icti haberet. Vbi eũ euertit, caput praecidit, torquemq; detraxit, eamq; sanguinolentã sibi in collum imponit. Quo ex facto, ipse posterique eius, Torquati sunt cognominati. Ab hoc T. Manlio, cuius hãc pugnã Quadrigarius descripsit, imperia & aspera, & immitia, Manliana dicta sunt: quoniam postea bello aduersum Latinos, quum esset COS. filium suum securi percussit: qui speculatum ab eo missus, ne pugnaret interdicto, hostẽ à quo prouocatus fuerat, occidit.

Icti genitiuo.

Manliana imperia.

Quòd

QVOD IDEM QVADRIGARIVS, HVius facies, patrio casu probè & Latinè dixit. Et quædam alia apposita, de similium uocabulorum declinationibus.

CAPVT XIIII.

Quod autem suprà scriptum est in Q. Claudij uerbis: Propter magnitudinẽ & immanitatem facies: Id nos aliquot ueteribus libris inspectis explorauimus, atq; ita esse, ut scriptum est comperimus. Sic enim pleraq; ætas ueterũ declinauit, Hæc facies huius facies, quod nunc propter rationem Grammaticam Faciei dicitur. Corruptos autem quosdam libros reperi, in quibus Faciei scriptum est, illo, quod antè scriptum erat, obliterato. Meminimus etiã in Tiburtij bibliothẽca inuenire nos in codẽ Claudij libro scriptũ utrũque, Facies & facij: sed Facies in ordine scriptum fuit, & contra per ij geminum Facij. Neq; id abesse à quadam cõsuetudine prisca existimauimus. Nã & ab eo, quod est hic Dies, tam huius dij, & ab eo quod est hæc Fames, tam huius Famij, dixerunt. Q. Ennius in XVI. Annali Dies scripsit pro diei, in hoc uersu: Facies facies. Facij. Dies dij. Fames famij. Dies in genitiuo.

Postremæ longinqua dies confecerat ætas.

Ciceronẽ quoq; affirmat Cesellius in oratione, quã pro P. Sestio fecit, Dies scripsisse pro diei: quod ego impensa opera, conquisitis ueteribus libris plusculis, ita ut Cesellius ait, scriptum inueni. Verba sunt hæc Marci Tullij: Equites uerò daturos illius dies pœnas. Quocirca

circa factum hercle est, ut facilè ijs credam, qui scripserunt, Idiographum librum Vergilij sese inspexisse, in quo ita scriptum est:

Libra dies somniq; pares ubi fecerit horas.

Id est, libra diei somniq;. Sed sicut hoc in loco Dies à Vergilio scriptum uidetur, ita in illo uersu nil dubiũ est, quin Dij scripserit pro diei: Munera læticiãq; dij. Quod imperitiores Dei legunt ab insolentia scilicet uocis istius abhorrentes. Sic autem Dies dij à ueteribus declinatum est, ut Fames famij, Pernicies pernicij, Progenies progenij, Luxuries luxurij, Acies acij. M. enim Cato in oratione, quam de bello Carthaginiẽsi composuit, ita scripsit: Pueri atq; mulieres extrudebãtur famij caussa. Lucilius in XII. Rugosum atq; famij plenum. Sisenna in historiarũ libro VI. Romanos inferendæ pernicij caussa uenisse. Pacuuius in Paulo:

Pater supreme nostræ progenij patris.

Cn. Matius in Iliadis XXI:

Altera pars acij uitasset fluminis undas.

Idem Matius in tertiodecimo:

An maneat specij simulachrum, in morte silentum.

C. Gracchus de legibus promulgatis: Ea luxurij caussa aiunt institui. Et ibidem infrà ita scriptum est: Non * est ea luxuries, quæ necessariò parentur uitæ caussa. Propter quod apparet, eum ab eo quod est Luxuries, Luxurij patrio casu dixisse. Marcus quoq; Tullius in oratione,

* Ea esse luxurij.

oratione, qua Sextum Roscium defendit, Perniciĳ scriptum reliquit. Verba hæc sunt: Quorũ nihil perniciĳ caussa diuino consilio, sed ui ipsa & magnitudine rerũ factum putamus. Aut Facies ergo in casu patrio, aut Faciĳ, Quadrigarium scripsiße existimandum est. Faciei autem, in nullo ueteri libro scriptum reperi. In casu autem dãdi, qui purißimè locuti sunt, nõ Faciei, uti dicitur nunc, sed Facie dixerunt. Lucilius in Satyris: Pernicĳ. Facie in datiuo.

Et primùm, inquit, Facie honestas accedit.

Idem Lucilius in libro septimo:

Qui te diligit, ætati Facieq; tuæ se
Fautorem ostendat, fore amicum polliceatur.

Sunt autem non pauci, qui utrobique Faciĳ legant. Sed C. Cæsar in libro de Analogia secundo, huius Die, & huius Specie, dicẽdum putat. Ego quoque in Iugurtha Sallustĳ, summæ fidei, & reuerendæ uetustatis libro, Die, casu patrio scriptum inueni. Verba hæc ita erant: Vix decima parte Die reliqua. Nõ enim puto argutiolam istam recipiendã, ut Die dictum, quasi ex Die, existimemus. Die in genitiuo.

DE GENERE CONTROVERSIAE, quod Græcè ἄπορον appellatur.

CAPVT XV.

CVM Antonio Iuliano rhetore, per feriarũ tempus æstiuarum, decedere ex urbis æstu uolẽtes, Neapolim concesseramus. Atq; ibi erat adolescens tũc quispiam ex ditioribus, cum utriusq; linguæ magistris An. Iulian⁹.

meditans & exercens, ad caussas Romæ orandas eloquentiæ Latinæ facultatem. Atq; is rogat Iulianũ, utisese audiat declamantem. It auditum Iulianus. Imus quoq; nos cum eo simul. Introit adolescens, & præfatur arrogantiùs, & elatiùs, quàm ætati eius decebat: ac deinde iubet exponi controuersias. Aderat nobiscũ ibi Iuliani sectator, iuuenis promptus & proficiens, et offendens iam in eo, quod ille apud Iuliani aureis in præcipiti stare, & subitaria dictione periculum sui facere audebat. Exponit igitur tentamenti gratia cõtrouersiam parùm consistentem, quod genus Græci ἄπορον uocant: Latinè autem id non nimis incommodè, inexplicabile dici potest. Ea controuersia fuit huiuscemodi: De reo septem iudices cognoscant: eaq; sententia sit rata, quam plures ex eo numero dixerint. Cùm septẽ iudices cognouissent, duo censuerunt, reum exilio mulctandum: duo alij, pecunia: tres reliq, capite puniendum. Petitur ad supplicium ex sententia trium iudicum, & contradicit. Hac ille audita, nec cõsiderata, neq; alijs, ut proponerentur, expectatis: incipit statim mira celeritate, in eandem hanc controuersiam principia nescio quæ dicere, & inuolucra sensuum, uerborumq; uolumina, uocumq; turbas fundere, cæteris omnibus ex cohorte eius, qui audire eum soliti erant, clamore magno exultantibus, Iuliano autem malè ac miserè rubente & sudante. Sed ubi deblateratis uersuum multis

Aporon.

multis milibus, finem aliquando fecit, egreßique indè sumus: amici familiaresq; eius Iulianũ prosecuti, quid nam existimaret, percontati sunt. Atq; ibi Iulianus festiuißimè: Nolite quærere, inquit, quid sentiam, adolescens hic sine controuersia disertus est. Amara irrisio.

QVOD PLINIVM SECVNDVM HOMInem non indoctum fugerit, latueritq; uicium argumenti, quod ἀντίστρεφον Græci dicunt.

CAPVT XVI.

PLinius Secũdus existimatus est esse ætatis suæ doctißimus. Is libros reliquit, quos studiosorũ inscripsit, haud medius fidius usque quaq; aspernandos. In ijs libris multa uariè ad oblectandas eruditorũ hominum aures ponit. Refert etiam pleras q; sententias, quas in declinandis cõtrouersijs lepidè argutecq; dictas putat: sicut hanc quoq; sententiam ponit ex huiuscemodi cõtrouersia: Vir fortis præmio, q optauerit, donetur. Qui fortiter fecerat, petijt alterius uxorem in matrimonium, & accepit. Is deinde, cui ea uxor fuerat, fortiter fecit: recepit eandem, contradicitur. Eleganter, inquit, & probabiliter, ex parte posterioris, uiri fortis, uxorem sibi reddi postulantis, hoc dictum est: Si placet lex, redde: si non placet, redde. Fugit autem Plinium, sententiolam istã quam putauit esse argutißimã, uicio nõ carere, quod Græcè ἀντίστρεφον dicitur. Et est uiciũ insidiosum, & sub falsa laudis specie latẽs. Plinius Secundus.

Nihil enim minus conuerti ex contrario idipsum aduersus eundem potest, atq; ita à priore illo uiro forti dici: Si placet lex, non reddo: si non placet, non reddo.

A. GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII

LIBER X.

TERTIVM'NE CONSVL, AN TERTIO dici oporteat, & quónam modo Cn. Pompeius, cùm in theatro, quod erat dedicaturus, honores suos inscriberet, quæstionem ancipitem istius uerbi de consilio Ciceronis uitauerit.

CAPVT I.



Familiari meo cuipiã literas Athenis Romam misi. In ijs scriptum fuit, me illi iam tertiùm scripsisse. Is ad me rescripsit, petiuitq; ut rationem dicerẽ: cur Tertiùm, ac nõ Tertiò scripsissem. Id etiã adscripsit, ut eadẽ, quid super illo quoq; mihi uideretur, facerẽ se certiorẽ, Tertiúmne COS. & Quartùm, an Tertiò & Quartò, dicendum esset: quoniam Romæ doctũ uirum dicere audisset, Tertiò & Quartò COS. nõ Tertiùm Quartumq; : Idq; in principio libri Cælium scripsisse: & Q. Claudium in lib. XI. C. Marium creatum septimò

Tertiùm Consul. Tertiò Cõsul.

COS.

COS. *dixisse. Ad hæc ego rescripsi nihil amplius, quã uerba M. Varr. hominis (opinor) quàm fuit Claudius cum Cælio, doctioris: quibus uerbis utrunq;, de quo ad me scripserat, decideretur. Nam & Varro satis apertè, quid dici oporteret, edocuit: & ego aduersus eum, qui doctus esse dicebatur, litem meam facere absens nolui. Verba M. Varronis ex libro Disciplinarum quinto hæc sunt: Aliud est, Quartò Prætorem fieri, & Quartùm: quòd Quartò locum adsignificat, ac tres antè factos: Quartùm tempus adsignificat, & ter antè factum. Igitur Ennius rectè conscripsit:*

Quartò Prætor. Quartùm Prætor.

Quintus pater Quartùm fit Consul.

Et Pompeius timidè, quòd in theatro, ne adscriberet Cõsul Tertiùm ac Tertiò, extremas literas non cõscripsit. Quod de Pompeio Varro breuiter & subobscurè dixit: Tyro Tullius Ciceronis libertus, in epistola quadam enarratiùs scripsit ad hunc fermè modum: Cùm Pompeius, inquit, ædem uictoriæ dedicaturus foret, cuius gradus uice theatri essent, nomenq; eius & honores inscriberentur: quæri cœptum est; utrum Consul Tertiò inscribendum esset, an Tertiùm. Eam rem Põpeius exquisitissimè retulit ad doctissimos ciuitatis. Cumq; dissentiretur, & pars Tertiò, alij Tertiùm scribendum contenderent: rogauit, inquit, Ciceronẽ Pompeius, ut quod ei rectiùs uideretur, scribi iuberet. Tũ Ciceronẽ iudicare de uiris doctis ueritũ esse, ne quorũ

Cõmodissimè theatrum uertas spectatorũ. θεάομαι enim spectare significat. Theatra autem domus erant publicæ spectatoriæ, multorum milia capaces, unde uel ludi, uel sacrificia spectarentur.

opinionem improbasset, ipsos uideretur improbasse. Persuasit igitur Pompeio, ut neq; Tertium, neq; Tertiò scriberetur, sed ad secundum usque T, fierent literæ, Tert. ut uerbo non perscripto res quidem demonstraretur, sed dictio tamen ambigua uerbi lateret. Id autem, quod & Varro & Tyro dixerunt, in eodem nunc theatro non est ita scriptum. Nam cùm multis annis postea scena, quæ prociderat, refecta esset: numerus tertij Consulatus non uti initio prioribus literis Tert. sed tribus tantùm lineolis III. incisis significatus est. In M. autem Catonis quarta Origine ita perscriptum est: Carthaginenses sextùm de fœdere decessêre. Id uerbum significat, quinquies antè eos fecisse contra fœdus, & tum Sextùm. Græci quoq; in significandis huiusmodi rerum numeris, τρίτον καὶ τέταρτον dicunt, quod congruit cum eo, quod Latinè dicitur Tertiùm Quartumq́;.

QVID ARISTOTELES DE NVMERO puerperij memoriæ mandauerit.

CAPVT II.

Partus quinque puerorũ Plin. lib. 7. cap. 3. huius monstrosi partus ratio nẽ reddere conatur.

ARistoteles Philosophus memoriæ tradidit, mulierem in Aegypto uno partu quinque pueros enixam, eumq́; esse finem dixit multijugæ hominum partionis, neq; plures unquam simul genitos compertum: hunc autem esse numerum ait rarißimum. Sed & diuo Augusto imperante, qui temporum eius historiã

scri

scripserunt, ancillam Cæsaris Augusti in agro Laurente peperisse quinq; pueros dicunt, eosq; pauculos dies uixisse: matrem quoq; eorum non multò pòst quàm peperit, mortuam: monumentumq; ei factum iussu Augusti in uia Laurentina: inq; eo scriptum esse numerum puerperij eius, de quo diximus.

Quippe q Nilus fluui us irrigans Aegyptũ fe tifer fiat, is est, augeat mulieribus pariẽdi ui

LOCORVM QVORVNDAM ILLVstrium collatio, contentioq; facta ex orationibus C. Gracchi & M. Catonis.

CAPVT III.

*Fortis ac uehemens orator existimatur esse C. Gracchus, nemo id negat: sed q nõnullis uidetur seuerior, acrior, amplior q; esse M. Tul. ferri id quî potest? Legebamus adeò nuper orationẽ Gracchi de Legibus promulgatis, in qua M. Mariũ, & quosdã ex municipijs Italicis honestos uiros, uirgis per iniuriã cæsos à magistratibus Po. Ro. quãta maximè inuidia potest, conqueritur. Verba hæc sunt, quæ super ea re fecit: Nuper Theanum Sidicinum Consul uenit, uxorẽ dixit in balneis uirilibus lauari uelle. Quæstori Sidicino à M. Mario datũ est negocium, uti balneis exigerentur, qui lauabantur. Vxor renunciat uiro, parum citò sibi balneas traditas esse, & parũ lautas fuisse. Idcircò palus * destitutus est in foro, eoq; adductus suæ ciuitatis nobilißimus homo M. Mari*, uestimẽta detracta sunt, uirgis cæsus est. Caleni, ubi id audierũt, edixerũt, ne quis in balneis lauisse uellet, cùm magistratus Ro. ibi esset.*

C. Gracchus.

Vbi aliàs uiri lauari solent.

* defixus

Ferentini ob eam caussam Prætor noster quæstores arripi iußit. Alter se de muro deiecit, alter prehensus, & uirgis cæsus est. In tam atroci re, ac tã misera atq; mœsta iniuriæ publicæ contestatione, ecquid est quod aut ampliter insigniterq́;, aut lachrymosè atq; miseranter, aut multa copiosaq́; inuidia, grauiq́; & penetrabili querimonia dixerit? breuitas sanè & uenustas & mundicies orationis est, qualis haberi fermè in comœdiarũ festiuitatibus solet. Itẽ Gracchus alio in loco ita dicit: Quanta libido, quantaq́; intemperantia sit hominum adolescentium, unum exemplum uobis ostendam: His annis paucis ex Asia missus est, qui per id tempus magistratum nõ ceperat, homo adolescens pro legato. Is in lectica ferebatur: ei obuiã bubulcus de plebe Venusina aduenit, & per iocum, cùm ignoraret qui ferretur rogauit, num mortuum ferrent. Vbi id audiuit, lecticam iußit deponi: struppis, quibus lectica deligata erat, usque adeò uerberari iußit, dũ animum efflauit. Hæc quidẽ oratio super tam uiolento atq; crudeli facinore, nihil profectò abest à quotidianis sermonibus.

M. Ciceronis uehemẽtia. *At cũ in simili caussa apud M. Tulliũ ciues Ro. innocẽtes uiri, contra ius, contraq́; leges uirgis cæduntur, aut supplicio extremo necantur, quæ ibi tunc miseratio? quæ comploratio? quæ totius rei sub oculos subiectio? quod, & quale inuidiæ, atq; acerbitatis fretum efferuescit? Animum herclè meum, cùm illa M. Cic. lego,*

imago

imago quædam, & sonus uerborum, & uocum, & eiulationum circumplectitur: uelut sunt ista, quæ de C. Verre dicit, quæ nos (ut in præsens potuimus) quantum memoria suppeditabat, adscripsimus. IPSE inflammatus scelere & furore, in forum uenit: ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emanabat. Expectabant omnes, quò tandem progressurus, aut quid'nam acturus esset: cùm repentè hominem proripi, atque in foro medio nudari, ac deligari, & uirgas expediri iubet. Iam hæc mediusfidius sola uerba, nudari ac deligari, & uirgas expediri iubet: tanti metus horrorisq; sunt, ut non narrari, quæ gesta sunt, sed rem geri prorsus uideas. Gracchus autem noster, non querentis neque implorantis, sed nunciantis uice: Palus, inquit, in foro * destitutus est, uestimenta detracta sunt, uirgis cæsus est. Sed enim M. Cice. præclarè, cum diutina repræsentatione, non cæsus est, sed cædebatur, inquit, uirgis in medio foro Messanæ ciuis Rom. quum intereà nullus gemitus, nulla uox illius miseri inter dolorem crepitumq; plagarũ audiebatur, nisi hæc: Ciuis Ro. sum. Hac commemoratione ciuitatis, omnia uerbera depulsurum, cruciatumq; à corpore deiecturum arbitrabatur. Complorationem deinde tam acerbæ rei, & odiũm in Verrem, detestationemq; apud ciues Rom. incẽsè atq; acriter atq; inflãmanter facit, cùm hæc dicit: O nomen dulce libertatis, ô ius eximium nostræ ciuitatis,

* defixus

tis, ô lex Portia, legesq́; Semproniæ, ô grauiter desiderata, & aliquando reddita plebi Rom. Tribunitia potestas. Huccine tandem hæc omnia reciderunt, ut ciuis Rom. in prouincia Pop. Rom. in oppido fœderatorum, ab eo, qui beneficio Pop. Rom. fasces ac secureis haberet, deligatus in foro uirgis cæderetur? Quid, cùm ignes, ardentesq́; laminæ, ceteriq́; cruciatus admouebantur? Si te acerba illius imploratio, & uox miserabilis non leniebat, ne ciuiũ quidem Rom. qui tum aderant, fletu gemituq́; maximo commouebare? Hæc M. Tul. atrociter, grauiter, copiosè, apteq́; miseratus est. Sed si quis est tam agresti aure ac tam hispida, quem lux ista & amœnitas orationis, uerborumq́; modificatio parùm delectat, amat autem priora idcircò, quòd incompta, & breuia, & non operosa, sed natiua quadam suauitate sunt, quodq́; in ijs umbra & color, quasi opacæ uetustatis est, si quid iudicij habet; consideret in caussa pari M. Catonis hominis antiquioris orationem, ad cuius uim & copiam Gracchus nec aspirauit: intelliget (opinor) Catonem contentum eloquentia ætatis suæ nõ fuisse: & id iam tum facere uoluisse, quod Cicero posteà perfecit. In eo nanq; libro, qui de falsis pugnis inscriptus est, ita de Quinto Thermo conquestus est: Dixit à Decemuiris parum sibi benè cibaria curata esse. Iussit uestimenta detrahi, atque flagro cædi. Decemuiros Brutiani uerberauêre, uidêre multi mor-

M. Catonis excellens oratio.

ti mortales. Quis hanc contumeliam, quis hoc imperium, quis hanc seruitutem ferre potest? Nemo hoc Rex ausus est facere. Ea'ne fieri bonis, bono genere natis, boni consulitis? Vbi societas? ubi fides maiorum? insignitas iniurias, plagas, uerbera, uibices, eos dolores atq; carnificinas, per dedecus atq; maximam contumeliam (inspectantibus popularibus suis, atq; multis mortalibus) te facere ausum esse? Sed quantum luctum, quantumq; gemitum, quid lachrymarum, quantumq; fletuum factum audiui? Serui iniurias nimis ægrè ferunt: quid illos bono genere natos, magna uirtute præditos, opinamini animi habuisse, atque habituros dum uiuent? Quod Cato dixit, Brutiani uerberauere: ne quis fortasse de Brutianis requirat, id significat: Cùm Annibal Pœnus cum exercitu in Italia esset, & aliquot pugnas Pop. Rom. aduersas pugnauisset: primi totius Italiæ Brutij ad Annibalem desciuerunt. Id Ro. ægrè paßi, postquàm Annibal Italia deceßit, superatiq; Pœni sunt, Brutios ignominiæ caussa non milites scribebant, nec pro socijs habebant, sed magistratibus in prouincias euntibus parêre, et præministrare seruorum uicem iusserunt. Itaque ij sequebantur magistratus, tanquam in scenicis fabulis, qui dicebantur lorarij, & quos erant iußi, uinciebant, aut uerberabant. Quot autem ex Brutijs erant, appellati sunt Brutiani.

Brutiani.

Genus li&orum erat in Comœdijs, Latinis sic

C.Grac-

appellatũ quod dominorũ iussu seruos detrectãtes imperia, aut segniùs obeuntes, loris cæderent.

C Gracchus.) Tribuit huic Graccho summam eloquentiam Cicero, sed animum patriæ amãtiorem in eo desiderat: ita enim, inquit de Oratore: T. & C. Gracchos omnibus naturæ & doctrinæ præsidijs paratos, Remp. illa præclara eloquentia sua euertisse.

Contraq; leges.) Quibus cauebatur, ut ciuis Romanus ubicunq; gentium esset, quæ sub imperio Romano esset, à ui liber & immunis esset, tantùm cõmemoratione uerbi, Romanus ciuis sum. Sunt autem ciues Romani, non solùm qui Romæ habitant, uerùm omnes qui Romano utuntur iure.

QVOD P. NIGIDIVS ARGVTISSIME docuit, nomina non positiua esse, sed naturalia.

CAPVT IIII.

Nomina uerbaq;, non positu fortuito, sed quadam ui & ratione naturæ facta esse, P. Nigidius *in Grammaticis commentarijs docet, rem sanè in philosophiæ dissertationibus celebrem. Quæri enim solitum apud philosophos,* φύσει τὰ ὀνόματα ἢ θέσει. *In eam rem multa argumenta dicit, cur uideri possint uerba esse naturalia magis quàm arbitraria: ex quibus hoc uisum est lepidum & festiuum:* Vos, *inquit, cùm dicimus, motu quodam oris conueniente cum ipsius uerbi demonstratione utimur, & labias sensim primores emouemus, ac spiritum atq; animam porrò uersum, et ad eos, quibus cum sermocinamur, intendimus. At contrà cùm dicimus:* Nos, *neq; profuso intentoq; flatu uocis, neq; proiectis labijs pronunciamus, sed & spiritũ & labias, quasi intra nosmetipsos coërcemus.* Hoc itẽ *fit & in eo, quod dicimus:* Tu, & *ego,* & Tibi, & Mibi. Nam

Vos inquit.) Apud Græcos non est eadẽ ratio, tametsi in reliquis similitudo apparet: utrũq; enim spiritu aspero & proiecto pronunciatur. Vna enim per u.

bi. Nam ſicuti cùm adnuimus, & abnuimus, motus quidem ille uel capitis uel oculorum, à natura rei quam ſignificat, non abhorret: ita in his uocibus quaſi geſtus quidam oris & ſpiritus naturalis eſt. Eadem ratio eſt in Græcis quoq; uocibus, quam eſſe in noſtris animaduertimus.

altera per u, quarum utrarumq; eadem eſt pronunciatio.

AVARVS, SIMPLEX NE VOCABVLVM ſit, an compoſitum & duplex, ſicut P. Nigidio uidetur.

CAPVT V.

Avarus, non ſimplex uocabulum, ſed iunctum copulatumq; eſſe, Nigidius dicit in commentariorum undetriceſimo: Auarus, inquit, appellatur, qui auidus æris eſt: ſed in ea copula, e, inquit, litera, detrita eſt. Item Locupletum ait dictum ex compoſitis uocibus, qui pleraq; loca, hoc eſt, qui multas poſſeßiones tenet. Sed probabilius id firmiusq; eſt, quod de Locuplete dicit: nam de auaro ambigitur. Cur enim non uideri poßit ab uno ſolùm uerbo inclinatum, quod eſt Aueo? eademq; eſſe factura, qua eſt Amarus? de quo nihil dici poteſt, quin duplex non ſit.

Auarus.

Locuples. Nam & Pli. hanc locupletis etymologiã eſſe dicit lib. Natu. hiſto. 18. cap. 3.

MVLCTAM DICTAM ESSE AB AEDILIbus plebis Appij Cęci filię mulieri nobili, quòd locuta eſſet petulantiùs.

CAPVT VI.

Non in facta modò, ſed in uoces etiam petulantiores publicè uindicatum eſt. Ita enim debere eſſe uiſa eſt Romanæ diſciplinæ dignitas inuiolabilis.

Appii Cæci filiæ libertas punita.

Appij

Appij năq; illius Cæci filia, à ludis, quos spectauerat, exiens, turba undiq; confluentis fluctuantisq; populi iactata est: atq; indè egressa, cùm se malè habitam diceret: Quid enim in me nunc factum esset, inquit, quãtoq; arctiùs preßiusq; conflictata essem, si P. Claudius frater meus nauali prælio classem nauium cum ingẽti ciuium numero non perdidisset? certè quidem maiore nunc copia populi oppressa intercidissem. Sed utinam, inquit, reuiuiscat frater, aliamq; classem in Siciliã ducat, atq; istam multitudinem perditum eat, quæ me malè nunc miseram conuexauit. Ob hæc mulieris uerba, tam improba, ac tam inciuilia, C. Fundanius, & Tib. Sempronius Aediles plebei mulctã dixerũt ei æris grauis XXXV. *milia. Id factũ esse dicit Capito Atteius, in commentario de Iudicijs publicis, bello Punico primo, Fabio Licinio, & T. Acilio Crasso Consulibus.*

Ob hæc mulieris uerba.) Florus breuiter sic denarrat historiã in Epithomate: Claudia soror, inquit, P. Claudij eius, qui cõtemptis auspicijs malè pugnarat, à ludis reuertens, cum turba premeretur, dixit: Vtinam frater meus uiueret, iterumq; classem in Siciliam duceret, ob eam caussam mulctata est.

FLVMINVM QVAE VLTRA IMPERium Romanum fluunt, prima magnitudine esse Nilũ, secunda Istrum, Proxima Rhodanum, sicut M. Varronem memini scribere.

CAPVT VII.

Omnium

OMnium fluminum, quæ in maria, quà imperiũ Romanum est, fluunt, quam Græci τὴν ἔσω θάλασσαν appellant, maximum esse Nilum consentitur, proxima magnitudine Istrum scripsit Sallustius. Varro autem, cùm de parte orbis, quæ Europa dicitur, disscreret: in tribus primis eius terræ fluminibus Rhodanum esse ponit: per quod uidetur eum facere Istro æmulum. Istrus enim quoq; in Europa fluit.

Nilus. Istrus.

Rhodanus

INTER IGNOMINIAS MILITARES quibus coërcebantur, fuisse sanguinis dimissionem. Et quæ'nã esse uideatur caussa huiuscemodi castigationis.

CAPVT VIII.

FVit hæc quoq; antiquitùs militaris animaduersio, iubere ignominiæ caussa militi uenam solui, & sanguinẽ* dimitti. Cuius rei ratio in literis ueteribus, quas equidem inuenire potui, nõ extat: sed opinor factum hoc primitùs in militibus stupentis animi, atq; à naturali habitu declinantis, ut nõ tam pœna quàm medicina uiderttur. Posteà tamen ob pleraq; alia delicta, idem factitatum esse credo per consuetudinem, quasi minus sani uiderentur omnes, qui delinquerent.

Sanguinis emissio ignominiosa.

*mitti.

Vnde Stoici animi uicia morbos appellant, ob id maximè dãda est opera, ut fit mens sana in corpore sano.

Sanguinem dimitti.) Hippocrates in lib. de proportione hominis ad Ptolomæum regẽ inquit: Admodùm utile est homini uenas incidere, & sanguinem minuere; maximè in Vere, quo abundat sanguis, potissimum in iuuenibus & ætate uigentibus, unde hortatur, ut si Veris tempore ægrotet iuuenis, nullum remedium nisi sanguinis remissionem quærat. Vnde añt fit ad ignominã trãslatum non apparet, nisi coniecturis agere uelimus.

QVI-

QVIBVS MODIS, QVO'QVE HABITV acies Rom. instrui solita sit, quæq; earum instructionum sint uocabula.

CAPVT IX.

Vocabula militaria.

VOcabula sunt militaria, quibus instructa certo modo acies appellari solet, frons, subsidia, cuneus, orbis, globus, forfices, serra, alæ, turres. Hæc & quædā item alia inuenire est in libris eorū, qui de militari disciplina scripserunt. Tralata aūt sunt ab ipsis rebus, quæ ita propriè nominātur, earumq; rerū in acie instruenda sui cuiusq; uocabuli imagines ostenduntur.

QVAE EIVS REI CAVSSA SIT, QVOD & Græci ueteres, & Romani anulum in eo digito gestauerunt, qui est in manu sinistra minimo proximus.

CAPVT X.

Anuli gestatio.

VEteres Græcos anulum habuisse in digito accepimus sinistræ manus, q̄ minimo est proximus. Romanos quoq; homines aiunt, sic plerunq; anulis usitatos. Caussam esse huius rei Appion in libris Aegyptiacis hanc dicit, quòd insectis apertisq; humanis corporibus, ut mos in Aegypto fuit, quas Græci ἀνατομὰς appellant, repertum est, neruum quendam tenuißimū, ab eo uno digito, de quo diximus, ad cor hominis pergere ac peruenire. Propterea non inscitum uisum esse, eum potißimū digitum tali honore decorādum, qui continens & quasi connexus esse cùm principatu cordis uideretur.

Anulum

Anulum in digito.) De anulo Macrob. lib. 7. ca. 13. aliam aſsignat rationem. Pollex enim quia per ſe ſatis polleat, nec indigeat alio externo uel accerſito honore. Index uero quia ex una parte ſolus ſit, & ut ita dicam, deſertus, indignus eſſe uideatur honore. Medius autem longiſsimus ſit, ita ut ſatis etiam per ſe honoris habere exiſtimetur. Minimus autem omnium indigniſsimus. Anularis uerò ille, qui inter minimum & longiſsimum ſit, maximè indigeat aliquo honore, quo à cæteris illuſtrior fiat.

ἀνατομάς.) Membratim & articulatim quũ hominis nerui inciduntur, ut medici de corpore integro, qua parte laboret, faciliùs iudicare queant. Hanc incidendi artem Galenus in libro de locis affectis Anatomicam uocat, indicátque maximè neceſſariam eſſe futuro medico.

VERBVM MATVRE QVID SIGNIFIcet, quæq; uocis eius ratio ſit: & quòd eo uerbo uulgus hominum improprié utitur. Atq; inibi, quòd Præcox declinatum, præcocis facit, non præcoquis.

CAPVT XI.

Maturè nunc ſignificat properè & citò, contrà ipſius uerbi ſententiam. Aliud enim eſt Maturè. Macrob. li. 7. cap. 8. *Maturè, quàm quod dicitur properè.* P. Nigidius *homo in omnium bonarum artium diſciplinis egregius: Maturè, inquit, eſt, quod neque citius eſt, neque ſerius, ſed medium quiddam & temperatum eſt.* Benè atque propriè Nigidus. *Nam & in frugibus, & in pomis matura dicuntur, quæ neque cruda & immitia* Matura. *ſunt, neque caduca & decocta, ſed tempore ſuo adulta maturatáque. Quoniam autem id, quod non ſe-*

gniter fiebat, maturè fieri dicebatur, progressa plurimum uerbi significatio est: & non iam quod non segniùs, sed quod festinantiùs fit, id fieri maturè dicitur: quando ea, quæ præter sui temporis modum properata sunt, immatura ueriùs dicantur. Illud uerò Nigidianum rei atque uerbi temperamentum, diuus Augustus, duobus Græcis uerbis elegantißimè exprimebat. Nam & dicere in sermonibus, & scribere in epistolis solitum esse aiunt, σπεῦδε βραδέως. Per quod monebat, ut ad rem agẽdam simul adhiberetur & industriæ celeritas, & diligentiæ tarditas: ex quibus duobus cõtrarijs fit maturitas. Vergilius quoque (si quis animũ attendat) duo ista uerba Properare & Maturare, tanquàm planè resonantia cõtraria, scitißimè separauit in hisce uersibus:

Maturitas. Maturare.

Frigidus agricolam si quando continet imber,
Multa forent quæ mox cœlo properanda sereno,
Maturare datur.

Elegantißimè ista duo uerba diuisit. Nanq; in properatu rei rusticæ, per tempestates pluuiasq; quum ocium est, maturari potest: per serenas, quum tempus instat, properari necessum est. Quum significandum autem est coactiùs quid factum & festinantiùs, tum rectiùs præmaturè factum id dicitur, quàm maturè: sicut Affranius dixit in Togata, cui Titulus nomen est:

Properare.

Appe-

Appetis dominatum demens præmaturè præcocem. Præmaturè.
In quo uersu animaduertendum est, quod Præcocem, inquit, nõ Præcoquem. Est enim casus eius rectus non Præcoquis, sed Præcox. Præcox.

DE PORTENTIS FABVLARVM, QVAE Plinius Secund⁹ indignissimè in Democritum philosophũ cõfert. Et ibidem de simulachro uolucri columbæ.

CAPVT XII.

Librum esse Democriti nobilißimi philosophorum, de ui & natura Chamæleontis, eumquè se legisse. Plinius Secundus in Naturalis historiæ uigesimioctaui refert: multáque uana & intoleranda auribus, deinde quasi à Democrito scripta tradit, ex quibus pauca hæc inuiti meminimus, quia pertæsum est: Accipitrem auem rapidißimam à Chamæleonte humi reptante, si eum fortè superuolet detrahi, & cadere ui quadam in terram, cæterisquè auibus laniandum sese sponte sua obijcere ac dedere. Item aliud ultra humanam fidem: Caput & collum Chamæleontis si uratur ligno, quod appellatur robur, imbres & tonitrua de repentè fieri: idq; ipsum usu uenire, si iecur eiusdem animalis in summis tegulis uratur. Item aliud, quod hercle an ponerem dubitaui, ita est deridiculæ uanitatis: nisi idcircò planè posui, quòd oportuit nos dicere, quid de istiusmodi admirationum fallaci illecebra sentiremus, qua ple-

Chamæleontis natura. Vide Plinium li. 10. cap. 40.

plerunq; capiuntur, & ad perniciem elabūtur ingenia maximè solertia, eaq; potissimùm, quæ discendi cupidiora sunt. Sed redeo ad Plinium: Sinistrum pedem ait chamæleontis, * ferro & igni calefacto torreri, cùm herba, quæ appellatur eodem nomine chamæleon, & utrunq; macerari unguento, colligiq; in modum pastilli, atque in uas mitti ligneum: & eum, qui id uas ferat, etiam si is in medio palàm uersetur, à nullo uideri posse. His portentis atq; præstigijs à Plinio Secundo scriptis, non dignum esse cognomine Democriti puto uel illud, quale est quod idē Plinius in decimo libro Democritum scripsisse asseuerat: Aues quasdam esse certis uocabulis, & earum auium cōfuso sanguine gigni serpentem: eum si quis ederit, linguas auium et colloquia interpretaturum. Multa autem uidentur ab hominibus malè solertibus huiuscemodi commenta in Democriti nomen data, nobilitatis autoritatisq; eius perfugio utentibus. Sed id, quod Archytam Pythagoricum commentum esse, atq; fecisse traditur, neq; minus admirabile, neque tamen uanum æquè uideri debet. Nam & pleriq; nobilium Græcorum, & Phauorinus philosophus memoriarum ueterum exequentißimus, affirmatißimè scripserunt, simulachrum columbæ è ligno Archyta ratione quadam disciplinaq; mechanica factum uolasse: ita erat scilicet libramentis suspensum, & aura spiritus inclusa atq; occulta concitum. Libet herclè

* Ex Plin. legendũ uidetur, in furno igni calefacto, li. 28. ca. 8.

Memoria.

Columbæ ligneæ uolatus.

hercle super re tam abhorrenti à fide ipsius Phauori*ni uerba ponere:* Ἀρχύτας ταραντῖνος φιλόσοφος ἅμα καὶ μηχανικὸς ὢν ἐποίησε περιστερὰν ξυλίνην πετομένην ἥτις εἴποτε καθίσειεν οὐκ ἔτι ἀνίστατο μέχρι γὰρ τούτου.

Plinius secundus.) Apparet hoc loco Gellium magis ex affectu quàm animo loquutum esse: quandoquidem Plin. hæc omnia refert non tanquam à se credita, sed à Græcorum uanitate conficta: id quod facilè perspicit quisquis librum X. id genus magis respersum euoluerit. Arbitror autem caussam Gellio fuisse, quòd nondum seculorum memoria probatus fuerit tū Plinius. Fit enim sæpenumerò in re literaria, ut quæ in antiquis ad miraculum usq; probemus, ea in recentioribus minimè legere dignemur: neq; ulla in re sæpius labitur eruditorum iudicium. Hæc Herm. Barbarus.

Accipitrem auem rapidissimam.) Omnia enim accipitrum genera ex rapinis uiuunt, idq; alterius generis auium, maximè columbarum, Plin. lib. 10. ca. 8.

CVM PARTIM HOMINVM, QVA RAtione dixerint.

CAPVT XIII.

PArtim hominum uenerũt, plerunq; dicitur: quod significat, pars hominum uenit, id est, quidam homines. Nam partim hoc in loco aduerbium est, neq; in casus inclinatur: sicuti, cum partim hominum, dici potest, id est, cum quibusdam hominibus, & quasi cum quadam parte hominũ. M. Cato in oratione de re Floria ita scripsit: Ibi pro scorto fuit, in cubiculum subreptitauit è conuiuio: cùm partim illorum iam sæpè ad Partim hominum. Cũ partim hominum.

eundem modum erat. Imperitiores autem, cùm partim legunt tanquàm declinatum sit quasi uocabulum, non dictum quasi aduerbium. Sed Q. Claudius XXI. Annali insolētiùs paulò hac figura est ita usus: Eum enim cum partim copijs hominum adolescentium placētem sibi. Item Qu. Claudij in XXIII. Annali, uerba hæc sunt: Sed idcircò me fecisse, quod utrū negligentia partim magistratum, an auaricia, an calamitate Po. Rom. euenisse dicam, nescio.

Partim hominum.) Certum est in id genus loquutionibus, Partim aduerbium usurpari pro eo nominis casu, quem significatio & sensus requirit, id quod persuaderi potest, tum ex significatione, tum ex præpositionis natura, quę postulat ablatiuum post se. Neq; hoc nouum adeò uideri debet, cùm etiam nomina pro aduerbijs usurpauerit Vergilius, ut horrendum clamat.

INIVRIA MIHI FACTVM ITVR, quali uerborum ordine Cato dixerit.

CAPVT XIIII.

Iniuria factum itur.

Audio illi iniuriam factum iri, Audio contumeliam dictum iri, uulgò quoq; ita dici, & istam esse uerborum figuram iam in medio loquendi usu, idcirco exemplis supersedeo. Sed, Cōtumelia illi, uel, Iniuria factum itur, paulò est remotius. Exēplum igitur ponemus. M. Cato pro se contra C. Caßium: Atque euenit ita Quirites, uti in hac contumelia, quæ mihi per huiusce petulantiam factū itur, Rei quoq; publicæ medius fidius miserear Quirites. Sicut autem cōtumeliam

factum

factum iri, significat iri ad cõtumeliam faciandam, id est, operam dari quò fiat contumelia: ita contumelia factum itur, casu tantùm immutato idem dicit.

DE FLAMINIS DIALIS, DE'QVE FLAMINICAE caeremonijs: Verbaq; ex edictio praetoris apposita, quibus dicit, non coacturum se ad iurandum, neque uirgines * Vestae, neq; Diales. *Vestales

C A P V T XV.

Caeremoniae impositae Flamini Diali multae, item casus multiplices, quos in libris, qui de Sacerdotibus publicis compositi sunt, item in Fabij Pictoris librorum primo scriptos legimus. Vnde haec fermè sunt, quae commeminimus: I. Equo Dialem Flaminem uehi, religio est. II. Classem procinctam extra pomoerium, id est, exercitum armatum uidere: idcircò rarenter Flamen Dialis creatus consul est; quum bella Consulibus mandabantur. III. Item iurare Dialem, fas nunquàm est. IIII. Item anulo uti, nisi peruio cassoq; fas non est. V. Ignem è Flaminia, id est, Flaminis Dialis domo, nisi sacrũ efferri, ius non est. VI. Vinctũ, si aedes eius introierit, solui necessum est, & uincula per impluuiũ in tegulas subduci, atq; indè foras in uiam demitti. VII. Nodum in apice, neq; in cinctu, neq; in alia parte ullum habet. VIII. Si quis ad uerberandũ ducatur, si ad pedes eius supplex procubuerit, eo die uerberari piaculum est. IX. Capillum Dialis, nisi qui liber homo est, non detonset. X. Capram & carnem Flaminis Dialis caeremoniae. Antiquè di-

xit Gellius pro deton-dear.

incoctam, & hederam, & fabam, neque tangere Diali mos est, neq; nominare. XI. *Propagines è uitibus altius protentis non succidet.* XII. *Pedes lecti in quo cubat, luto tenui circumlitos esse oportet, & de eo lecto trinoctium continuum non decubat: neque in eo lecto cubare alium fas est, neque apud eius lecti fulcrum, capsulam esse cum strue atq; ferro oportet.* XIII. *Vnguium Dialis & capilli segmina, subter arborem siliquam terra operiuntor.* XIIII. *Dialis quotidiè festatus est.* XV. *Ac sine apice sub diuo esse licitum nō est, sub tecto uti libet, & non pridem à pontificibus cōstitutum. Masurius Sabinus scripsit & alia quædam remissa, gratiamq; aliquot cæremoniarum factā dicit.* XVI. *Farinam fermento imbutam attingere ei fas nō est.* XVII. *Tunicam intimam, nisi in locis tectis, non exuit, ne sub cœlo tanquàm sub oculis Iouis nudus sit.* XVIII. *Super Flaminem Dialem in conuiuio, nisi rex sacrificulus, haud quisquam alius accumbit.* XIX. *Vxorem si amisit, flaminio decedit.* XX. *Matrimonium Flaminis, nisi morte dirimi, non est ius.* XXI. *Locum, in quo bustum est, nunquàm ingreditur.* XXII. *Mortuum nunquàm attingit: funus tamen exequi non est religio. Eædem fermè cæremoniæ sunt, quas Flaminicas sacerdotissas Dialis seorsum aiunt obseruitare, ueluti est:* I. *Quòd benè nato operitur.* II. *Et quòd uirica surculum de arbore * siliqua habet.* III. *Et quòd scalas*

Fulcra sunt mæ lectorū sunt partes quæ toros sustinent, à fulciendo, uel sustinendo sic dicta.

Flaminicarum Dialiū cæremonię.

* aliâs, felici

scalas. quæ Græcè κλίμακες appellantur, eas ascendere ei plus tribus gradibus religiosum est. III I. *Atque etiam quum it ad Argeos, quòd neq; comit caput, neq; capillum depectit. Verba prætoris ex Edicto perpetuo de Flamine Diali, & de sacerdote Vestæ adscripsi: Sacerdotem Vestalem & Flaminē Dialem in omni mea iurisdictione iurare non cogam. Verba M. Varronis ex secundo rerum Diuinarum super Flamine Diali hæc sunt: Is solus album habet galerū, uel quòd maximus est, uel quòd Ioui immolata hostia albato fieri oporteat.*

Argeos quid sit, docet Beroald. in Annot.

Verba Varronis.

Festatus est.) Sunt, qui legendum putent, testatus est, ut sit sensus: quocunq; loco decedat, testamentum condidisse uidetur, neq; mori intestatus.

Ad Argeos.) Ad sacra Argeorum, quibus uirgines Vestales scirpeas effigies in Tiberim iaciebant, quas ipsas, autore Festo Pompeio, Argeos appellabant, haud dubiè à loci nomine, qui sic dictus est, quòd isthic Hercules cum Argiuis principibus sit situs & sepultus: sic enim tradit M. Varro. Et meminit istius rei obiter etiam T. Liuius ab urbe condita.

QVOS ERRORES IVL. HIGINVS IN *c*. Vergilij animaduerterit in historia Roman. errratos.

CAPVT XVI.

Vergiliū ab hac calūnia Pontanus in Antonino uindicat.

REprehendit Higinus Vergilium, correcturumque eum fuisse existimat, quod in libro sexto scriptum est: Palinurus est apud inferos, petens ab Aenea, ut suum corpus requirendum & sepeliendum curet. Is hæc dicit:

Eripe me his inuicte malis, aut tu mihi terram
Iniice (nanq; potes) portusq; require Velinos.

Velinus portus.

Quo, inqt, modo aut Palinurus nouisse, aut nominare potuit portus Velinos? & Aeneas ex eo nomine locũ inuenire? quum Velia oppidum, à quo portum, qui in eo loco est, Velinũ dixit, Seru. Tullio regnante Romæ, post annum amplius sexcentesimũ, quàm Aeneas in Italiam uenit, conditum in agro Lucano, & eo nomine appellatum est. Nam qui ab Harpalo, inquit, regis Cyri præfecto, ex terra Phocide fugati sunt, alij Veliam, partim Maßiliam condiderunt. Inscitißimè igitur petit, ut Aeneas portum Velinum requirat, quum id nomen eo tempore fuerit nusquàm gentium. Neq; simile, inqt, illud uideri debet, quod est in primo carmine,

Italiam fato profugus, Lauinia uenit
Littora.

Aut quod æquè inest sexto libro:

Chalcidicaq; leuis tandem superastitit arce.

Id est, quando describitur id, quod postea fit. Sic Sallust. Plebs sacrũ montẽ insedit, quũ tamen sacer mõs dictus sit post insessionem plebis.

Quoniam Poëtæ ipsi quædã κ[illegible] πρόληψιν historiæ dicere ex sua persona concedi solet, quæ facta ipse postea scire potuit: sicut Vergilius sciuit de Lauinio oppido, & de Colonia Chalcidensi. Sed Palinurus quî potuit, inquit, scire ea, quæ post annos sexcentos facta sunt? nisi quis eum diuinasse apud inferos putat, perinde ut animæ defunctorum solẽt? Sed & si ita accipias, quanquàm nõ ita dicitur, Aeneas tamen, qui non diuinabat,

nabat, quo pacto potuit requirere portum Velinum? cui nomen tūc (sicuti diximus) nullū usquàm fuit. Item hoc quoq; in eodem libro reprehendit, & correcturū fuisse Vergilium putat, nisi mors occupasset. Nam cùm Thesea, inquit, inter eos nominasset, qui ad inferos adissent ac redissent, dixissetq;:

-Quid Thesea? magnum-
Quid memorē Alcidē? & mi genus ab Ioue summo est.

Posteà tamen infert:

-Sedet, æternumq; sedebit-
Infelix Theseus.

Qui autem, inquit, fieri potest, ut æternum apud inferos sedeat, quem suprà cùm ijs nominat, qui descenderint illuc, atq; inde rursum euaserint: præsertim cùm ita sit fabula de Theseo, atq; sic Hercules eum euellerit è petra, & in lucem ad superos eduxerit? Item in his uersibus errasse Vergilium dicit:

Eruet ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenas,
Ipsumq; Aeaciden genus armipotentis Achilli,
Vltus auos Troiæ, templa & temerata Mineruæ.

Pelopōnesi urbs est, cui Agamēnon præfuerat. Dictæ sunt aūt Mycenę à μυκάομαι, q mugio significat, qd ibi bos quidam locum urbi determinans, mu

Confudit, inquit, & personas diuersas, & tempora. Nam neq; eodem tempore, neq; per eosdem homines, cum Achæis & cum Pyrrho bellatum est. Pyrrhus enim, quem dicit Aeacidem, de Epiro in Italiam transgressus, cum Romanis depugnauit aduersus Manium Curium in eo bello ducem. Argiuum autem bellum, id est,

gitū ædiderit, autor est Stephanus & Strabo.

est Achaicum, multis pòst annis L. Mummio imperatore gestum est. Potest, inquit, igitur medius eximi uersus, qui de Pyrrho importunè immissus est, quem Vergilius proculdubiò excempturus (inquit) fuit.

Nam cùm Thesea.) Non dicit Verg. Thesea hunc rediisse, sed tantùm multorum heroum conatus ostēdens, quibus minus q̄ sibi licere debebat. Hæc uerba de Theseo dicit, per occupationem ipse, subinducens exemplū hoc de Theseo, cum superioribus non æquè efficax esse, id quod testatur Seruius. Neq; enim tam solicitus fuit Ennius de reditu ab inferis, quàm de descensu.

Qui autem fieri potest?) Est & alia huic cōtraria fabula, quæ Theseum Pyrithoi amici liberandi caussa descēdisse ait. Verùm spe frustratum, audaciæ pœnas per petuò illic luere, cuius fabulæ meminit & Seruius. Opinor ergò Verg. uarietatē fabulosæ antiquitatis expressisse dedita opera, quò scilicet indicaret posteris, nihil planè incognitū sibi fuisse: id quod in uariis, & sibi mutuò aduersis uocū etymologiis significandis, tum & ritibus ueterum cæremoniarum exprimendis, sequutū obseruat exquisitissimus enarrator Vergilii Macrobius, in Saturnaliciis disputationibus.

QVAM OB CAVSSAM, ET QVALI modo Democritus Philosophus luminibus oculorū sese priuauerit, & super ea re uersus Laberii, purè admodum & uenustè facti.

CAPVT XVII.

Democriti excæcatio.

DEmocritum Philosophum in monumentis historiæ Græcæ scriptum est, uirum præter alios uenerandū, autoritateq; antiqua præditum, luminibus oculorum sua sponte se priuasse: quia existimaret, cogitationes cōmentationesq; animi sui in contēplandis naturæ rationibus uegetiores & exactiores fore, si ea

uidens

uidendi illecebris, & oculorum impedimentis liberasset. Id factum eius, modumq; ipsum, quo cæcitatē facilè solertia subtilißima consciuit, Laberius Poëta in Mimo, quem scripsit rectiorē, uersibus quidē satis mūdè atq; graphicè factis, descripsit: sed caussam uolūtariæ cæcitatis finxit aliam, uertitq; in eā rem, quam tū agebat, nō inconcinniter. Est enim persona, quæ hoc apud Laberium dicit, diuitis auari & parci, sumptum plurimum ἀσωτίαντε *& propinationem adolescentis filij deplorantis. Versus Laberiani hi sunt:*

Laberius.

Potationes Nam ποτινὴν ram apud Græcos, quām Latinos adbibo significat. Alij legunt propinatio nem

Democritus Abderites physic⁹ philosophus, clypeū
Constituit contra exortum Hyperionis, oculos
Effodere ut posset splendore æreo: ita radijs
Solis aciem effodit luminis, malis benè
Esse ne uideret ciuibus: sic ego
Fulgenti splendore in pecuniam uolo
Lucificare exitium ætati meæ,
Ne in re bona uideam esse nequam filium.

Abderites.) Ab Abdera Thraciæ urbe, autore Diogene Laërtio, qui ex uacuo omnia constare dixit, atq; atomis, quod fuit in caussā, cur apud Arist. non tāntæ habeātur autoritatis, quantam alioqui merebatur.

Exortū Hyperionis.) Apud Græcos, & potißimū Homerū, Hyperion epitherō solis est, quòd scilicet suo motu supra nos incedat, id q̄d nobis indicat ipsum nomen.

HISTORIA DE ARTEMISIA, DE QVE eo certamine, quod apud Mausoli sepulchrum à scriptoribus inclytis decertatum est.

CA-

CAPVT XVIII.

Artemisia. Mausolus.

Artemisia Mausolum uirū amasse fertur, supra omneis amorum fabulas, ultraq; affectionis humanæ fidem. Mausolus aūt fuit, ut M. Tullius ait, rex terræ Cariæ: ut quidam Græcarum historiarū scriptores dicunt, prouinciæ Græcæ præfectus, quem σατράπην Græci uocāt. Is Mausolus ubi fato perfunctus est, & inter lamenta & manus uxoris funere magnifico sepultus est: Artemisia luctu atq; desiderio mariti flagrans, ossa cineremq; eius mixta odoribus, cōtusaq; in pulueris faciem, aquæ indidit, ebibitq;, multaq; alia ui olenti amoris indicia fecisse dicitur. Molita quoq; est ingenti impetu operis, conseruandæ mariti memoriæ caussa sepulchrū illud memoratißimū, dignatumq; numerari inter septem omniū terrarū spectacula. Id monumētum Artemisia cùm dijs manibus sacris Mausoli dicaret, agona, id est, certamen laudibus eius dicūdis facit: ponitq; præmia pecuniæ, aliarumq; rerum bonarum amplißima. Ad eas laudes decertandas uenisse dicūtur uiri nobiles ingenio, atq; lingua præstabili Theopompus, Theodectes, Naucrites. Sunt etiā, qui Isocratem ipsum cū ijs certauisse memoriæ mandauerint. Sed eo certamine uicisse Theopompum iudicatū est. Is fuit Isocratis discipulus. Extat nunc quoq; Theodectis tragœdia, quæ inscribitur Mausolus, in qua eum magis quàm in prosa placuisse, Higinus in exemplis refert.

Fab. Quintilianus ad imitationē Græcorum, ueteres Latinos genitiuū eiusmodi nominū

NON

NON PVRGARI NEQVE LEVARI peccatum, cùm prætenditur peccatorum, quæ alij quoque peccauerunt, similitudo: atque inibi uerba ex oratione super ea re Demosthenis.

in es, in iex tulisse tradit, non quẽ admodũ hodie in is.

CAPVT XIX.

*INceßebat quępiam Taurus Philosophus seuera atque uehementi obiurgatione adolescentem, à rhetoribus & facundiæ studio ad disciplinas Philosophiæ trãsgreßum, quod factum quiddam esse ab eo diceret inhonestè & improbè. At ille non ibat inficias fecisse, sed id solitum esse fieri defendebat, turpitudinéque delicti, exemplorũ usu & * consuetudinis uenia deprecabatur. Atque ibi Taurus isto ipso defensionis genere irritatior. Homo, inquit, stulte & nihili, si te à malis exẽplis autoritates & rationes Philosophiæ nõ abducũt, ne illius quidẽ Demosthenis uestri sententia tibi in mentem uenit? quæ, quia lepidis & uenustis uocum modis uincta est, quasi quædam cantilena rhetorica, faciliùs adhærere memoriæ tuæ potuit. Nam si me, inquit, non fallit, quod quidem in priori pueritia legerim, uerba hæc sunt Demosthenis aduersus eum, qui (ut tu nunc facis) peccatum suum, peccatis alienis exemptum purgatúmque ibat:* σὺ δὲ μὴ λέγε ὡς γέγονεν οὕτω πολλάκις, ἀλλ' οὐχ ὡς προσήκει γίγνεσθαι, οὐ γὰρ ἔτι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη, σὺ δὲ τοῦτο ἐμιμήσω, διὰ τοῦτο ἀποφίγοις ἂν δικαίως. ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἁλίσκοιο. ὥσπερ γὰρ ἔτις ἑάλω, σὺ ταῦτα οὐκ

*consuetudine ueniã

ἂν

ἄμ ἔγραψας, οὕτως ἂμ σὺ νῦμ ἀλλῶς, ἀλλ' ὡς οὖν γράφει. Sic Taurus omnium suasionum admonitionumq; genere utens, sectatores suos ad rationes bonæ inculpatæq; indolis ducebat.

QVID SIT ROGATIO, QVID LEX, quid plebiscitum, quid priuilegium, & quantum omnia ista differant.

CAPVT XX.

Publicũ ius est, quod ad statum Reipub. Rom. pertinet. Priuatũ uerò quod ad singulorum utilitatẽ spectat. Iustin lib. 1. Instit.

QVæri audio, quid Lex sit, quid Plebiscitũ quid Rogatio, quid Priuilegium. Atteius Capito publici priuatiq; Iuris peritissimus, q̃d Lex esset, hisce uerbis definiuit: Lex, inquit, est generale iussum populi aut plebis, rogante magistratu. Ea definitio, si probè facta est, neq; de imperio Cn. Pompeij, neque de reditu M. Ciceronis, neq; de cæde P. Clodij quæstio, neq; alia id genus populi plebis'ue iußa, Leges uocari possunt. Nõ sunt enim generalia iussa, neq; de uniuersis ciuibus, sed de singulis concepta: quòcirca Priuilegia potiùs uocari debẽt: quia ueteres priua dixerunt, quæ nos singula dicimus: quo uerbo Lucilius in primo Satyrarum libro usus est:

De quibus scribit in legibus M. Cicero.

> Abdomina thynnia uenientibus priua
> Dabo, cephaleamq; carnem.

Populus. Plebem autem Capito in eadem definitione seorsum à *Plebs.* populo diuisit, quoniã in populo omnis pars ciuitatis, omnesq; eius ordines cõtineantur: Plebs uerò ea dici- *Plebiscitũ.* tur, in qua gentes ciuiũ patriciæ non insunt. Plebiscitum

tum igitur est (secundùm eũ Capitonem) lex quam plebes, non populus accipit: sed totius huius rei iurisq́;, siue cùm populus, siue cùm plebs rogatur, siue quod ad uniuersos pertinet, caput ipsum & origo, & quasi fons Rogatio est. Ista enim omnia uocabula, cẽsentur continenturq́; rogationis principali genere & nomine. Nã nisi populus aut plebs rogetur, nullum plebis aut populi iussum fieri potest. Sed quanquam hæc ita sunt, in ueteribus tamen scriptis non magnam uocabulorum istorum differentiam esse animaduertimus. Nam & Plebiscita, & Priuilegia, trãslato nomine Leges appellauerunt: eademq́; omnia cõfuso & indistincto uocabulo, Rogationes dixêre. Sallustius quoq; proprietatum in uerbis retinentissimus, cõsuetudini concessit, & priuilegium quod de Cn. Pompeij reditu ferebatur, Legem appellauit. Verba ex secunda eius historia hæc sunt: Nam Syllam COS. de reditu eius legem ferentẽ, ex cõposito Tribuni plebis C. Herennius prohibuerat.

Rogatio.

Abdomina Thynnia.) *Sumen & pinguedinem pisciũ, qui sunt apud Plinium maximi. lib. 9. cap. 16. Hi mẽbratim cæsi, ceruice & abdomine commendabãtur, quẽadmodùm in alijs alia magis placẽt, ut in ficedulis clunes, in leporibus pulpamenta.*

Cephaleamq́; carnem.) *Saxatiles sunt & illi, qui in delicijs mensarũ fuerunt. Græcis enim mugil, teste Theodoro Gaza, κέφαλος à magnitudine capitis uocatur. Vnde Ausonius in descriptione Mosellæ, mugilum genus ue uehementer capitatum, Capitones uocat. Theodorus quoq; hũc mugilem Latinè aliquoties ex Aristotele Capitonem uertit. Sed Galenus nomen inditũ pisci putat,*

Cõsulẽ antiquè legitur. Sic & in quodã Germanici Cæsaris numismate, senatus Cõsultũ legitur.

quòd caput abſcondere soleat, quaſi tũ maximè omnino'q; lateat, quod & de Struthiocamelo Plin. tradit li. 10.

Nam ſullam.) Apud Latinos ex confinitate y & u, fit aliquando ut pro y, u, uſurpemus.

QVAM OB CAVSSAM M. CICERO HIS omnino uerbis, Nouiſsimè & Nouiſsimus, uti obſeruantiſsimè uitarit.

CAPVT XXI.

Nouiſsimus Nouiſsimè. Quamuis hoc hodie, niſi mẽdum ſit in uulgatis exẽplaribus, legatur ſemel quod ſciam in de Oratore. Animaduertit & hoc ante nos Philip. Beroaldus uir plurimæ lectionis.

Non paucis uerbis, quorum frequens uſus eſt nunc, & fuit, M. Ciceronem noluiſſe uti, manifeſtum eſt, quòd ea non probaret, uelut eſt & nouiſſimus, & nouiſſimè: Nam quum *& M. Cato, & Salluſtius, & alij quoq; ætatis eiuſdem, uerbo iſto promiſcuè uſitati ſunt: multi etiam nõ indocti uiri in libris id ſuis ſcripſerint: abſtinuiſſe eo tamen tanquam non* La*tino uidetur.* Quoniam *qui doctiſſimus eorum tempo rum fuerat* Aelius, *illo, ut nouo & improbo uerbo, uti uitauerat: propterea id* M. *quoque* Varronis *ex libro de lingua* Latina *ad* Ciceronem *quinto demonſtrandũ putaui:* A *quo etiam, inquit, extremum nouiſſimũ quoque dici ceptum uulgò quod mea memoria, ut* Aelius Gallus, *ſic ſenes aliquot, nimium nouum uerbum quòd eſſet, uitabãt:* Cuius *origo, ut à uetere uetuſtius, ac ueterrimũ, ſic à nouo declinatum nouius, & nouiſſimũ.*

LOCVS EXEMPTVS EX PLATONIS LIbro, qui inſcribitur Gorgias, de falſæ Philoſophiæ probris, quibus Philoſophos temerè inceſsuit, qui emolumenta ueræ Philoſophiæ ignorant.

CAPVT XXII.

PLato ueritatis homo amicißimus, eiusq; omnibus exhibendæ promptißimus, quæ omnino dici poßint in desides istos ignauosq;, qui obtentu Philosophiæ nominis inutile ociũ, & linguæ uitæq; tenebras sequũtur, ex persona quidem non graui, neq; idonea, uerè tamen, ingenueq; dixit. Nam & si Callicles, quem dicere hæc facit, uera Philosophiæ ignarus, inhonesta, indignaq; in Philosophos confert: perinde tamen accipienda sunt quæ dicuntur, ut nos sensim moneri intelligamus, ne ipsi quoq; culpatiões huiuscemodi mereamur, néue inerti inaniq; desidia cultum & studium Philosophiæ mentiamur. Verba ipsa super hac re Platonis, ex libro qui appellatur Gorgias, scripsi: quoniam uertere ea consiliũ non fuit, quum ad proprietates eorũ nequaquã poßit Latina oratio aspirare, ac multò minus etiã mea: φιλοσοφία γάρ τοι ἐστὶν ὦ σώκρατες, χάριεν ἄν- ἦς αὐτοῦ μετρίως ἅψηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ. ἐὰν δὲ περαιτέρω τοῦ δέοντος ἐνδιατρίψῃ, διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων. ἐὰν γὰρ καὶ πάνυ εὐφυὴς ᾖ καὶ πόῤῥω τῆς ἡλικίας φιλοσοφῇ, ἀνάγκη πάντων ἄπειρον γεγονέναι ἐστὶν, ὧν χρὴ ἔμπειρον εἶναι, τὸν μέλλοντα καλὸν κἀγαθὸν καὶ εὐδόκιμον ἔσεσθαι ἄνδρα, καὶ γὰρ τῶν νόμων ἄπειροι γίγνονται τῶν κατὰ τὴν πόλιν, καὶ τῶν λόγων, οἷς δεῖ χρώμενον ὁμιλεῖν ἐν τοῖς συμβολαίοις τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, καὶ τῶν ἡδονῶν τε, καὶ ἐπιθυμιῶν τῶν ἀνθρωπείων, καὶ συλλήβδην τῶν ἠθῶν παντάπασιν ἄπειροι γίγνον-

Platonis uerba.

ται, ἐπειδὰν οὖν ἔλθωσιν εἴς τινα ἰδίαν ἢ πολιτικὴν πρᾶξιν, καταγέλαστοι γίνονται. ὥσπερ γε οἶμαι οἱ πολιτικοὶ, ἐπειδὰν αὖ εἰς τὰς ὑμετέρας διατριβὰς ἔλθωσι, καὶ τοὺς λόγους, καταγέλαστοί εἰσι. συμβαίνει γὰρ τὸ τοῦ Εὐριπίδου, λαμπρός τέ ἐστιν ἕκαστος ἐν τούτῳ, καὶ ἐπὶ τοῦτ᾽ ἐπείγεται, νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος, ἵν᾽ αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνει βέλτιστος ὤν, ὅπου δ᾽ ἂν φαῦλος ᾖ, ἐντεῦθεν φεύγει, καὶ λοιδορεῖ τοῦτο, τὸ δ᾽ ἕτερον ἐπαινεῖ εὐνοίᾳ τῇ ἑαυτοῦ, ἡγούμενος οὕτως αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπαινεῖν. ἀλλ᾽ οἶμαι τὸ ὀρθότατόν ἐστιν, ἀμφοτέρων μετασχεῖν φιλοσοφίας μὲν ὅσον παιδείας χάριν καλὸν μετέχειν, καὶ οὐκ αἰσχρὸν μειρακίῳ ὄντι φιλοσοφεῖν, ἐπειδὰν δὲ ἤδη πρεσβύτερος ὢν ἄνθρωπος, ἔτι φιλοσοφῇ, καταγέλαστον ὦ Σώκρατες τὸ χρῆμα γίνεται, καὶ ἔγωγε ὁμοιότατον πάσχω πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦντας, ὥσπερ πρὸς τοὺς ψελλιζομένους καὶ παίζοντας. ὅταν μὲν γὰρ παιδίον ἴδω ᾧ ἔτι προσήκει διαλέγεσθαι οὕτω ψελλιζόμενον καὶ παῖζον, χαίρω τε καὶ χάριεν μοι φαίνεται καὶ ἐλευθέριον καὶ πρέπον τῇ τοῦ παιδίου ἡλικίᾳ. ὅταν δὲ σαφῶς διαλεγομένου παιδαρίου ἀκούσω, πικρόν τι μοι δοκεῖ χρῆμα εἶναι καὶ ἀνιᾷ μου τὰ ὦτα, καὶ μοι δοκεῖ δουλοπρεπές τι εἶναι. ὅταν δὲ ἀνδρὸς ἀκούσῃ τις ψελλιζομένου, ἢ παίζοντα ὁρᾷ, καταγέλαστον φαίνεται καὶ ἄνανδρον καὶ πληγῶν ἄξιον. ταὐτὸ οὖν ἔγωγε τοῦτο πάσχω καὶ πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦντας. παρὰ νέῳ μὲν γὰρ μειρακίῳ ὁρῶν φιλοσοφίαν, ἄγαμαι,

καὶ πρέπειν μοι δοκεῖ, καὶ ἡγοῦμαι ἐλεύθερόν τινα τοῦτον τὸν ἄνθρωπον, τὸν δὲ μὴ φιλοσοφοῦντα ἀνελεύθερον, καὶ οὐδέποτε οὐδενὸς ἀξιώσοντα ἑαυτὸν, οὔτε καλοῦ, οὔτε γενναίου πράγματος, ὅταν δὲ δὴ πρεσβύτερον ἴδω ἔτι φιλοσοφοῦντα καὶ μὴ ἀπαλλαττόμενον, πληγῶν μοι δοκεῖ ἤδη δεῖσθαι ὦ σώκρατες οὗτος ὁ ἀνήρ. ὃ γὰρ νῦν δὴ ἔλεγον ὑπάρχει τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ κἂν πάνυ εὐφυὴς ᾖ. ἀνάνδρῳ γενέσθαι φεύγοντι τὰ μέσα τῆς πόλεως, καὶ τὰς ἀγοράς, ἐν αἷς ἔφη ὁ ποιητὴς τοὺς ἄνδρας ἀριπρεπεῖς γίγνεσθαι, καταδεδυκότι δὲ τὸν λοιπὸν βίον βιῶναι μετὰ μειρακίων ἐν γωνίᾳ τριῶν ἢ τεττάρων, ψιθυρίζοντα. ἐλεύθερον δὲ μέγα καὶ ἱκανὸν μηδέποτε φθέγξασθαι. ἐγὼ δὲ ὦ σώκρατες πρὸς σὲ ἐπιεικῶς ἔχω φιλικῶς. κινδυνεύω οὖν πεπονθέναι νῦν ὅπερ ὁ ζῆθος πρὸς τὸν ἀμφίονα εὐριπίδου, οὗπερ ἐμνήσθην. καὶ γὰρ ἐμοὶ τοιαῦτ' ἄττα ἀπέρχεται πρὸς σὲ λέγειν οἷάπερ ἐκεῖνος πρὸς τὸν ἀδελφόν, ὅτι ἀμελεῖς ὦ σώκρατες ὧν δεῖ σε ἐπιμελεῖσθαι. καὶ φύσιν ψυχῆς ὧδε γενναίαν μειρακιώδει τινὶ διαπρέπεις μορφώματι, καὶ οὔτ' ἂν δίκης βουλαῖσι προσθεῖ' ὂν ὀρθῶς λόγον, οὔτ' εἰκὸς καὶ πιθανὸν ἂν λάβοις, οὔθ' ὑπὲρ ἄλλων νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιο. καίτοι ὦ φίλε σώκρατες, καί μοι μηδὲν ἀχθεσθῇς, εὐνοίᾳ γὰρ ἐρῶ τῇ σῇ, οὐκ αἰσχρὸν δοκεῖ σοι εἶναι οὕτως ἔχειν, ὡς ἐγὼ σὲ οἶμαι ἔχειν. καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς πόρρω ἀεὶ φιλοσοφίας ἐλαύνοντας. νῦν γὰρ εἴ τις σοῦ λαβόμενος, ἢ ἄλλου ὅτου οὖν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπάγοι,

φάσκων ἀδικεῖν, μηδὲν ἀδικοῦντα, οἶσθ' ὅτι οὐκ ἂν ἔχοις ὅ τι χρήσαιο σαυτῷ, ἀλλ' ἰλιγγιώης ἂν καὶ χασμῷο, οὐκ ἔχων ὅτι εἴποις καὶ εἰς τὸ δικαστήριον ἀναβὰς κατηγόρου τυχὼν πάνυ φαύλου καὶ μοχθηροῦ, ἀποθάνοις ἂν εἰ βούλοιτό σοι θανάτου τιμᾶσθαι. καίτοι πῶς σοφὸν τοῦτό ἐστιν ὦ σώκρατες. εἴ τις εὐφυῆ λαβοῦσα τέχνη φῶτα ἔθηκε χέρονα, μήτε αὐτὸν αὐτῷ δυνάμενον βοηθεῖν. μηδ' ἐκσῶσαι ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων, μήτε ἑαυτὸν, μήτε ἄλλον μηδένα, ὑπὸ δὲ τῶν ἐχθρῶν περισυλᾶσθαι πᾶσαν τὴν οὐσίαν. ἀτεχνῶς δὲ, ἄτιμον ζῆν ἐν τῇ πόλει, τὸν τοιοῦτον εἴ τι καὶ ἀγροικότερον εἰρῆσθαι, ἐπικόρρης τύπτοντα, μὴ διδόναι δίκην. ἀλλ' ὦ ἀγαθὲ ἐμοὶ πείθου, παῦσαι δὲ ἐλέγχων, πραγμάτων δ' εὐμουσίαν ἄσκει. καὶ ἄσκει ὁπόθεν δόξεις φρονεῖν, ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς, εἴτε ληρήματα χρὴ φάναι εἶναι, εἴτε φλυαρίας, ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις. ζηλῶν, οὐκ ἐλέγχοντας ἄνδρας τὰ μικρὰ ταῦτα, ἀλλ' οἷς ἐστὶ καὶ βίος, καὶ δόξα, καὶ ἄλλα πολλὰ ἀγαθά.

Philosophia dupex

Hæc Plato sub persona quidem, sicuti dixi, non proba, sed cum sensu tamen intelligentiæq; communis fide, et cum quadã indisimulabili ueritate disseruit, nõ de illa scilicet Philosophia, quæ uirtutũ omnium disciplina est, quæq; in publicis simul & priuatis officijs excellit, ciuitatesq; & Rempublicã, si nihil prohibeat, constanter & fortiter & peritè administrat: sed de ista futili atque puerili meditatione argutiarum, nihil ad uitam neque

Futileuas dictæ est, quod fundat ea

neq; tuendam, neq; ordinādam promouente, qua id genus homines consenescunt malè feriati, quos Philosophos esse & uulgus putat, & is putabat, ex cuius persona hæc dicta sunt.

qua accepit. Terent. seruum futilē appellat, tāquam dicas nihili, nulli usq; precij. Malè.) Perperām ocium agentes à te b' publicis.

VERBA EX ORATIONE M. CATONIS de mulierum ueterū uictu & moribus: atq; inibi quòd fuerit ius marito, in adulterio uxorē deprehensam necare.

CAPVT XXIII.

Qui de uictu atq; cultu Po. Ro. scripserūt, mulieres Romæ atq; in Latio ætatē abstemias egisse, hoc est, uino semper, quod temetū prisca lingua appellabatur, abstinuisse dicūt: institutūq; ut cognatis osculū ferrent, reprehendendi caussa, ut odor indicium faceret, si bibissent. Bibere aūt solitas ferunt loream, passum, murinā, & quæ id genus epotant, potu dulcia: Atq; hæc quidem in ijs, quibus dixi, libris peruulgata sunt. Sed M. Cato non solùm existimatas, sed multatas quoq; à iudice mulieres refert, non minus si uinū bibissent, quàm si probrū & adulterium admisissent. Verba M. Catonis adscripsi ex oratione, quæ inscribitur de Dote, in qua id quoq; inscriptū est: In adulterio uxores deprehensas ius fuisse maritis necare: Vir, inquit, cùm diuortiū fecit, mulieri iudex pro censore est. Imperiū quod uidetur, habet. Si qd peruersè tetreq; factū est à muliere, multatur: si uinū bibit, si cum alieno uiro probri quid fecit, condēnatur. De iure autē occidēdi ita scriptum est: In adulterio uxorem tuā si deprehen-

Abstemiæ mulieres. Romæ. Temetum. Qui ad imitationē Græcorū sic uinum uocarunt. Græci enim ebrietatem μέθην uocāt, unde & temulentiam dictā scribit Plin. lib. 14. ca. 13.

Adulterij lex iniqua.

dixſſes, ſine iudicio impunè necares: illa te (ſi adulterares) digito non auderet contingere, neque ius eſt.

Bibere loream.) Lorea, ſeu ut ſcribit Plinius, lora genus potus eſt, factū ex aqua in qua macerata ſint uinacea uuis antea prælo preſſis, quod genus uini facticium Græci δεύτερον uocant, id eſt, ſecūdùm, etiam num huius uini uſus eſt. quemadmodùm nomen paucis immutatis literis manſit. Appellamus enim uulgò lauer.

Paſſum.) Vini genus dulce eſt, cuius confectionem & uaria genera Plin. recenſet lib. 14 cap. 9.

Murinam.) Potus eſt murina ex myrrhæ liquore temperatus, quē M. Varro ſcribit à mulieribus Rom. murreolum uocitari. Huic tātum honorem habuit uetuſtas, ut inter nobiliſsima atq; generoſiſsima uina numeraret. Id quod ueterum Comicorum uerſus declarāt, ut Plin. eodem lib. cap. 13. teſtatur.

Mulctatas quoq; à iudice.) Plin. autor eſt, aliquas mulieres capitis ſuppliciū paſſas, quòd uinum biberint, idq; à maritis, quos poſtea cædis accuſatos Romulus rex ab

Impunè necares.) Ex hoc ueteri iure hodiè (ſolueret. uidemus Legē Iuliam extare, quæ marito tātùm adulterij accuſatorem contra uxorem permittit, uxori uerò aduerſus maritum nihil largitur omnino.

DIE PRISTINI ET DIE CRASINI, ET Die quarti, & Die quinti, qui elegantiùs locuti ſunt, dixiſſe: non ut ea dicuntur nunc.

CAPVT XXIIII.

Die quarto. Die quinto.

Die quarto, & Die quinto, quod Græci εἰς τετάρτην καὶ εἰς πέμπτην dicūt, ab eruditis nūc quoque dici audio: & qui aliter dicit, pro rudi atq; indocto deſpicitur. Sed M. Tullij ætate, ac ſupra eam, non (opinor) ita dixerūt. Diequinte enim & Diequinti pro aduerbio copulatè dictū eſt, & ſecunda in ea ſyllaba correpta,

Id eſt, ante eam.

Macrob. Satur. lib. 1. cap. 4.

repta. Diuus etiam Augustus memoriarum ueterũ exequentißimus linguæ Latinæ non nescius, mundiciarũ, patris sui in sermonibus sectator, in epistolis plurifariàm significatione ista dierum non aliter usus est. Id autem erit perpetuæ ueterũ cònsuetudinis demonstrãdæ gratia, uerba solennia Prætoris ponere: quibus more maiorum ferias concipere solet, quæ appellantur Compitalia. Ea uerba hæc sunt: Dienoni populo Rom. Quiritibus Compitalia erunt, quando concepta fuerint, nefas Dienoni Prætor dicit, non die nono: neque Prætor solùm, sed pleraque omnis uetustas sic locutu est. Venit ecce illius uersus Pompiniani in mentẽ, qui est ex Attellana, quæ *Metui adscribitur:

Diligentissimus, & penè curiosus.

Eo quòd Quirites celebraturi hæc Festa, in compitis cõuenirent, id est, in uiarũ congressibus.

Dies hic sextus, cùm nihil egi, die
Quarte moriar fame.

Suppetit etiam Cælianũ illud ex libro historiarum II. Si uis mihi equitatum dare, & ipse cum cætero exercitu me sequi, Diequinti Romæ in Capitolium curabo ti bi cœna sit coacta. Et historiam autem, & uerbũ hoc, sumpsit Cælius ex origine M. Catonis, in quo ita scriptum est: Igitur Dictatorem Carthaginiensium magister equitum monuit: Mitte mecũ Romam equitatum, Diequinti in Capitolio tibi cœna cocta erit. Extremã istius uocis syllabam, tum per e, tum per i, scriptam legi. Nam sanè quàm consuetum ueteribus fuerat, literis ijs plerunq; uti indifferenter: sicuti Pristini & Pristi-

 nè,

nè, Procliui & Procliuè, atq; alia item multa hoc genus uariè dixerunt. Diepristini quoq; codē modo dicebatur, quod significabat diē pristino, id est, priore: quod uulgò Pridie dicitur, conuerso compositionis ordine, quasi pristino die. Atq; item simili figura Diecrastini dicebatur, id est, crastino die. Sacerdotes quoque populi Romani tunc, cùm dicunt, In diē tertium: Dieperendini dicunt. Sed ut pleriq; Diepristini, ita Marcus Cato in Oratione contra Furium: Die proximi dixit. Die quarto autem Cn. Matius, homo impensè doctus, in Mimiambis pro eo dixit, quod nudiusquartus nos dicimus, in his uersibus:

Diepristini.

Diecrastini.

Dieperēdini.

Dieproximi, In carminibus Iambicis, quæ instar Mimicæ fabulæ composita sunt.

> Nuper diequarto ut recordor, & certè
> Aquarium urceum unicum domi fregit.

Hoc igitur intererit, ut Diequarto quidē de præterito dicamus, Diequarti aut Quarte de futuro.

Pro rudi.) Lignum ob id rude appellatur, quòd nondum sit artificis manu expolitum: inde ad homines & ingenia translatum est, ut sit rudi ingenio, tanquam dicas inamœno & rustico.

Nefas.) Nam non certis diebus per annum repetitis celebrantur compitalia, sed semper nouis, ut uisum fuisset Prætori, statuenti & concipienti has ferias.

Venit ecce.) Admirantis est particula Ecce. Est autem in id genus loquutionibus semper uerbum ad intelligentiam supplendum, ut hoc loco memoriam intellige: ut sit, uenit ecce in memoriam uersus Pomponiani. Has loquutiones Grammatici figuras appellant.

Literis his uti indifferenter.) Testatur hoc Fab. Quintilianus lib primo, exempli loco ponens Quasi, quod

indiscri-

indiscriminatim scriberetur, nunc quasi, nunc quase, ita Sibi sibe, Heri here.

TELORVM ET IACVLORVM GLAdiorumq; uocabula: atq; inibi nauium quoq; genera, quę scripta in ueterum libris reperiuntur.

CAPVT XXV.

Telorum, iaculorum, gladiorumq; uocabula, quæ in historijs ueteribus scripta sunt, item nauigiorum quoq; genera & nomina, libitum fortè nobis est sedentibus in rheda conquirere, neque itidem aliarum ineptiarum uacantem stupentemq; animum occupare. Quæ tum igitur suppetierant, hæc sunt: Hasta, pilum, phalarica, semiphalarica, soliferrea, gesa, lancea, spari, rumigestri, faces, tragulæ, frameæ, mesanculæ, cateiæ, rhomphea, scorpius, scibones, sicilices, ueruta, enses, sicæ, macheræ, spatæ, lingulæ, pugiones, climaculæ. De lingula, quoniam est minus frequens, admonendum existimo: Lingulam ueteres dixisse gladiolum oblongum, in speciem linguæ factum, cuius meminit Neuius, in Tragœdia Hesiona. Versum Næuij apposui:

Telorum nomina.

Solifer. Genera sunt telorum ex solido ferro facta.

Lingula.

Sine mihi gerere morem uidear lingua, uerum lingula. Item rhomphea genus teli est Thracæ nationis, positum'que hoc uocabulum in Q. Ennij Annalium XIIII. Nauium autem, quas reminisci tunc potuimus, appellationes hæ sunt: Gauli, corbitæ, caudicæ, longæ, hippagines, cercuri, celoces, uel ut Græci dicunt, κέλητες, lembus, oxiæ, remunculi, actuariæ quas Græ-

Rhōphea.

Nauium nomina.

Græci ἰσοόπους *uocant, uel** ἐπακτρίδας*, prosumiæ, uel gesoretæ, uel orioles, cattæ, schaphæ, pontones, nuctuciæ, mediæ, phaseli, parones, myoparones, lyntres, capulica, mareplacidæ, cidarum, ratariæ, catascopium.*

*Vel ἐπακτρικέλητες βάρβες.

Telorum.) Vulgò quidem id appellatur telum, quod ab arcu mittitur. Sed & omne quod manu cuiusdã mittitur, ut lapis, lignum, ferrum, hoc nomine teli continetur, ex Græca uoce figuratum.

Spari.) A spargendo sunt dicti.

Rumigestri.) Tela sunt, quæ feruntur aliquo magno strepitu, & ueluti cum rumore, unde nomen habent.

Mesanculæ.) Bifida sunt tela, & per mediũ incisa, unde & nomen habent: μέσος enim Græcis medium significat.

Sicilices.) Spicula sunt lata hastarum, ut inquit Non. Marcellus.

Sicæ.) Gladij sunt breues, qui sub uestibus rectè feruntur.

Climaculæ.) Gladij sunt dentati, uelut per gradus in modum serræ, unde nomen habent. Siquidem Græcis κλίμαξ gradum significat.

Gauli.) Nauigia parua sunt & rotunda.

Corbitæ.) Naues grandes, & proptereà tardæ.

Caudicę.) Naues sunt ex caudicibus, id est, lignis crassioribus compactæ, quas, ni fallor, Macrobius codicarias uocat.

Hippagines.) Quæ equis aguntur, nam ἵππος Gręcis equus dicitur.

Cercuri.) Naues sunt grãdes in Asia & celeres, quibus merces uehuntur.

Celoces.) Nauigia parua à celeritate dicta.

Lembus.) Nauis piscatoria.

Oxiæ.) Nauigia à celeritate nomen habentia, nam ẽis ὀξὺς uelox dicitur.

Remunculi.) Sunt & hæ naues piscatorię, quas, ni fal lor,

los, corruptè legimus apud Non. Marc. lenunculos.

Actuariæ.) Ab agendo dictæ, quòd aduersus flumina etiam agi possint.

ἱστόποδες.) Quia pes hominis nauigantis in id genus nauibus pro malo arbore fit. Siquidem ἱστὸς Græcis malum significat, & ποῦς pedem.

ἱππαγρίδας) Eadem etymologia, quòd uidelicet pedibus iuuantibus protrudantur.

Prosumiæ.) Nauiculæ sunt q̄ appendi solēt maiorib.

Cattæ.) Naues sunt Mediæ.

Scaphæ.) Lintres Latinè, ab effossis arboribus, σκάπτω enim Græcis fodio significat.

Pontones.) Nauigia sunt quibus transmittuntur amnes, sic dicti quòd pontis loco sint.

Mediæ.) A regione Medorum sic dictæ.

Phaseli.) Nauiculæ sunt piscatoriæ.

Parones.) Nauigia sunt aliquantulum magna, quę appenduntur puppi nauium maiorum.

Capulica.) Fortè sic sunt appellata, quòd ad similitudinem capulorum sunt fabrefactæ, sunt autem capula capacissima quædam genera poculorum, quorum meminit Nonius Marcell.

Mareplacidæ.) Nauiculæ sunt admodùm paruæ, quibus mare non nisi placidum, & à procellis quietum nauigari potest. Estq; hæc appellatio Siculorum.

Ratariæ.) Naues de ratibus compactæ.

Catascopium.) Nauis speculatoria, ἀ σκοπέω, quod speculor significat.

INSCITE AB ASINIO POLLIONE REprehensum Sallustium, quòd Transfretationem Transgressum dixerit, & Transgressos qui Transfretassent.

CAPVT XXVI.

Asinio Pollioni in quadā epistola, quam ad Plancum scripsit, & quibusdam alijs C. Sallustius iniquè dignus nota uisus est, quòd in primo historiarum maris transitum transmissumq; nauibus factum,

Trans-

Trāſgreſſ. Tranſgreſſum appellauit: eoſq; qui fretum tranſmiſerant, quos transfretaſſe dici ſolitum eſt: Tranſgreſſos dixit. Verba ipſa Salluſtij poſui: Itaq; Sertorius leui præſidio relicto in Mauritania, nactus obſcuram noctem, æſtu ſecundo, furtim aut celeritate uitare prælium in tranſgreſſu conatus eſt. Ac deinde infrà ita ſcripſit: Tranſgreſſos omnis recipit mons receptus à Luſitanis: Hoc igitur & minus propriè, & à nullo graui autore dictum aiunt. Nam Tranſgreſſus, inquit, & Ingreſſus, à tranſgrediendo dicuntur, idq; ipſum ab ingreſſu & à pedum gradu appellatum eſt. Idcirco uerbum Tranſgredi, conuenire non putauit, neq; uolantibus, neque ſerpentibus, neque nauigantibus, ſed ijs ſolis qui gradiuntur, & pedibus iter emetiuntur. Propterea negant apud ſcriptorem idoneū, aut Nauium tranſgreſſum reperiri poſſe, aut pro Trāsfretatione Tranſgreſſum. Sed quæro ego, cur non, ſicuti Curſus nauium rectè dici ſolent, ita Tranſgreſſus etiam nauibus factus dici poßit? præſertim quum breuitas tam anguſti freti, quod terram Africam Hiſpaniamq; interfluit, elegantißimè Tranſgreßionis uocabulo, quaſi paucorum graduum ſpacium definita ſit. Qui autoritatem autem requirunt, & negant dictum Ingredi Tranſgredi'ue in nauigantibus, uolo uti reſpondeant, quantum exiſtiment intereſſe, Ingredi atq; Ambulare.

Trāſgredi.

Ager carius Atqui M. Cato in lib. de re Ruſt. Fundus, inquit, eo in loco

in loco habendus est, ut & oppidum propè amplũ sit, & mare, aut amnis, qua naues ambulant. Appetitas *porrò huiuscemodi translatiões, habitasq; esse pro honestamentis orationis,* Lucretius *quoq; testimoniũ in hac eadem uoce dicit.* In *quarto enim libro, clamorem per arterias & per fauces gradientem dicit, quod est nimio confidentius, quàm illud de nauibus Sallustianũ.* Versus Lucretij *hi sunt:*

hortensibus herbis confites.

Corpoream quoq; enim uocẽ cõstare fatendum est,
Et sonitum, quoniam poßint impellere sensus.
Præterradit enim uox fauces sæpè, facitq;
Asperiora foras gradiens arteria clamor.

Prætereà Sallustius in eodem libro, non eos solùm, qui nauibus ueherẽntur, sed & scaphas quoq; nantes, Pro*gressas dicit. Verba ipsa de scaphis posui:* Earum *aliæ paululũ progressæ nimio simul & incerto onere, cùm pauor corpora agitauerat, deprimebantur.*

In neutro genere usus est arteriæ Lucretius noster, q alibi uix reperies in quoquam.

Corpoream quoq; uocem.) Quicquid enim aut tangit, aut tangitur, Epicureorũ decretis, quæ expressit Lucretius, corpus esse dicitur: unde & hoc principium tanquam primum subinde inculcatur à Lucretio:

Tangere enim aut tangi, nisi corpus, nulla potest res.

HISTORIA DE POPVLO ROMANO, deq; populo Punico, quòd pari propemodùm uigore fuerint æmuli.

CAPVT XXVII.

IN libris ueteribus memoria extat, quòd par fuit quondã uigor, & acritudo, amplitudo'que populi

Roma-

Pop.Ro. & Pœni paritas.

Romani atq; Pœni: neq; immeritò existimatum. Nam cum alijs quidem populis de uniuscuiusq; Repub. cum Pœnis autem de omnium terrarum imperio decertatum est. Eius rei specimen est in illo utriusque populi uerbo factum, cùm Q. Fabius imperator Romanus dedit ad Carthaginienses epistolam, ibi scriptũ fuit, Pop. Ro. misisse ad eos hastam & caduceum, signa duo, belli aut pacis, exq; ijs utrum uellent, eligerent: quod elegissent, id unum ut esse missum existimarent. Carthaginienses responderunt, neutrum sese eligere: sed posse, quæ attulissent, utrum mallent, relinquere: quod reliquissent, id sibi pro electo futurum. M. Varro autem non hastam ipsam, neq; ipsum caduceum missa dicit, sed duas tesserulas, in quarum altera caduceum, in altera simulachra hastæ fuerunt incisa.

Caduceum.) In Mercurio solem coli etiam ex Caduceo claret, quod Aegyptij in speciem draconis maris & fœminæ coniunctorum figurauerunt Mercurio consecrandum. Hi dracones parte media uoluminis sui inuicem in nodũ obligantur, primasq; partes eorum inflexę in circulum, pressis oculis ambitum circuli iungunt, & postmodùm cauda reuocantur ad capulum caducei. Vide Macrobium in 1. Saturnaliorum.

DE AETATVM FINIBVS PVERICIAE iuuentæ, senectæ, ex Tuberonis historia sumptum.

CAPVT XXVIII.

Pueri. Iuniores. Seniores. Totam eam

Tubero in Historiarum primo, scripsit Seruium Tullium regem Pop. Romani, cùm illas quinque classes iuniorum census faciẽdi gratia instituerei, pueros

ros esse existimasse, qui minores essent annis septendecim: Atq; inde ab anno XVII. quos idoneos iam esse Reip. arbitraretur, milites scripsisse: eosq; ad annum quadragesimum sextum iuniores, supraq; eum annum seniores appellasse. Eam rem propterea notaui, ut discrimina, quæ fuerunt indicio moribusq; maiorum pueriticiæ, iuuentæ, senectæ, ex ista censione Seruij Tullij prudentißimi regis noscerentur. ætatis & de discriminibus eiusdē uide in Iulio Polluce lib. secūdo.

QVOD PARTICVLA ATQVE NON complexiua tātùm sit, sed uim habeat plusculā uariæq;.

CAPVT XXIX.

ATq; particula, à Grāmaticis quidē coniunctio esse dicitur connexiua, & plerunq; sanè cōiungit uerba & connectit. Sed interdū alias quasdam potestates habet nō satis notas, nisi in ueterum literarū tractatione atq; cura exercitis. Nam & pro *aduerbio ualet, cùm dicimus:* Aliter *ego feci, atq; tu: significat enim, aliter quàm tu.* Et *gemina si fiat, auget intenditq; rem, de qua agitur, ut animaduertimus in* Q. Ennij *Annalibus, nisi memoria in hoc uersu labor:* Atque.

Atq; atq; accedit muros Romana *iuuentus.*

Cui significationi contrariū est, quod itidē à ueteribus dictū est, Deq;. Et *præterea pro alio quoq; aduerbio dicitur, id est,* Statim, Quod *in his* Verg. *uersibus existimatur obscurè, & * insequenter particula ista posita esse:* * infrequenter

Sic omnia fatis
In peius ruere, ac retrò sublapsa referri:
Non aliter quàm qui aduerso uix flumine lembum
Remigijs subigit, si brachia fortè remisit,
Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni.

A. GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII

LIBER XI.

DE ORIGINE VOCABVLI TERRAE Italiæ, deq; ea multa quæ suprema appellatur, deq; eius nominis ratione, ac lege Aterina. Et quibus uerbis antiquitùs multa minima dici solita sit.

CAPVT I.



Imæus in historijs, quas oratione Græca de rebus Po.Ro. *cōposuit, &* M. Var. *in antiquitatibus rerū humanarū, terrā* Itali*am de Græco uocabulo appellatā scripserūt: quoniā boues Græci ueteri lingua* ἰταλοὶ *uocitati sunt, quorum in* Italia *magna copia fuerit, bucetaq; in ea terra gigni pasciq; solita sint cōpluria. Cōiectare autem ob eandem caussam possumus, quòd* Italia *tūc esset armentosissima, multāq;, quæ appellatur suprema, institutā in singulos dies, duarum ouiū, triginta boū:* *pro*

Italia.
Id est, armēta boum.

pro copia scilicet boum, proq; ouiũ penuria. Sed cùm eiusmodi multa pecoris armentiq; à magistratibus dicta erat,* adigebãtur, boues ouesq;, aliâs precij parui, aliâs maioris: eaq; res faciebat inæqualẽ multæ punitionem. Idcircò posteà lege Aterina constituti sunt in oues singulas æris deni, in boues æris centũ. Minima autẽ multa est ouis unius. Suprema multa est eius numeri, cuius diximus: ultra quẽ multam dicere in dies singulos ius non est: & propterea suprema appellatur, id est, summa & maxima. Quando igitur nunc quoq; à magistratib. Po. Ro. more maiorũ multa dicitur uel minima uel suprema, obseruari solet, ut oues genere uirili appellentur. Atq; ita M. Varro uerba hæc legitima, quibus minima multa diceretur, concepit: M Terentio, quãdò citatus neq; respõdit, neq; excusatus est, ego ei unũ ouem multã dico: ac nisi eo genere diceretur, negauerũt iustam uideri multã. Vocabulũ autem ipsum multæ, idem M. Varro in undeuicesimo rerũ humanarum, non Latinũ, sed Sabinũ esse dicit. Idq; ad suam memoriã mansisse ait in lingua Samnitiũ, qui sunt à Sabinis orti. Sed turba Grammaticorũ nouicia, eam κατ' ἀντίφρασιν, ut quædã alia, ita hoc quoq; dici tradiderunt. Quum autem usus & mos sermonum is sit, ut & ita nunc loquamur, ut plerique ueterum locuti sunt, multam dixit, & multa dicta est: non esse ab re putaui notare, quod M. Cato aliter dixit. Nam in

Aestimabãtur, censebantur.

*addicebantur

Lex Aterina.

Ouis una.

quarto Originum uerba hæc sunt: Imperator noster, si quis extra ordinē depugnatum iuit, ei multam facit. Potest autē uidere consulta elegantia uitasse uerbū, quum in castris & exercitu multa fieret, non in comitio, nec ad populum diceretur.

Armentosissima.) Tradunt autores, armenta dici cœtus quadrupedum maiorum, ut boum, ceruorum, & id genus aliorum. hinc Gellius noué, ut solet, armentosam uocat Italiam, id est, abundantem armentis.

Multamq́ʒ.) Festus Pomp. multam Oscorum uocabulum dicit, ut scilicet multa dicatur, quasi minimè multa, erat enim in usu principio unā oue pro multa pendere.

QVOD ELEGANTIA APVD ANTIquiores non de amœniore ingenio, sed de nitidiore cultu atq; uictu dicebatur, eaq́ʒ in initio ponebatur.

CAPVT II.

ELegans homo non dicebatur cum laude: sed id ferè uerbum ad ætatē M. Catonis, uicij, non laudis fuit. Est *nanq; hoc animaduertere, cùm in quibusdam alijs, tum in libro Catonis, qui inscriptus est Carmen de Moribus.* Ex *quo libro uerba hæc sunt:* Auariciam *omnia uicia habere putabāt: sumptuosus, cupidus, elegans, uiciosus, irritus qui habebatur, is laudabatur.* Ex *quibus uerbis apparet, elegantem dictum antiquitùs, non ab ingenij elegantia, sed qui nimis læto amœnoq; cultu uictuq; esset.* Posteà *elegans reprehendi quidem desijt, sed laude nulla dignabatur, nisi cuius elegantiæ erat moderatißima. Sic M. Tullius L. Crasso & Q. Scæuolæ non meram elegantiam, sed multam parsimo*

niam

Irritus, pauper & inanis.

*niam mistam laudi dedit: Crassus (inquit) erat parcißimus elegantium, Scæuola parcorum elegantißimus. Prætereà ex eodem libro Catonis, hæc etiam sparsim & intercisè commeminimus: Vestiri (inquit) in foro honestè mos erat, domi quod satis erat: equos cariùs quàm coquos emebant. Poëticæ artis honos non erat. Si quis in ea re studebat, aut sese ad conuiuia applicabat, grassator uocabatur. Illa quoque ex eodem libro præclaræ ueritatis sententia est: Nam uita (inquit) humana propè uti ferrum est. Ferrum si exerceas, conteritur: si non exerceas * tamen rubigo interficit. Item homines exercẽdo uidemus conteri. Si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit, quàm exercitatio.*

Grassari est in morẽ latronis aliquem aggredi.

M. Cato de uita humana simili ferro.

*tandem inficit.

Carmen.) Solebant autem ueteres præcepta & èdicta, tum legum, tum aliarum sanctionum carmina uocitare. Sic Liu. Lex horrendi carminis erat.

Equos cariùs quàm coquos emebant.) Plinius libro nono elegantissimè hunc sermonem conuertit in contumeliam Romanæ luxuriæ: Coquos, inquit, cariùs emunt quàm equos.

Torpedo.) Socordia, est enim morbus cùm omnes uires lauguent, nomen est id à pisce morbo inditum. Vide Plin. in naturali historia.

QVALIS QVANTA'QVE SIT PRO particulæ uarietas, deq́; exempli eius uarietate.

CAPVT III.

QVando ab arbitrijs negocijsq́; ocium est, & motandi corporis gratia aut spaciamur, aut ue

ctamur, quærere nonnunquàm apud memetipsum soleo res eiusmodi, paruas quidem minutasq́; & homini bus non benè eruditis aspernabiles, sed ad ueterum scripta penitùs noscenda, & ad scientiam linguæ Latinæ cum primis necessarias: uelut est, quòd fortè nuper in Prænestino *recessu uespertina ambulatione solus ambulans considerabam, qualis quantaq́; esset particularũ quarũdam in oratione* Latina *uarietas: quod genus est præpositio* Pro. *Aliter enim dici uidebam, pontifices pro collegio decreuisse: aliter, quempiam testem introductum pro testimonio dixisse: aliter* M. *Catonem in* Originum IIII. *Præliũ factum, depugnatumq́; pro castris, scripsisse.* Et item in V. Vrbes, *insulasq́; omneis pro agro* Illyrico *esse.* Aliter *etiam dici, pro æde Castoris: aliter, pro rostris: aliter, pro tribunali: aliter pro concione: atque aliter,* Tribunum *plebis pro potestate intercessisse.* Sed *has omnes dictiones qui aut omnino similes & pares, aut usque quaque diuersas existimaret, errare arbitrabar.* Nam *uarietatem istam eiusdem quidem fontis & capitis, non eiusdem tamen esse finis putabam.* Quod *profectò facilè intelliget, si quis adhibeat ad meditationẽ suam intentionem, & habeat ueteris orationis usum, atq́; noticiam celebriorem.*

Ex autoritate & sententia collegij pontificum.

Ante ædem Castoris.

Quãdo ab arbitrijs ocium est.) Iudicãdi officijs uel negocijs publicis. Fuit enim Gellius noster patria Romanus, primùm Romæ à T. Castritio rhetore, atq; alijs qui

quibusdam scriptoribus Latinis literis formatus. Deinde Athenas ad capiendum ingenij cultum concessit, ubi cùm alios rhetores & Philosophos, tum uerò maximè Taurum Philosophum Platonicũ audiuit: cuius rei ipse multis in locis testimonium nobis prębet, grati discipuli officio functus. Cuius ipse multis in locis testimonia, quæcunque uel dictu uel factu digna, & legendis libris, & fabulando occurrerant, sine ullo ordine congesserat. Verùm cùm in patriã fuisset regressus, uigilias suas adhuc rudes & inchoantes sub incudem denuo reuocauit, atq; expoliuit eo ordine, quem hodie in codicibus seruari uidemus: præterquàm quòd in ordine octauus qui fuit liber, nobis sanè perijt. Titulum noctium esse Atticarum uoluit, quòd in agro Attico, sicut ipse ait, primùm fœtura hęc nata est: qua, ut inquit magnus ille Erâsmus, nihil potest fieri neq; tersius, neq; eruditius. Floruit Romæ regnãte Hadriano imperatore, functus sæpè officio incorruptissimi iudicis, hoc est Prætoris. Professione etiam iureconsultus, id quod multa indicãt eius capita, ex intima iuris ciuilis prudẽtia deprompta. Prisci illi scriptores magis Platonẽ quã Aristotelem, ut nostro seculo, & alios Philosophos sunt imitati: quod & diuus fecit Augustinus. qui eum diuinum appellat, atque dicit se malle cum Platone errare, q̃ cum Aristotele benè dicere: quoniam eloquentiam cum sapientia complexus sit. Eiusq; una sententia, si introspiciatur, ac medullitus elaborata fuerit, plus habet & amœnitatis, & salubritatis ponderisq;, q̃ totus ferè Aristoteles. Hæc dico non ut Aristo. detrahatur, sed ut Plato præferatur. Cuius sæpè quoq; apud August. Hiero. Cice. & plerosq; alios mentio fit. Et Aristoteles mundum periturum ac in primo principium sumpsisse negat (quod fidem nostrã omnino euertit) fortassis, ne in pręceptoris sui sententiam iret. Plato enim hęc in Timęo apertè affirmat, licet quibusdam inuolucris: quod in ꝓphetis nostris, ut in antiquo instrumento legere est, commune fuit. Similiter & animæ immortalitatẽ Aristoteles nusq̃, neq; in lib. de Anima, inclusit, id quod Plato in Phædone mani

bus & pedibus annititur confirmare. Introducit quoque in omnibus dialogis suis Socratem præceptorem suũ disputantem, ut gratus discipulus & candidus, quod an Aristoteles de Platone fecerit, haud facile est reperire.

Pro testimonio.) Vice uel loco testimonij.

Pro agro.) Ad defensionẽ agri Illyrici paratas esse.

Pro rostris.) In suggestu, sic eñ exponit Festus Põp. Nã Romani ex captiuis nauibus Antiatum destructis, rostra accummodarunt structuræ suggesti in curia Hostilia, unde ad populum uerba fiebant.

QVEM IN MODVM Q. ENNIVS VERsus Euripidis æmulatus sit.

CAPVT IIII.

Euripidis uersus sunt in Hecuba, uerbis, sententia, breuitate insignes illustresq́;. Hecuba est ad *Vlyssem dicens:*

τὸ δ᾽ ἀξίωμα κἂν κακῶς λέγῃς τὸ σὸν,
πείσει λόγος γὰρ ἔκτ᾽ ἀδοξούντων ἰὼν.
κἀκ τῶν δοκούντων, αὐτὸς οὐ σθένει.

Hos uersus Q. *Ennius cùm eam tragœdiam uerteret, non sanè incommodè æmulatus est. Versus totidem* En*niani hi sunt:*

Hæc tu, & si peruersè dices, facilè Achiuos flexeris.
Nam cùm opulenti loquũtur, pariter atq; ignobiles,
Eadem dicta, eademq; oratio æqua, non æquè ualet.

Bene (sicut dixit) Ennius. *Sed tamẽ ignobiles* ἀντὶ ἀδοξούντων *&* *opulenti,* ἀντὶ δοκούντων *satis facere sententiæ non uidentur. Nam neq; omnes ignobiles* ἀδοξοῦσι, *neq; omnes opulenti* εὐδοξοῦσι.

Ado-

Ἀδοξούντων.) δόξα gloriam Græcis significat, & opinionem quandam celebrem, Vnde ἐνδοξεῖν uerbum, quod significat probari hominum opinione. Et contrarium ἀδοξεῖν opinione & gloria careo. Ista uerò Euripidis Erasmus noster sic uertit: Sic uel malè hæc autoritas dicat tua, flectet, quòd scilicet à leuibus profecta oratio, approbatis, non idem ualet eadem.

DE PYRRHONIBVS PHILOSOPHIS quędam, deq; Academicis strictim notata, deq; inter eos differentia.

CAPVT V.

QVos Pyrrhonios Philosophos uocamus, ij Græco cognomēto σκεπτικοὶ appellātur. Id fermè significat quasi quæsitores, et consideratores. Nihil enim decernūt, nihil cōstituunt: sed in quærēdo semper considerādoq; sunt, quid nam sit omniū rerum, de quo decerni cōstituiq; poßit. Ac ne uidere quoq; planè q̄c quàm, neq; audire sese putant, sed ita pati afficiq;, qua si uideant uel audiāt: eaq; ipsa, quæ affectiones istas in sese efficiant, qualia & cuiusmodi sint contantur atq; insistunt. Omniumq; rerum fidem ueritatemq;, mistis cōfusisq; signis ueri atq; falsi, ita incomprehēsibilem uideri aiunt, ut quisq; homo est non præceps, neq; iudicij sui prodigus, his uti uerbis debeat, quibus autorem Philosophiæ istius Pyrrhonē usum esse tradūt, οὐ μᾶλλον οὕτως ἔχει τόδε ἢ ἐκείνως ἢ οὐδετέρως. Indicia enim rei cuiusq;, & synceras proprietates negāt posse nosci & percipi: idq; ipsum docere atq; ostendere multis modis conantur. Super qua re Phauorinus quoque

Abutitur Gellius primitiuo uocabulo pro possessiuo, nam cùm dicendū fuisset de Pyrrhoniis philosophis, nouitatis affectator malu it de Pyrrhonib᷒ dicere.

ſubtiliſſimè argutiſſimeq; decem libros cōpoſuit, quos πυῤῥωνίων τρόπων inſcribit. Vetus autem quæſtio, et à multis ſcriptoribus Græcis tractata, an qd, & quantum inter Pyrrhonios & Academicos philoſophos interſit. Vtriq; enim σκεπτικοὶ, ἐφεκτικοὶ, ἀπορητικοὶ dicuntur, quoniā utriq; nihil affirmāt, nihilq; cōprehedi putant. Sed ex omnibus rebus perinde uiſa fieri dicunt, quas φαντασίας appellant, non ut rerū ipſarum natura eſt, ſed affectio animi corporis'ue eſt eorum, ad quos ea uiſa perueniunt. Itaq; omnes omnino res, quæ ſenſus hominū mouēt, τῶν πρός τι eſſe dicūt. Id uerbū ſignificat, nihil eſſe quicquā quod ex ſeſe conſtet, nec quod habeat uim propriam & naturā, ſed omnia prorſum ad aliqd referri: taliaq; uideri eſſe, qualis ſit eorū ſpecies dū uidetur: qualiaq; apud ſenſus noſtros quò peruenerunt, creantur, non apud ſeſe, undè profecta ſunt. Cùm hæc autem conſimiliter tam Pyrrhonij dicāt quàm Academici: differre tamē inter ſeſe & propter alia quædā, & uel maximè propterea exiſtimati ſunt, quòd Academici quidē ipſum illud, nihil poſſe cōprehendi quaſi cōprehendunt: & nihil poſſe decerni, quaſi decernunt: Pyrrhonij ne id quidē ullo pacto uideri uerum dicunt, quòd nihil eſſe uerum uidetur.

Academici.

σκεπτικοὶ) A uerbo σκέπτομαι, quod ſignificat diligenti indagatione conſidero, hoc uerò loco uſurpauit pro dubitare atq; hærere tranſlatione ſumpta à uiatoribus, qui ubi ad biuium aliquod uenerint, incerti quà progrediant-

diantur, diu cunctantur atq; inſiſtunt.

ἐφεκτικοί) Dicti ſunt Academici, quòd nihil pronunciarint, ſed ſententiam ſuam animo continuerint, à uerbo ἐπέχω, quod ſignificat contineo.

ἀπορητικοί) Id eſt, dubitatores, à uerbo ἀπορέω quod ſignificat dubito, uel non habeo in promptu quod dicã. ὀρήω enim ſimplex, abſdo ſignificat, in promptu habeo.

τῶν πρός τι.) Id eſt, ex natura illarum rerum, quæ ad aliquid referantur, quæ, autore Ariſtotele, hoc ipſum quod ſunt, aliorum eſſe dicuntur: &, quod addit Plato, interpretatione alterius, ad quod referuntur, indigent: unde relatiua Latinis dicuntur. Volunt itaque id genus Philoſophi, illas notiões uiles ex ſingularibus rebus collectas in animo referri ad res æternas, & ita ut percipi planè nõ poſſint, niſi præcognitis æternis rebus. At res illæ externæ quum ſint ſingulares & in totum corruptibiles, non cadũt ſub ſcientiam. Eſt enim ſcientia, ſi credimus Ariſtoteli tantùm rerum neceſſariarum, quæ nõ poſſunt ſe aliter habere, quàm ſemel ſunt.

QVOD MVLIERES ROMAE PER HERculem non iurauerint, neq; uiri per Caſtorem.

CAPVT VI.

IN *ueteribus ſcriptis, neque mulieres* Romanæ *per Herculem deierant, neq; uiri per Caſtorem. Sed cur illæ non iurauerunt* Herculem, *obſcurum non eſt. Nam* Herculano *ſacrificio abſtinent. Cur aũt uiri Caſtorem iurantes non appellarunt, non facilè dictu eſt. Nuſquàm igitur ſcriptũ inuenire eſt apud idoneos quidem ſcriptores, aut* Mehercle *fœminã dicere, aut Mecaſtor uirum.* Aedepol *autem, quod iuſiurandũ per* Pollucẽ *eſt, & uiro & fœminæ commune eſt. Sed* M. Varro *aſſeuerat antiquiſſimos uiros neq; per Caſtorem, neq; per*

Hercules.
Caſtor.
Aedepol.

per Pollucem deierare solitas: sed id iusiurandum fuisse tantùm fœminarum ex initijs Eleusinis acceptum. Paulatim tamē inscitia antiquitatis uiros dicere Aedepol cœpisse, factumq; ita dicēdi morē sed Mecastor à uiro dici, in nullo ueteri scripto inueniri.

Ex initijs Eleusinis.) Ex sacrificijs quæ in Eleusina urbe Atticæ regionis tantùm à fœminis, in honorē Cereris, filiam Proserpinam quærentis celebrantur.

VERBIS ANTIQVISSIMIS RELIctisq; & desitis minimé utendum.

CAPVT VII.

Verba noua fugienda.

VErbis uti aut nimis obsoletis exculatisq;, aut insolentibus nouitatisq; duræ & illepidæ, par esse delictū uidetur. Sed molestiùs equidē culpatiusq; esse arbitror, uerba noua, incognita, inaudita dicere, quàm inuulgata & sordentia. Noua autem uideri dico, etiā ea, quæ sunt inusitata & desita, tametsi sint uetusta. Est adeò id uiciū plerunq; seræ eruditionis, quā Græci ὀψιμαθίαν appellant: ut quòd nunquàm didiceris, diu ignoraueris: cùm id scire aliquādo cœperis, magnifacias, quo in loco cunq; & quacunq; in re dicere: Veluti Romæ nobis præsentibus, uetus celebratusq; homo in caussis, sed repentina & quasi tumultuaria doctrina præditus, cùm apud præfectum urbis uerba faceret: & dicere uellet, inopi quendam miseroq; uictu uiuere, & furfurerum panem esitare, uinumq; eructū & fœtidum potare: Hic, inquit, eques Romanus apludam

Vsu Barbarorū putrescentia, & inuulgata.

Tardidiscētiam, cuius oppositum est παιδομαθής, id est, qui à puero didicit.

dam edit, & floces bibit. Aspexerunt omnes qui aderant, alius alium, primo tristiores turbato & requirente uultu, quid'nam illud utriusq; uerbi foret. Post deinde, quasi nescio qd Thuscè & Gallicè dixisset, uniuersi riserunt. Legerat autem ille, apludam ueteres rusticos frumenti furfurẽ dixisse. Idq; à Plauto in Comœdia (si ea Plauti est) quæ Astraba inscripta est, positum esse. Itẽ floces audierat prisca uoce significare uini fecem è uinaceis expressam, sicuti fraces ex oleis. Idq; apud Cæcilium ἐν πωλουμένοις legerat, eaq; sibi duo uerba ad orationũ ornamenta seruauerat. Alter quoq; à lectionibus id genus paucis ἀπειρόκαλος, cùm aduersarius caussam differri postularet: Rogo prætor, inquit, subueni, succurre: quónam usq; nos bouinator hic demoratur? atq; id uoce magna ter quatérue inclamauit bouinator. Commurmuratio fieri cœpta est à plerisq; qui aderant quasi monstrum uerbi admirãtibus. At ille iactans & gestiens: Non enim Lucilium, inquit, legistis, qui tergiuersatorem bouinatorem dicit. Est autem in Lucilij undecimo uersus hic:

Feces uini.
Apluda.
Astraba.
Floces uini.
Fraces olei.
Bouinator.
Bouinator.

Hic strigosus, bouinatorq; ore improbus duro.

Maceratus
Duro. pertinaci, impudenti.

Verbis aut nimis obsoletis.) Ita ab usu remotis, ut ne odor quidem superstit, hoc enim est obsoletum.
Exculcatisq;.) Ex usu protritis.
Insolentibus.) Insuetis, insolitis.
Culpatiusq;.) Deterius noue dixit.
Apludam edit.) Festus Pomp. genus minutissimæ paleæ aut frumenti aut panici interpretatur apludã, quod à grano

mitteres, quod priusquàm faceres, peteres ut ignosceretur? Scriptum est hoc in libro Cornelij Nepotis de Illustribus uiris. fuerat te, non tibi.

HISTORIA DE LEGATIS MILETI, ET Demosthene Rhetore, in libris Critolai reperta,

CAPVT IX.

*CRitolaus scripsit, legatos Mileto publicæ rei causa uenisse Athenas, *fortasse an dixerit auxilij petēdi gratia. Tū qui pro sese uerba facerēt, quos uisum erat aduocasse, aduocatos (uti erat mandatum) uerba pro Milesijs ad populum fecisse, Demosthenem Milesiorū postulatis acriter respondisse, neq; Milesios auxilio dignos, neq; ex Republica id esse contendisse. Rem in posterum diem prolatā, legatos ad Demosthenē uenisse, magnoq; opere orasse uti contrà ne diceret: Eum pecuniam petiuisse, & quantam petiuerat, abstulisse. Postridiè cùm res agi denuò cœpta esset, Demosthenē lana multa collum ceruicesq; circumuolutū, ad populū prodisse, & dixisse se σωνάγχην pati, eò contra Milesios loqui non quire. Tum è populo unum exclamasse: Non σωνάγχην, quod Demosthenes pateretur, sed ἀργυράγχην esse. Ipse etiam Demosthenes, ut idem Critolaus refert, nō id posteà cōcelauit, quin gloriæ quoq; hoc sibi aßignauit. Nam cùm interrogasset Aristodemum actorem fabularum, quātum mercedis, uti ageret, accepisset: & Aristodemus talentum respon-*

* In ātiquo lib. desunt hæc tria uerba: fortasse an dixerit.

Extractam, dilatam.

Demosth.

Argentangin ā, ab ἀργυρος, quod argentum significat.

Aristodemus.

spondisset: At ego plus, inquit, accepi ut tacerem.

Critolaus scripsit.) Consule de eo Diogenem Laërtium, qui scriptum reliquit, hunc Aristotelis fuisse discipulum, ex familia Peripateticorum.

Se συνάγχην) συνάγχη Græcis, angina Latinè dicitur, morbus est qui fauces ita cõstringit, ut non solũ non essitare, uerumetiã ea loqui quidẽ possis, unde et nomen habet, nã ἄγχω stringo significat. Latinè autẽ ab angendo dicta est: quo nomine Plautus in Mostel. Cornrlius Celsus, & Plinius utuntur. Barbari uerò medici, quorum est hac ętate maximus prouẽtus, Squinantiam appellant.

QVOD C. GRACCHVS IN ORATIOne sua, historiã suprà scriptã Demadi rhetori, nõ Demostheni attribuit, uerbaq; ipsius C. Gracchi relata.

CAPVT X.

Qvod in capite superiore à Critolao scriptũ esse diximus super Demosthene, *id* C. Gracchus *in oratione qua legem Aufeiam dissuasit, in* Demadẽ *con tulit uerbis hisce:* Nam uos Quirites, *si uelitis sapientia atque uirtute uti, & si quæritis, neminẽ nostrũ inuenietis sine precio huc prodire: omnes nos, qui uerba facimus, aliquid petimus: neque ullius rei caussa quisquã ad uos prodit, nisi ut aliqd auferat.* Ego *ipse, qui apud uos uerba facio, uti uectigalia uestra augeatis, quò faciliùs uestra commoda &* Remp. *administrare poßitis, nõ gratis prodeo.* Verũ *peto à uobis, non pecuniã, sed bonã existimationẽ atq; honorem.* Qui *prodeunt dissuasuri ne hanc legẽ accipiatis, petunt nõ honorem à uobis, uerùm à* Nicomede *pecuniam.* Qui *suadent ut accipiatis, ij quoque petũt non à uobis bonam exi-*

Rege Bythiniæ, qui uectigalia Romanorum

*existimationem, uerùm à Mithridate * rei familiaris suæ precium & præmium. Qui autem ex eodem loco atq; ordine tacent, ij uel acerrimi sunt. Nam ab omnibus precium accipiunt, & omnes fallunt. Vos cùm putatis eos ab his rebus remotos esse, impartitis bonã existimationem. Legationes autem à regibus, cùm putant eos sua caussa reticere, sumptus atq; pecunias maximas præbent, uti in terra Græcia. Quo in tempore tragœdus gloriæ sibi ducebat, talentũ magnum ob unam fabulam datũ esse, homo eloquẽtissimus ciuitatis suæ Demades, ei respondisse dicitur: Mirum tibi uidetur, si tu loquendo talentum quæsisti? Ego ut tacerem, decem talenta à rege accepi. Itidem nunc isti precia maxima ob tacendum accipiunt.*

minuere uelebat.

*familiaritatis suæ

Demades.

VERBA P. NIGIDII, QVIBVS DIFferre dicit, Mentiri, & Mendacium dicere.

CAPVT XI.

Verba sunt hæc ipsa P. Nigidij, hominis in studijs bonarũ artiũ præcellentis: quẽ M. Cicero ingenij doctrinarumq; nomine, summè reueritus est: inter mendacium dicere, & mentiri, distat. Qui mentitur, ipse non fallitur, sed alterum fallere conatur. Qui mendacium dicit, ipse fallitur. Item hoc addidit: Qui mentitur, inquit, fallit, quantum in se est: At qui mendacium dicit, ipse nõ fallit, quantum in se est. Item hoc quoq; super eadem re dicit: Vir bonus, inquit, præsta-

Mentiri.
Mẽdacium dicere.

re debet ne mentiatur: prudens, ne mendacium dicat. Alterum incidit in hominem, alterum non. Variè Mehercle & lepidè Nigidius tot sentẽtias in eandem rem, quasi aliud atq; aliud diceret, disparauit.

Mẽdacium dicit.) Narrat quod ab alio auditum sit. Non enim potest fieri, ut quisquam casu aliquo mentiatur, id est, aliud loquatur quàm uelit in animo. Verùm casus sæpè facere solet, ut mendacium dicamus, hoc est, falsum pro uero narremus.

QVOD CHRYSIPPVS PHILOSOPHVS, omne uerbũ ambiguum dubiumq; esset dicit. Diodorus contrà, nullum uerbum ambiguum esse putat.

CAPVT XII.

Chrysippus Diodorus Cronus.

CHrysippus ait, omne uerbum ambiguum natura esse, quoniam ex eodẽ duo uel plura accipi possunt. Diodorus autẽ, cui Crono cognomentũ fuit: Nullum, inquit, uerbum est ambiguum, nec quisquam ambiguum dicit, aut sentit. Nec *aliud dici uideri debet, q̃ quod se dicere sentit is, qui dicit.* At *quum ego, inquit, aliud sensi, tu aliud accepisti: obscurè magis dictum, q̃ ambiguè uideri potest. Ambigui enim uerbi natura illa esse debuit, ut qui diceret, duo uel plura diceret.* Ne*mo autẽ duo uel plura dicit, qui se sentit unum dicere.*

Videtur ad hanc sententiã Chrysippi allusisse. Quintil. li. 6 cùm dicit: Omne uerbũ uidetur ambiguum.

Diodorus autẽ.) Cognomen addit Gellius, eò quòd multi fuerint Diodori in literis clari. Primus enim cognominatus est Valerius, cui adiectum est etiã tertium cognomen Philosophus Alexandrinus: filius hic Pollionis Philosophi fuit, qui floruit imperante Hadriano Cæsare. Secũdus Siculus fuit, qui historias conscripsit, quibus titulum indidit Bibliotheces: cuius meminit Plinius in præfatione Historiæ mũdi. Tertius Comicus fuit, cuius

ius meminit Athenæus. Quartus Theologus extitit episcopus Tarsensis, cuius monimenta recenset Suidas, uidelicet commentarios in Genesim, Exodum, Psalmos, libros Regnorũ, Prouerbia, Cantica Canticorũ, Euangelia, atq; alia multa huius generis ad rẽ Theologicam pertinẽtia, quæ uidere licet in Suida: quę tamen omnia temporum iniuria interierunt.

QVID T. CASTRITIVS DE VERBIS, deq; sentẽtia quadã C. Gracchi existimauerit. Quodq; esse eam sine ullo sensus emolumento docuerit.

CAPVT XIII.

T. Castritius.

Apud T. Castritium disciplinæ Rhetoricæ doctorem, graui atq; firmo iudicio uirum, legebatur oratio C. Gracchi in P. Popiliũ. In eius orationis principio, collocata uerba sunt accuratiùs modulatiusq;, quàm ueterum oratorum consuetudo fert. Ea *uerba, sicuti dixi, composita sunt hæc: Quæ uos cupidè per hosce annos appetistis atq; uoluistis, ea si temerè repudiaritis, abesse non potest, quin aut olim cupidè appetisse aut nunc temerè repudiasse dicamini. Cursus igitur hic, & sonus rotundæ uolubilisq; sententiæ, eximiè nos & unicè delectabat, tantò id magis, quòd iam tunc Graccho uiro illustri & seuero, eiusmodi compositionem fuisse cordi uidebamus. Sed enim cùm eadem ipsa uerba sæpiùs petẽtibus nobis lectitarẽtur, admoniti à Castritio sumus, ut cõsideraremus, quæ uis, quod'ue emolumentũ eius sentẽtiæ foret: neq; pateremur, ut aures nostræ cadentis aptè orationis modis eblanditæ, animum quoque nobis uoluptate inani perfunderent.*

Gracchi uerba.

Id est, qua efficacia.

Id est, blandicijs capra delinitæ.

Cumq; nos admonitione ista attẽtiores fecisset: Inspici te, inquit, penitus, quid efficiant uerba hæc: dicatq; mi hi quæso aliquis uestrûm, an sit ulla huiusce sententiæ aut grauitas aut gratia? Quæ uos cupidè per hosce an nos appetistis atq; uoluistis, ea temerè si repudiaritis, abesse non potest, quin aut olim cupidè appetisse, aut nũc temerè repudiasse dicamini. Cui enim omnium ho minum in mentem nõ uenit, id profectò usu uenire, ut quod cupidè appetieris, cupidè appetisse, et quod teme rè repudiaueris, temerè repudiasse dicaris? At si, opi-nor, inquit, ita scriptum esset: Quæ uos per hosce an-nos appetistis, atq; uoluistis, ea nũc si repudiaritis, ab-esse nõ potest, quin aut olim cupidè appetisse, aut nũc temerè repudiasse dicamini: Si, inquit, ita diceretur, grauior scilicet, solidiorq; fieret sententia, & accipe-ret aliquid iustæ in audiendo expectationis. Nunc au-tem uerba hæc, cupidè & temerè, in quibus uerbis om ne monumentum rei est, non in concludenda sententia tantùm dicuntur, sed suprà quoq; nondũ desiderata po nuntur. Et quæ nasci oririq; ex ipsa rei cõceptione de bebant, antè omnino, quàm res postulat dicũtur. Nam qui ita dicit, si hoc feceris, cupidè fecisse diceris: rẽ di-cit sensus alicuius ratione collectam & confectã. Qui uerò ita dicit, si cupidè feceris, cupidè fecisse diceris: nõ lõgè secùs dicit, atq; si diceret, si cupidè feceris, cu pidè feceris. Hæc ego, inquit, admonui, non ut C. Grac cho

αὐτολογία ...st, id est,

cho uicio darem (dij enim mentem meliorem mihi, nã si quicquam in tam fortis facundiæ uiro, uicij uel erroris esse dici potest, id omne et autoritas eius exhausit, & uetustas consumpsit) sed uti caueretis, ne uos facilè præstringeret modulatus aliquis currẽtis facundiæ sonitus, atque uim ipsam rerum uirtutemq; uerborum priùs pensitaretis: & siquidem grauis, atq; integra, & syncera sentẽtia diceretur, tum si ita uideretur, greßibus quoq; ipsis orationis, & gestibus plauderetis. Si uerò frigidi & leues, & futiles sensus, in uerba aptè numeroseq; posita includerentur, non esse id secùs crederetis, quàm cùm homines insigni deformitate, ad facienda ridicula imitantur histriones, & gestiunt.

eiusdem repetitio.

SOBRIA ET PVLCHERRIMA ROMVli regis responsio circa uini usum.

CAPVT XIIII.

Simplicißima suauitate & rei & orationis L. Piso frugi usus est in primo Annali, cùm de Romuli regis uita atq; uictu scriberet. Ea uerba, quæ scripsit, hæc sunt: Eundẽ Romulum dicũt ad cœnam uocatum, ibi non multum bibisse, quia postridiè negociũ haberet. Ei dicũt: Romule, si isthuc omnes homines faciant, uinum uilius sit. Is respondit: Imò uerò carum, si quantum quisq; uolet, bibat: nam ego bibi quantum uolui.

Romuli sobrietas & lepidũ responsum.

DE LVDIBVNDO, ET ERRABVNDO, atq; id genus uerborum productionibus, & quòd Laberius sic Amorabundam dixit, ut dicitur Ludibunda &

Errabunda. Atque inibi quòd Sisenna per huiuscemodi uerbum usus figura noua est.

CAPVT XV.

Amarabundus. Bundus finita.

LAberius in lacu Auerno, mulierẽ amantem, uerbo inusitatiùs ficto, Amorabundam dixit. Id uerbum Cesellius uindex in commentario Lectionũ antiquarum* ex figura scriptum dixit, qua ludibũda, ridibunda, & errabunda dicitur, ludens & ridens, & errans. Terentius autem Scaurus, diui Adriani tẽporibus Grãmaticus uel nobilißimus, inter alia, quæ de Cesellij erroribus composuit, in hoc quoq; uerbo errasse eũ scripsit, quòd idẽ esse putauerit, ludẽs, et ludibũda, errans & errabũda, ridens & ridibunda. Nã ludibunda, inquit, & ridibunda, & errabunda ea dicitur, quæ ludentẽ, uel ridentẽ, uel errantẽ agit aut simulat. Sed qua ratione Scaurus adductus sit, ut Cesellium in eo reprehẽderet, nõ hercle reperiebamus. Non est enim dubiũ, quin hæc genere ipso duntaxat idem significẽt, quod ea demonstrãt, à quibus producũtur. Quid esset autem, ludẽtem agere, uel imitari, non intelligere uideri maluimus, quàm insimulare cũ tanquàm ipsum minus intelligentẽ. Quin magis Scaurũ oportuit cõmentaria Cesellij criminantẽ, hoc ab eo præteritũ requirere, q non dixerit, an quid, & quantulum differret à ludibundo ludens, & ridibundo ridens, & errabundo errans, cæteraq; horũ similia: an à principalibus uerbis paululũ aliquid distarent, & quã omnino uim haberet

* ea

Terentius Scaurus, cuius etiã meminit Diomedes sæpe numero.

parti-

particula hæc extrema eiusmodi uocabulis addita. Hoc enim fuit potiùs requirendũ in istiusmodi figuræ tractatu, sicuti requiri solet in uinolento, & lutulẽto, & turbulẽto, uacua'ne & inanis sit isthæc productio, cuiusmodi sunt, quæ παραγωγὰς Græci dicunt: an extrema illa particula habeat aliquid suæ propriæ significationis. Cùm reprehensionẽ autẽ illam Scauri notaremus, in memoriã nobis rediijt, quòd Sisenna in quarto Historiarũ eiusdẽ figuræ uerbo ita usus est: Populabũdus, inqt, agros, ad oppidũ peruenit. Quod scilicet significat cùm agros popularetur, non (ut Scaurus in consimilibus uerbis ait) cùm populantẽ ageret, uel cũ imitaretur. Sed inquirentibus nobis, quæ'nam ratio & origo esset huiuscemodi figuræ, populabundus & errabundus, & lætabundus, & ludibundus, multorũq; aliorũ id genus uerborũ ἐπιβόλως hercle, Appollinaris noster sibi uideri ait, particulã istam postremã, in qua uerba talia exeũt, uim & copiã quasi abundantiã rei, cuius id uerbũ esset, demonstrare: Vt lætabundus is dicatur, qui abundè lætus sit: & errabundus, qui longo atq; abundanti errore sit. Cæteraq; omnia ex ea figura ita dici ostendit, ut productio hæc & extremitas, largam & fluentem uim, & copiam declaret.

Ab ἄγω quod duco significat.

Lętabũdus.
Errabũdus.

Apollinaris noster.) Laurentius Valla aliquid certius pressiusq; adferre gestiens in hac quæstione, subscribit Apollinaris sententiæ: uerùm addit, tantum significarę hæc uocabula in bundus, quantum frequentatiuorum

uorum uerborum participia. Proptereaq́ frequẽtatiua participia non esse in usu ab omnibus uerbis recepta. Vide Elegantias Vallæ.

QVOD GRAECORVM QVORVNDAM uerborum difficilima est in linguam Latinam mutatio, uelut quod Græcè dicitur πολυπραγμοσύνη.

CAPVT XVI.

Græca quędam uerti uix posse.

Id est, singulis, de ista dictiõe anteà nos dicere memini.

De multarũ rerum cura aut uarijs negocijs & rebus.

Insigniter maximè.

πολυτρο.) morositatẽ

ADiecimus sæpè animum ad uocabula rerũ non paucißima, quæ neq; singulis uerbis, ut à Græcis, neq; si maximè pluribus eas res uerbis dicamus, tã dilucidè, tamq́; aptè demonstrari Latina oratione possunt, quam Græci ea dicũt priuis uocibus. Nuper etiã cùm allatus esset ad nos Plutarchi liber, et eius libri indicẽ legissemus, qui erat περὶ πολυπραγμοσύνης, per contanti cuipiã, qui & literarũ & uocũ Græcarũ expers fuit, cuius'nã liber, & qua de re scriptus esset: nomen quidẽ scriptoris statim diximus: rem, de qua scriptum fuit, dicturi hæsimus. At tum quidẽ primò, quia non satis commodè opinabar interpretaturũ esse, si dicerẽ librum scriptũ esse de negociositate, aliud institui apud me exquirere: quod, ut dicitur uerbum de uerbo expressum esset. Nihil erat prorsus, quod aut meminissem legere me, aut si etiam uellẽ fingere, quod non insigniter asperum, absurdũ, durumq́; esset, si ex multitudine & negocio uerbum unum cõpingerem sicuti multijuga dicimus, & multicoloria, & multiformia. Sed nõ minus illepidè ita diceretur, q̃ si interpretari uoce una uelis πολυφιλίαν, aut πολυτροπίαν, aut πολυ-

σαρκί-

σαςκίαν. Quamobrem, cùm diutilè tacitus in cogitã do fuissem: respondi tandem, non uideri mihi significa ri eam rem posse uno nomine. Et idcircò iuncta oratione, quid uellet Græcum id uerbum, pararam dicere. Ad multas igitur res aggreßio, earumq; omnium rerum actio πολυπςαγμοσύνη inquã Græcè dicitur, de qua hunc librum compositum esse, inscriptio ista indicat. Tum ille opicus uerbis meis inchoatis & inconditis adductus, uirtutem quidem esse πολυπςαγμοσύνην: Hortatur, inquit, nos profectò nescio quis hic Plutarchus ad negocia capessenda, & ad res obeundas plurimas cum industria & celeritate: nomenq; ipsius uirtutis, de qua locuturus esset, libro ipsi, sicuti dicis, nõ incommodè præscripsit. Minimè, inquam, uerò. Neque enim ista omnino uirtus est, cuius Græco nomine argumentum hoc libri demonstratur: neq; id, quod tu opinare, aut ego me dicere sentio, aut Plutarchus facit. Deterret enim nos hoc quidem in libro, quàm potest maximè, à uaria promiscuaq;, & nõ necessaria rerum eiusmodi plurimarũ & cogitatione & petitione. Sed huius, inquam, tui erroris culpam esse intelligo in mea scilicet facũdia, qui ne pluribus quidem uerbis potuerim non obscurißimè dicere, quod à Græcis perfectißimè uno uerbo, & planißimè dicitur.

Aliquantulũ, aduerbiũ est Apuleianum.

Agrestis, eti am parũ Latinè sciens, Osci enim sermõis, ut autor est Festus, uerbũ hoc est, q præterq φ spurcus & obscœnus est, etiam rusticus & agrestis semper est habitus.

QVID SIGNIFICAT IN VETERIBVS prætorum edictis, quòd flumina retanda publicè redempta habent.

subtilißimè argutißimeq; decem libros cōposuit, quos πυῤῥωνίων τρόπων inscribit. Vetus autem quæstio, et à multis scriptoribus Græcis tractata, an qd, & quantum inter Pyrrhonios & Academicos philosophos intersit. Vtriq; enim σκεπτικοὶ, ἐφεκτικοὶ, ἀπορητικοὶ dicuntur, quoniā utriq; nihil affirmāt, nihilq; cōprehēdi putant. Sed ex omnibus rebus perinde uisa fieri dicunt, quas φαντασίας appellant, non ut rerū ipsarum natura est, sed affectio animi corporis'ue est eorum, ad quos ea uisa perueniunt. Itaq; omnes omnino res, quæ sensus hominū mouēt, τῶν πρός τι esse dicūt. Id uerbū significat, nihil esse quicquā q, ex sese constet, nec quod habeat uim propriam & naturā, sed omnia prorsum ad aliqd referri: taliaq; uideri esse, qualis sit eorū species dū uidētur: qualiaq; apud sensus nostros quò peruenerunt, creantur, non apud sese, undè profecta sunt. Cùm hæc autem consimiliter tam Pyrrhonij dicāt quàm Academici: differre tamē inter sese & propter alia quædā, & uel maximè propterea existimati sunt, quòd Academici quidē ipsum illud, nihil posse cōprehendi quasi cōprehendunt: & nihil poße decerni, quasi decernunt: Pyrrhonij ne id quidē ullo pacto uideri uerum dicunt, quòd nihil esse uerum uidetur.

Academici.

σκεπτικοὶ) A uerbo σκέπτομαι, quod significat diligenti indagatione considero, hoc uerò loco usurpauit pro dubitare atq; hærere translatione sumpta à uiatoribus, qui ubi ad biuium aliquod uenerint, incerti quà progrediant-

diantur, diu cunctantur atque insistunt.

ἐφεκτικοὶ) Dicti sunt Academici, quod nihil pronunciarint, sed sententiam suam animo continuerint, à uerbo ἐπέχω, quod significat contineo.

ἀπορητικοὶ) Id est, dubitatores, à uerbo ἀπορέω quod significat dubito, uel non habeo in promptu quod dicā. ἐρέω enim simplex, abdo significat, in promptu habeo.

τῶν πρός τι.) Id est, ex natura illarum rerum, quæ ad aliquid referantur, quæ, autore Aristotele, hoc ipsum quod sunt, aliorum esse dicuntur: & quod addit Plato, interpretatione alterius, ad quod referuntur, indigent: unde relatiua Latinis dicuntur. Volunt itaque id genus Philosophi, illas notiōes uiles ex singularibus rebus collectas in animo referri ad res æternas, & ita ut percipi planè nō possint, nisi præcognitis æternis rebus. At res illæ externæ quum sint singulares & in totum corruptibiles, non cadūt sub scientiam. Est enim scientia, si credimus Aristoteli tantùm rerum necessariarum, quæ nō possunt se aliter habere, quàm semel sunt.

QVOD MVLIERES ROMAE PER HERculem non iurauerint, neque uiri per Castorem.

CAPVT VI.

IN ueteribus scriptis, neque mulieres Romanæ per Herculem deierant, neq; uiri per Castorem. Sed cur illæ non iurauerunt Herculem, obscurum non est. Nam Herculano sacrificio abstinent. Cur aūt uiri Castorem iurantes non appellarunt, non facilè dictu est. Nusquàm igitur scriptū inuenire est apud idoneos quidem scriptores, aut Mehercle fœminā dicere, aut Mecastor uirum. Aedepol autem, quod iusiurandū per Pollucē est, & uiro & fœminæ commune est. Sed M. Varro asseuerat antiquißimos uiros neq; per Castorem, neq; per

Hercules. Castor.

Aedepol.

per Pollucem deierare solitos: sed id iusiurandum fuisse tantùm fœminarum ex initijs Eleusinis acceptum. Paulatim tamē inscitia antiquitatis uiros dicere Aedepol cœpisse, factumq; ita dicēdi morē sed Mecastor à uiro dici, in nullo ueteri scripto inueniri.

Ex initijs Eleusinis.) Ex sacrificijs quæ in Eleusina urbe Atticæ regionis tantùm à fœminis, in honorē Cereris, filiam Proserpinam quærentis celebrantur.

VERBIS ANTIQVISSIMIS RELI-ctisq; & desitis minimè utendum.

CAPVT VII.

Verba noua fugienda.

VErbis uti aut nimis obsoletis exculatisq;, aut insolentibus nouitatisq; duræ & illepidæ, par esse delictū uidetur. Sed molestiùs equidē culpatiusq; esse arbitror, uerba noua, incognita, inaudita dicere, quàm inuulgata & sordentia. Noua autem uideri dico, etiā ea, quæ sunt inusitata & desita, tametsi sint uetusta. Est adeò id uiciū plerunq; seræ eruditionis, quā Græci ὀψιμαθίαν appellant: ut quòd nunquàm didiceris, diu ignoraueris: cùm id scire aliquādo cœperis, magnifacias, quo in loco cunq; & quacunq; in re dicere: Veluti Romæ nobis præsentibus, uetus celebratusq; homo in caußis, sed repentina & quasi tumultuaria doctrina præditus, cùm apud præfectum urbis uerba faceret: & dicere uellet, inopi quendam miseroq; uictu uiuere, & furfurerum panem esitare, uinumq; eructū & fœtidum potare: Hic, inquit, eques Romanus apludam

Vsu Barbarorū putrescentia, & inuulgata.

Tardidiscētiam, cuius oppositum est παιδομαθής, id est, qui à puero didicit.

dam edit, & floces bibit. Aspexerunt omnes qui aderant, alius alium, primo tristiores turbato & requirente uultu, quid nam illud utriusq; uerbi foret. Post deinde, quasi nescio qd Thuscè & Gallicè dixisset, uniuersi riserunt. Legerat autem ille, apludam ueteres rusticos frumenti furfurē dixisse. Idq; à Plauto in Comœdia (si ea Plauti est) quæ Astraba inscripta est, positum esse. Itē floces audierat prisca uoce significare uini fecem è uinaceis expressam, sicuti fraces ex oleis. Idq; apud Cæcilium ἐν πωλουμένοις legerat, eaq; sibi duo uerba ad orationū ornamenta seruauerat. Alter quoq; à lectionibus id genus paucis ἀπειρόκαλος, cùm aduersarius caussam differri postularet: Rogo prætor, inquit, subueni, succurre: quónam usq; nos bouinator hic demoratur? atq; id uoce magna ter quatérue inclamauit bouinator. Commurmuratio fieri cœpta est à plerisq; qui aderant quasi monstrum uerbi admirātibus. At ille iactans & gestiens: Non enim Lucilium, inquit, legistis, qui tergiuersatorem bouinatorem dicit. Est autem in Lucilij undecimo uersus hic:

Feces uini. Apluda. Astraba. Floces uini. Fraces olei. Bouinator. Bouinator.

Hic strigosus, bouinatorq; ore improbus duro.

Maceratus Duro, pertinaci, impudenti.

Verbis aut nimis obsoletis.) Ita ab usu remotis, ut ne odor quidem superfit, hoc enim est obsoletum.
Exculcatisq;.) Ex usu protritis.
Insolentibus.) Insuetis, insolitis.
Culpatiusq;.) Deterius nouè dixit.
Apludam edit.) Festus Pomp. genus minutissimæ paleæ aut frumenti aut panici interpretatur apludā, quod

mitteres, quod priusquàm faceres, peteres ut ignosceretur? Scriptum est hoc in libro Cornelij Nepotis de Illustribus uiris. fuerat te, non tibi.

HISTORIA DE LEGATIS MILETI, ET Demosthene Rhetore, in libris Critolai reperta,

CAPVT IX.

*Critolaus scripsit, legatos Mileto publicæ rei caussa uenisse Athenas, *fortasse an dixerit auxilij petẽdi gratia. Tũ qui pro sese uerba facerẽt, quos uisum erat aduocasse, aduocatos (uti erat mandatum) uerba pro Milesijs ad populum fecisse, Demosthenem Milesiorũ postulatis acriter respondisse, neq; Milesios auxilio dignos, neq; ex Republica id esse contendisse. Rem in posterum diem prolatã, legatos ad Demosthenẽ uenisse, magnoq; opere orasse uti contrà ne diceret: Eum pecuniam petiuisse, & quantam petiuerat, abstulisse. Postridiè cùm res agi denuò cœpta esset, Demosthenẽ lana multa collum ceruicesq; circumuolutũ, ad populũ prodisse, & dixisse se συνάγχην pati, eò contra Milesios loqui non quire. Tum è populo unum exclamasse: Non συνάγχην, quod Demosthenes pateretur, sed ἀργυράγχην esse. Ipse etiam Demosthenes, ut idem Critolaus refert, nõ id posteà cõcelauit, quin gloriæ quoq; hoc sibi aßignauit. Nam cùm interrogasset Aristodemum actorem fabularum, quãtum mercedis, uti ageret, accepisset: & Aristodemus talentum respon-*

* In ãtiquo lib. desunt hæc tria uerba: fortasse an dixerit.

Extractam, dilatam.

Demosth.

Argentanginã, ab ἄργυρος, quod argentum significat.

Aristodemus.

spondisset: At ego plus, inquit, accepi ut tacerem.

Critolaus scripsit.) Consule de eo Diogenem Laërtium, qui scriptum reliquit, hunc Aristotelis fuisse discipulum, ex familia Peripateticorum.

Se συνάγχην) συνάγχη Græcis, angina Latinè dicitur, morbus est qui fauces ita cõstringit, ut non solũ non etiam spirare, uerumetiã ea loqui quidẽ possis, unde et nomen habet, nã ἄγχω stringo significat. Latinè autẽ ab angendo dicta est: quo nomine Plautus in Mostel. Cornelius Celsus, & Plinius utuntur. Barbari uerò medici, quorum est hac ętate maximus prouẽtus, Squinantiam appellant.

QVOD C. GRACCHVS IN ORATIONE sua, historiã suprà scriptã Demadi rhetori, nõ Demostheni attribuit, uerbaq́ ipsius C. Gracchi relata.

CAPVT X.

QVod in capite superiore à Critolao scriptũ esse diximus super Demosthene, id C. Gracchus in oratione qua legem Aufeiam dissuasit, in Demadẽ contulit uerbis hisce: Nam uos Quirites, si uelitis sapientia atque uirtute uti, & si quæritis, neminẽ nostrũ inuenietis sine precio huc prodire: omnes nos, qui uerba facimus, aliquid petimus: neque ullius rei caussa quisquã ad uos prodit, nisi ut aliqd auferat. Ego ipse, qui apud uos uerba facio, uti uectigalia uestra augeatis, quò faciliùs uestra commoda & Remp. administrare poßitis, nõ gratis prodeo. Verũ peto à uobis, non pecuniã, sed bonã existimationẽ atq; honorem. Qui prodeunt dissuasuri ne hanc legẽ accipiatis, petunt nõ honorem à uobis, uerùm à Nicomede pecuniam. Qui suadent ut accipiatis, ij quoque petũt non à uobis bonam exi-

Rege Byrhiniæ, qui uectigalia Romanorum

*existimationem, uerùm à Mithridate * rei familiaris suæ precium & præmium. Qui autem ex eodem loco atq; ordine tacent, ij uel acerrimi sunt. Nam ab omnibus precium accipiunt, & omnes fallunt. Vos cùm putatis eos ab his rebus remotos esse, impartitis bonã existimationem. Legationes autem à regibus, cùm putant eos sua caussa reticere, sumptus atq; pecunias maximas præbent, uti in terra Græcia. Quo in tempore tragœdus gloriæ sibi ducebat, talentũ magnum ob unam fabulam datũ esse, homo eloquẽtißimus ciuitatis suæ Demades, ei respondisse dicitur: Mirum tibi uidetur, si tu loquendo talentum quæsisti? Ego ut tacerem, decem talenta à rege accepi. Itidem nunc isti precia maxima ob tacendum accipiunt.*

minuere uolebat.
*familiaritatis suæ
Demades.

VERBA P. NIGIDII, QVIBVS DIFferre dicit, Mentiri, & Mendacium dicere.

CAPVT XI.

VErba sunt hæc ipsa P. Nigidij, hominis in studijs bonarũ artiũ præcellentis: quẽ M. Cicero ingenij doctrinarumq; nomine, summè reueritus est: inter mendacium dicere, & mentiri, distat. Qui mentitur, ipse non fallitur, sed alterum fallere conatur. Qui mendacium dicit, ipse fallitur. Item hoc addidit: Qui mentitur, inquit, fallit, quantum in se est: At qui mendacium dicit, ipse nõ fallit, quantum in se est. Item hoc quoq; super eadem re dicit: Vir bonus, inquit, præstare de

Mentiri.
Mẽdacium dicere.

ius meminit Athenæus. Quartus Theologus extitit episcopus Tarsensis, cuius monimenta recenset Suidas, uidelicet commentarios in Genesim, Exodum, Psalmos, libros Regnorũ, Prouerbia, Cantica Canticorũ, Euangelia, atq; alia multa huius generis ad rẽ Theologicam pertinẽtia, quæ uidere licet in Suida: quę tamen omnia temporum iniuria interierunt.

QVID T. CASTRITIVS DE VERBIS, deq; sentẽtia quadã C. Gracchi existimauerit. Quodq; esse eam sine ullo sensus emolumento docuerit.

CAPVT XIII. T. Castritius.

Apud T. Castritium disciplinæ Rhetoricæ doctorem, graui atq; firmo iudicio uirum, legebatur oratio C. Gracchi in P. Popiliũ. In eius orationis principio, collocata uerba sunt accuratiùs modulatiusq;, quàm ueterum oratorum consuetudo fert. Ea uerba, sicuti dixi, composita sunt hæc: Quæ uos cupidè per hosce annos appetistis atq; uoluistis, ea si temerè repudiaritis, abesse non potest, quin aut olim cupidè appetisse aut nunc temerè repudiasse dicamini. Cursus igitur hic, & sonus rotundæ uolubilisq; sententiæ, eximiè nos & unicè delectabat, tantò id magis, quòd iam tunc Graccho uiro illustri & seuero, eiusmodi compositionem fuisse cordi uidebamus. Sed enim cùm eadem ipsa uerba sæpiùs petẽtibus nobis lectitarẽtur, admoniti à Castritio sumus, ut cõsideraremus, quæ uis, quod' ue emolumentũ eius sentẽtiæ foret: neq; pateremur, ut aures nostræ cadentis aptè orationis modis eblanditæ, animum quoque nobis uoluptate inani perfunderent.

Gracchi uerba.

Id est, quæ efficacia.

Id est, blandicijs capta, delinitæ.

Cc 2 Cumq;

Cumq; nos admonitione ista attẽtiores fecisset: Inspici te, inquit, penitus, quid efficiant uerba hæc: dicatq; mihi quæso aliquis uestrûm, an sit ulla huiusce sententiæ aut grauitas aut gratia? Quæ uos cupidè per hosce annos appetistis atq; uoluistis, ea temerè si repudiaritis, abesse non potest, quin aut olim cupidè appetisse, aut nũc temerè repudiasse dicamini. Cui enim omnium hominum in mentem nõ uenit, id profectò usu uenire, ut quod cupidè appetieris, cupidè appetisse, et quod temerè repudiaueris, temerè repudiasse dicaris? At si, opinor, inquit, ita scriptum esset: Quæ uos per hosce annos appetistis, atq; uoluistis, ea nũc si repudiaritis, abesse nõ potest, quin aut olim cupidè appetisse, aut nũc temerè repudiasse dicamini: Si, inquit, ita diceretur, grauior scilicet, solidiorq; fieret sententia, & acciperet aliquid iustæ in audiendo expectationis. Nunc autem uerba hæc, cupidè & temerè, in quibus uerbis omne monumentum rei est, non in concludenda sententia tantùm dicuntur, sed suprà quoq; nondũ desiderata ponuntur. Et quæ nasci oririq; ex ipsa rei cõceptione debebant, antè omnino, quàm res postulat dicũtur. Nam qui ita dicit, si hoc feceris, cupidè fecisse diceris: rẽ dicit sensus alicuius ratione collectam & confectã. Qui uerò ita dicit, si cupidè feceris, cupidè fecisse diceris: nõ lõgè secùs dicit, atq; si diceret, si cupidè feceris, cupidè feceris. Hæc ego, inquit, admonui, non ut C. Graccho

[ταυτολογία] [...]st, id est,

cho uicio darem (dij enim mentem meliorem mihi, nã si quicquam in tam fortis facundiæ uiro, uicij uel erroris esse dici potest, id omne et autoritas eius exhausit, & uetustas consumpsit) sed uti caueretis, ne uos facilè præstringeret modulatus aliquis currẽtis facundiæ sonitus, atque uim ipsam rerum uirtutemq; uerborum priùs pensitaretis: & siquidem grauis, atq; integra, & syncera sentẽtia diceretur, tum si ita uideretur, greßibus quoq; ipsis orationis, & gestibus plauderetis. Si uerò frigidi & leues, & futiles sensus, in uerba aptè numeroseq; posita includerentur, non esse id secùs crederetis, quàm cùm homines insigni deformitate, ad facienda ridicula imitantur histriones, & gestiunt.

eiusdem rei repetitio.

SOBRIA ET PVLCHERRIMA ROMVli regis responsio circa uini usum.

CAPVT XIIII.

Simplicißima suauitate & rei & orationis L. Piso frugi usus est in primo Annali, cùm de Romuli regis uita atq; uictu scriberet. Ea uerba, quæ scripsit, hæc sunt: Eundẽ Romulum dicũt ad cœnam uocatum, ibi non multum bibisse, quia postridiè negociũ haberet. Ei dicũt: Romule, si isthuc omnes homines faciant, uinum uilius sit. Is respondit: Imò uerò carum, si quantum quisq; uolet, bibat: nam ego bibi quantum uolui.

Romuli sobrietas & lepidũ responsum.

DE LVDIBVNDO, ET ERRABVNDO, atq; id genus uerborum productionibus. & quòd Laberius sic Amorabundam dixit, ut dicitur Ludibunda &

errabunda. Atque inibi quòd Sisenna per huiuscemodi uerbum usus figura noua est.

CAPVT XV.

marabun us.

undus fi ita.

*ea

'erentius caurus, cu us etiã m nnit Dio nedes sæpe umero.

*Laberius in lacu Auerno, mulierē amantem, uerbo inusitatius fictò, Amorabundam dixit. Id uerbum Cesellius uindex in commentario Lectionū antiquarum** ex figura scriptum dixit, qua ludibūda, ridibunda, & errabunda dicitur, ludens & ridens, & errans.* Terentius *autem Scaurus, diui* Adriani *tēporibus* Grāmaticus *uel nobilißimus, inter alia, quæ de Cesellij erroribus composuit, in hoc quoq; uerbo errasse eū scripsit, quòd idē esse putauerit, ludēs, et ludibūda, errans & errabūda, ridens & ridibunda. Nā ludibunda, inquit, & ridibunda, & errabunda ea dicitur, quæ ludentē, uel ridentē, uel errantē agit aut simulat. Sed qua ratione Scaurus adductus sit, ut Cesellium in eo reprehēderet, nō hercle reperiebamus.* Non *est enim dubiū, quin hæc genere ipso duntaxat idem significēt, quod ea demonstrāt, à quibus producūtur. Quid esset autem, ludētem agere, uel imitari, non intelligere uideri maluimus, quàm insimulare cū tanquàm ipsum minus intelligentē. Quin magis Scaurū oportuit cōmentaria Cesellij criminantē, hoc ab eo præteritū requirere, q non dixerit, an quid, & quantulum differret à ludibundo ludens, & ridibundo ridens, & errabundo errans, cæteraq; horū similia: an à principalibus uerbis paululū aliquid distarent, & quā omnino uim haberet*

parti-

particula hæc extrema eiusmodi uocabulis addita. Hoc enim fuit potiùs requirendũ in istiusmodi figuræ tractatu, sicuti requiri solet in uinolento, & lutulẽto, & turbulẽto, uacua'ne & inanis sit isthæc productio, cuiusmodi sunt, quæ παραγωγὰς Græci dicunt: an extrema illa particula habeat aliquid suæ propriæ significationis. Cùm reprehensionẽ autẽ illam Scauri notaremus, in memoriã nobis rediјt, quòd Sisenna in quarto Historiarũ eiusdẽ figuræ uerbo ita usus est: Populabũdus, inqt, agros, ad oppidũ peruenit. Quod scilicet significat cùm agros popularetur, non (ut Scaurus in consimilibus uerbis ait) cùm populantẽ ageret, uel cũ imitaretur. Sed inquirentibus nobis, quæ'nam ratio & origo esset huiuscemodi figuræ, populabundus & errabundus, & lætabundus, & ludibundus, multorũq; aliorũ id genus uerborũ ἐπιβόλως hercle, Appollinaris noster sibi uideri ait, particulã istam postremã, in qua uerba talia exeũt, uim & copiã quasi abundantiã rei, cuius id uerbũ esset, demonstrare: Vt lætabundus is dicatur, qui abundè lætus sit: & errabundus, qui longo atq; abundanti errore sit. Cæteraq; omnia ex ea figura ita dici ostendit, ut productio hæc & extremitas, largam & fluentem uim, & copiam declaret.

Ab ἄγω quod duco significat.

Lętabũdus. Errabũdus.

Apollinaris noster.) Laurentius Valla aliquid certius pressiusq; adferre gestiens in hac quæstione, subscribit Apollinaris sententiæ: uerùm addit, tantum significare hæc uocabula in bundus, quantum frequentati-

uorum uerborum participia. Propterea'q; frequẽtatiua participia non esse in usu ab omnibus uerbis recepta. Vide Elegantias Vallæ.

QVOD GRAECORVM QVORVNDAM uerborum difficilima est in linguam Latinam mutatio, uelut quod Græcè dicitur πολυπραγμοσύνη.

CAPVT XVI.

Græca quędam uerti uix posse.

Id est, singulis, de ista dictiõe anteà nos dicere memini.

De multarũ rerum cura aut uarijs negocijs & rebus.

ADiecimus sæpè animum ad uocabula rerũ non paucißima, quæ neq; singulis uerbis, ut à Græcis, neq; si maximè pluribus eas res uerbis dicamus, tã dilucidè, tamq; aptè demonstrari Latina oratione possunt, quam Græci ea dicũt priuis uocibus. Nuper etiã cùm allatus esset ad nos Plutarchi liber, et eius libri indicẽ legissemus, qui erat περὶ πολυπραγμοσύνης, *per contanti cuipiã, qui & literarũ & uocũ Græcarũ expers fuit, cuius'nã liber, & quã de re scriptus esset: nomen quidẽ scriptoris statim diximus: rem, de qua scriptum fuit, dicturi hæsimus. At tum quidẽ primò, quia non satis commodè opinabar interpretaturũ esse, si dicerẽ librum scriptũ esse de negociositate, aliud institui apud me exquirere: quod, ut dicitur uerbum de uerbo expressum esset. Nihil erat prorsus, quod aut meminisssem legere me, aut si etiam uellẽ fingere, quod non insigniter asperum, absurdũ, durumq; esset, si ex multitudine & negocio uerbum unum cõpingerem sicuti multijuga dicimus, & multicoloria, & multiformia. Sed nõ minus illepidè ita diceretur, q̃ si interpretari uoce una uelis* πολυφιλίαν, *aut* πολυξοπίαν, *aut* πολυσαρκί-

Insigniter maximè.

πολυτρο.) morositatẽ

σαϕηνίαν. Quamobrem, cùm diutilè tacitus in cogitãdo fuissem: respondi tandem, non uideri mihi significari eam rem posse uno nomine. Et idcircò iuncta oratione, quid uellet Græcum id uerbum, pararam dicere. Ad multas igitur res aggressio, earumq; omnium rerum actio πολυπραγμοσύνη inquã Græcè dicitur, de qua hunc librum compositum esse, inscriptio ista indicat. Tum ille opicus uerbis meis inchoatis & inconditis adductus, uirtutem quidem esse πολυπραγμοσύνην: Hortatur, inquit, nos profectò nescio quis hic Plutarchus ad negocia capessenda, & ad res obeundas plurimas cum industria & celeritate: nomenq; ipsius uirtutis, de qua locuturus esset, libro ipsi, sicuti dicis, nõ incommodè præscripsit. Minimè, inquam, uerò. Neque enim ista omnino uirtus est, cuius Græco nomine argumentum hoc libri demonstratur: neq; id, quod tu opinare, aut ego me dicere sentio, aut Plutarchus facit. Deterret enim nos hoc quidem in libro, quàm potest maximè, à uaria promiscuaq;, & nõ necessaria rerum eiusmodi plurimarũ & cogitatione & petitione. Sed huius, inquam, tui erroris culpam esse intelligo in mea scilicet facũdia, qui ne pluribus quidem uerbis potuerim non obscurißimè dicere, quod à Græcis perfectißimè uno uerbo, & planißimè dicitur.

Aliquantulũ, aduerbiũ est Apuleianum.

Agrestis, etiã anparũ Latinè sciens, Osci enim sermõis, ut autor est Festus, uerbũ hoc est, q̃ preterq̃ ꝙ spurcus & obscœnus est, etiam rusticus & agrestis semper est habitus.

QVID SIGNIFICAT IN VETERIBVS prætorum edictis, quòd flumina retanda publicè redempta habent.

CAPVT XVII.

EDicta ueterum Prætorum, sedētibus fortè nobis in bibliotheca templi Traiani, & aliud quid requirentibus, cùm in manus incidissent, legere atq; cognoscere libitū est. Tum in quodā edicto antiquiore ita scriptum inuenimus: Qui flumina retanda publicè redempta habent, si quis eorum ad me adductus fuerit, qui dicatur, quod eum ex lege locationis facere oportuerit, non fecisse. Retanda igitur quid esset, quærabatur. Dixit ibi quispiā nobiscum sedens amicus meus, in libro se Caij de Origine uocabulorū septimo legisse, retas uocari arbores, quæ aut ex ripis fluminum eminerent, aut in alueis eorum extarent: appellatasq; esse à retibus, quòd prætereuntes naues impedirent, & quasi irretirent. Idcirco sese arbitrari, retanda flumina locari solita esse, id est, purganda, ne quid aut moræ, aut periculi nauibus in ea uirgulta incidentibus fieret.*

A retis purganda, quas in suū usum redēptor, si libenter, au ferre posset

*corruerēt,

Retanda flumina.

Retas uocari arbores.) Suspicor hoc loco retas non tam arbores dici, quam speciem quandam arundinum prouenientiū in fluminibus, quę nisi singulis annis fermè repurgentur, aut euellantur, negocia exhibent nautis. Vtor'q; ad hanc meam sententiam potissimùm hoc argumento, quod uulgus non solùm Germanorum, sed & Gallorum sua lingua eiusmodi iuncos & arundines roir uocat.

QVA POENA DRACO ATHENIENSIS in legibus, quas populo Atheniensi scripsit, fures affecerit: & qua postea Solon, & qua item decemuiri nostri, qui duodecim tabulas scripserunt. Atq; inibi adscriptū, quòd

quòd apud Aegyptios furta licita & permissa sunt: apud Lacedæmonios autem cũ studio quoq; affectata, & pro exercitio utili celebrata. Ac præterea M. Catonis de puniendis furtis digna memoria sententia.

CAPVT XVIII.

DRaco Atheniensis uir bonus, multaq; esse prudentia existimatus est, iurisq; diuini & humani peritus fuit. Is *Draco leges, quibus Athenienses uterentur, primus omnium tulit.* In *illis legibus furẽ cuiuscunq; modi furti, supplicio capitis puniendum esse: & alia pleraq; nimis seuerè censuit sanxitq;.* Eius *igitur leges quoniam uidebantur impendiò acerbiores, non decreto iussoq; sed tacito illiteratoq; Atheniensium consensu obliteratæ sunt.* Postea *legibus alijs mitioribus à Solone compositis, usi sunt.* Is *Solon ex septem illis inclytis sapientibus fuit.* Is *sua lege in fures, non (ut* Draco *anteà) mortis, sed duplici pœna uindicandum existimauit.* Decemuiri *autem nostri, qui post reges exactos, leges quibus* Pop.Rom. *uterentur, in* XII.*tab. scripserunt, neque pari seueritate in punĩedis omnium generum furibus, neq; remißa nimis lenitate usi sunt.* Nam *furẽ, qui manifesto furto prehensus esset, tum demum occidi permiserunt, si aut cùm faceret furtum, nox esset, aut interdiu se telo, cùm prehenderetur, defenderet.* Ex *cæteris autem manifestis furibus liberos uerberari, addiciq; iusserunt ei, cui factum furtum esset, si modò id luci fecissent, neq; se telo de-*

Draco legis lator.

Furum punitio.

Vnde apud Atheniẽses in prouerbium abierat, leges Draconis sanguine conscriptas humano, ob nimiam scilicet iuris seueritatem.

lo defendissent: seruos item furti manifesti prehensos, uerberibus affici, & è saxo præcipitari: sed pueros impuberes Prætoris arbitratu uerberari uoluerũt, noxamq; ab his factam sarciri. Ea quoq; furta, quæ per lancem liciumque concepta essent, perinde ac si manifesta forent, uindicauerũt. Sed nunc à lege illa decemuirali discessum est. Nam si quis super manifesto furto, iure & ordine experiri uelit, actio in quadruplum datur. Manifestum autem furtum est, ut ait Masurius, quod deprehenditur dum fit. Faciendi finis est, cùm perlatum est, quò ferri cœperat. Furti concepti, item oblati, tripli pœna est. Sed quod sit oblatum, quod conceptum, & pleraque alia ad eam rem, ex egregijs ueterum moribus accepta, neq; inutilia cognitu, neque iniucunda, qui legere uolet, inueniet Sabini librum, cui titulus est, de Furtis. In quo id quoq; scriptũ est, quod uulgò inopinatum: non hominum tantùm, neq; rerum mouentium, quæ auferri occultè & surripi possunt, sed fundi quoque & ædium fieri furtum: Condemnatum quoque furti colonum, qui fundo, quem conduxerat, uendito, possessione eius dominum interuertisset. Atq; id etiam (quod magis inopinabile est) Sabinus dicit: furẽ esse hominis iudicatũ, qui, cùm fugitiuus præter oculos domini fortè iret, obtẽtu togæ, tanquàm se amiciens, ne uideretur à domino, obstitisset. Alijs dein de furtis omnibus, quæ nec manifesta appellantur, pœnam

Per lancem liciumq́.

Hoc est, ut fur quadruplo tantum restituat, quantum abstulit.

nam imposuerunt dupli. Id etiam memini legere me in lib. Aristonis Iureconsulti, haud quaquàm indocti uiri, apud ueteres Aegyptios (quod genus hominũ cõstat & in artibus reperiendis solertes extitisse, & in cognitione rerum indaganda sagaces) furta omnia fuisse licita, & impunita. Apud Lacedæmonios quoque, sobrios illos & acres uiros, cuius rei non adeò ut Aegyptijs fides longinqua est, non pauci, neq; ignobiles scriptores, qui de moribus legibusq; eorum memorias cõdiderunt, ius atq; usum fuisse furandi dicunt: idq; à iuuentute eorum, non ob turpia lucra, neq; ad sumptum libidini præbendum, comparandum'ue opulẽtiam, sed pro exercitio disciplinaq; rei bellicæ factitatũ: quòd & furandi solertia & assuetudo acueret obfirmaretq; animos adolescentium, & ad insidiarum astus, & ad uigilandi tolerantiam, & obrependi celeritatem. Sed enim M. Cato in oratione, quam de præda militibus diuidunda scripsit, uehementibus & illustribus uerbis de impunitate peculatus, atq; licentia cõqueritur. Ea uerba, quoniam nobis impensè placuerunt, adscripsimus: Fures, inquit, priuatorum furtorum, in neruo atque in compedibus ætatem agunt: fures publici in auro atque in purpura. Quàm castè autem, & quàm religiosè à prudentissimis uiris, quid esset furtum, definitum sit, prætereundum nõ puto: ne quis eum solum esse furem putet, qui oculte tollit, aut clàm surripit. Verba sunt

Aristo iureconsultus.

Aegyptijs furtum licitum, Lacedæmonijs laudatum.

Pulchra sententia M. Catonis.

Furti qui teneantur, Sabino autore

Sabini ex libro iuris ciuilis secundo: Qui alienam rem attrectauit, cùm id se inuito domino facere iudicare deberet, furti tenetur. Item alio capite: Qui alienum tacens lucrifaciũdi caussa sustulit, furti obstringitur, siue scit cuius sit, siue nescit. Hæc quidem sic in eo, quo nunc dixi lib. Sabinus scripsit, De rebus furti faciendi caussa attrectatis. Sed meminisse debemus, secundùm ea quæ suprà scripsi, furtum sine ulla quoq; attrectatione fieri posse, sola mente atq; animo, ut furtum fiat, annitente. Quocirca ne id quidem Sabinus dubitare se ait, quin dominus furti sit condemnandus, qui seruo suo, uti furtum faceret, imperauit.

Draco Atheniensis.) Legumlator is extitit. Hic cùm per leges latas maximo in precio esset, accidit ut in theatro tandem aulæis & uestibus certantium obrutus, sic præfocatus, ac sic excesserit è uiuis, atq; in eo ipso theatro sit sepultus. Floruit autem paululum ante seculum septem sapientum, uidelicet XXXIX. Olympiade. Porrò leges tulit Atheniensibus iam ætate exacta, & præter eas præcepta quædam scripsit tribus milibus uersuum. Hæc Suidas.

Duplici pœna.) Vt scilicet fur duplo restitueret, quod furto suo abstulisset. Fur autem manifestus dicitur, qui deprehenditur in furto. Sic Caius iurisconsultus tit. de furt. Contrarium huic furtum nec manifestum dicitur.

Quæ per lancem liciumq;.) Quanquàm iurisconsultorum literæ, quæ hodie extant, nihil dicunt de furtis cõceptis per lancem liciumq;: ipse tamẽ opinor ea esse, quæ quanti fuerint etiam ipsi fures ignorent: quòd qui lancem aufert furandi animo, non statim cognitum habet quãti ualeat lanx illa: Atq sic huc, ut opinor, faciũt ea, quæ in tit. de furtis disputãtur de lance furto ablata,

quæ

quæ non multum sunt absimilia à nostra sententia, præterquàm quòd alijs uerbis efferuntur. Porrò lanx uas est amplum & latum ex quacunque materia fiat. Licium autem filum dicitur & stamen, ab illiciendo, id est, irretiendo.

* Quæ per lancem liciumq;.) Verba sunt, sicut & præcedentia, ex Leg XII. Tab. quæ sic interpretatur Oldendorp. Iureconsf. Fures (inquit) ùt propositam alienarum rerum contrectationem interdiu commodiùs expedirent, non aperta facie domum intrabant, sed licio seu filo cincti, lancem duobus foraminibus aptatam ante oculos habebant: ut matresfamiliarū, aut uirgines, aliçué ancillæ in domo forte fortuna obuiæ terrerentur, fugerentq; potiùs, quàm quòd de cognoscēdo uel obseruando fure essent sollicitæ, ac interim illi res surriperent. Hæc ille. Riuallius Allobrox existimat, licium fures tulisse, quo furta alligarent: & lancem præ oculis, ne innotescerent: quod etiam testatur Alexan. ab Alexan. Genial. lib. 6. cap. 10.

Furti oblati.) Oblatum furtum est, quòd fit ab homine alioqui non furaci, sed prouocato per maximam occasionem: ut, si seruis tuis pecuniam incustoditam uelut furandum obieceris, furtum illud eius pecuniæ oblatum dicetur.

Sobrios & acres uiros.) Tradit enim Xenophon in hunc modum de horum temperantia: Liberos, inquit, suos tum cibo quàm tenuissimo, tū obsonio quó ad fieri potest quàm minimo nutriunt. Vini autem omnes expertes, aut eo aquatissimo uti uolunt. Xenophō in lib. Atticæ Musæ.

Ius fuisse furandi.) Hoc uerbum huic loco addendum est, quòd tametsi licuerit furtum facere, tamē si quispiā fuisset deprehensus in furto. Lycurgus legum lator multis eum uerberibus plectendum uoluit. ergo ineptè furantes puniebantur, astutè autem surripiētes commendabantur. Hæc Xenophon de repub. Lacedæm.

Furtum definitum est.) Furtum est cōtrectatio fraudulosa, lucrifaciendi gratià, uel ipsius rei, uel etiam

usus

usus eius, possessionis'ue, quod lege naturali prohibitum est admittere. Paulus iuriscōsultus titul. de Furtis.

A. GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII

LIBER XII.

DISSERTATIO PHAVORINI PHILOSophi, qua suasit nobili fœminę, ut liberos quos peperisset, non nutricũ adhibitarum, sed suo sibi lacte aleret.

CAPVT I.



Locus sæpè pro ordine ponitur apud autores.

Vnciatum quondam est Phauarino philosopho, nobis præsentibus, uxorem auditoris sectatorisq; sui paululùm antè enixam, auctumq; eum esse nato filio: Eamus, inquit, & puerperam uisum, & patri gratulatum. Is enim erat loci senatorij ex familia nobiliori. Imus unà, & qui tum aderamus: prosecutiq; eum sumus ad domum quò pergebat, & cum eo simul introgreßi sumus. Tum in primis ædibus complexus hominem, congratulatusq; aßedit: atq; ibi perconatus est, quàm diutinum puerperium, & quàm laboriosi nixus fuissent: puellamq; defessam labore ac uigilia, somnum capere cognouit. Fabulari instituit prolixius. Et nihil, inquit, dubito, quin filium lacte suo nutritura sit. Sed cùm mater puellæ, parcen-

dum

dum esset ei diceret, adhibendasq; puero nutrices, ne ad dolores, quos in enitendo tulisset, munus quoq; nutricationis graue ac difficile accederet. Oro te, inquit, mulier, sine eam totam integram esse matrem filij sui. Quod est enim hoc contra naturam imperfectum atq; dimidiatum matris genus, peperisse, ac statim ab sese abiecisse? aluisse in utero sanguine suo nescio quid, quod non uideret: non alere nunc suo lacte, quod uideat iam uiuentē, iam hominem, iam matris officia implorantem? An tu quoq;, inquit, putas naturam fœminis mammarum ubera quasi quosdā næuulos uenustiores, non liberorum alendorum, sed ornandi pectoris caußa dedisse? Sic enim, quod à uobis scilicet abest, pleraq; istæ prodigiosæ mulieres, fontem illū sanctißimū corporis generis humani educatorē arefacere & extinguere, cum periculo quoq; auersi corruptiq; lactis laborāt, tanquā pulchritudinis sibi insigna deuenustet. Quod quidem faciunt eadē uecordia, qua quibusdam cōmenticijs fraudibus nituntur, ut fœtus quoq; ipsi in corpore suo concepti aboriantur, ne æquor illud uentris irrugetur, ac de grauitate oneris & labore partus fatiscat. Quod quum sit publica detestatione communiq; odio dignum, in ipsis hominē primordijs, dum fingitur, dū animatur, inter ipsas artificis naturæ manus interfectum iri: quantulum hinc abest, iam perfectū, iam genitum, iam filium, proprij atq; consueti atq; co-

Abortu pereant, aut minus iusto tempore oriantur.

gniti sanguinis alimonia priuare? Sed nihil interest, (hoc enim dicitur) dum alatur & uiuat, cuius id lacte fiat. Cur igitur iste, qui hoc dicit, si in capessendis naturæ sensibus tam obsurduit, non id quoq; nihil interesse putat, cuius in corpore, cuiusq; in sanguine concretus homo & coalitus sit? An qui à spiritu multo, & calore exalbuit, non idem sanguis est nunc in uberibus, qui in utero fuit? Nónne hac quoq; in re solertia naturæ euidens est, quòd posteaquàm sanguis ille opifex in penetralibus suis omne corpus hominis finxit, aduentãte iam partus tempore, in supernas se parteis profert, & ad fouenda uitæ atq; lucis rudimenta præsto est, & recèns natis notum & familiarem uictum offert? Quam obrem non frustra creditum est, sicuti ualeat ad fingẽdas animi atq; corporis similitudines uis & natura seminis: non secùs ad eandem rem, lactis quoq; ingenia & proprietates ualere. Neq; in hominibus id solùm, sed in pecudibus quoq; animaduersum. Nã si ouiũ lacte hœdi, aut caprarum agni alerentur: constat fermè in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. In arboribus etiam & frugibus, maior plerunque uis & potestas est, ad earũ indolem uel detractandam, uel augendam, aquarũ atq; terrarum, quæ alunt, quàm ipsius, quod iacitur, seminis. Ac sæpè uideas, arborem lætam & nitentem, in locum alium transpositã, deterioris terræ succo deperisse. Quæ (malùm) igitur ratio

Lactis uirtus & efficacia.

ratio est, nobilitatē istam nati modò hominis, corpusq́; & animum benignè ingenitis primordijs inchoatum, insitiuo degeneriq́; alimento lactis alieni corrumpere? præsertim si ista, quam ad præbendum lac tunc adhibebitis, aut serua, aut seruilis, & ut plerunq; solet, externæ atque barbaræ nationis, si improba, si informis, si impudica, si temulenta est. Nam plerunq; sine discrimine, quæcunq; id temporis lactens est, adhiberi solet. Patiemur'ne igitur infantem hunc nostrũ perniciosо contagio infici? & spiritum ducere in animum atq; in corpus suum, ex corpore & animo deterrimo? Id herclè ipsum est, quod sæpenumerò miramur, quosdam pudicarum mulierum liberos, parentum suorum neq; corporibus, neque animis similes existere. Scitè igitur & peritè noster Maro, quòd cùm uersus illos Homeri consectaretur: Macrob. li. 5. cap. 11. Phœnicis obiurgãtis Achillē ob animũ præfractum & inexorabilem.

-Οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα πηλεύς

Οὐδὲ θέτις μήτηρ, γλαυκὴ δέ σ' ἔτικτε θάλασσα,

πέτραι τ' ἠλίβατοι. ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής:

Non partionem solam, tanquam illam quam ille sequebatur, sed alituram quoq; feram & sæuam criminatus est. Addidit enim hoc de suo:

Hircanæq́; admorunt ubera tigers.

Quoniam uidelicet in moribus inolescendis, magnam ferè partem ingenium altricis, & natura lactis tenet: quæ iam à principio imbuta paterni seminis con- Græcorũ dicendi morē expressit, ac dixit, magnam par-

tem, pro secundùm manam partem. Meminimus huius rei anteà.

cretione, ex matris etiam corpore & animo recentē indolem configurat. Et *præter* *hæc autem quis illud etiam negligere aspernariq́; poßit, quòd quæ partus suos deserunt ablegantq́; à sese, & alijs nutriendos dedunt, uinculum illud, coagulumq́; animi atq; amoris, quo parentes cum filijs natura consociat, interscindunt, aut certè quidem diluunt deteruntq́;.* Nam *ubi infantis aliorsum dati facta ex oculis amolitio est, uigor ille maternæ flagrantiæ sensim atq; paulatim restingitur, omnisq́; impatientißimæ solicitudinis strepitus consilescit: neq; multò minor amandati ad nutricem aliam filij, quàm morte amißi obliuio est.* Ipsius *quoq; infantis affectio animi, amoris, consuetudinis, in ea sola, unde alitur, occupatur: & proinde (ut in expositis usu uenit) matris, quæ genuit, neq; sensum ullum, neque desiderium capit.* Ac *propterea obliteratis & abolitis natiuæ pietatis elementis, quicquid ita educati liberi amare patrem atq; matrem uidentur, magnam ferè partem non naturalis ille amor est, sed ciuilis & opinabilis:* Hæc *Phauorinum dicentem audiui Græca oratione: cuius sententias communis utilitatis gratia, quantum meminisse potui, retuli. Amœnitates uerò & copias ubertatesq́; uerborum, Latina omnis facundia uix quidem indipisci potuerit, mea tenuitas nequaquam.*

Quæ tenuis & pauper est, si cōparetur cū infinita Græ-

Sed suo sibi.) Sibi aliquoties in autoribus abundat. Sic apud Terentium in Adelphis:

Suo

Suò, inquit, sibi hunc gladio iugulo.

Lactis quoq; ingenia.) Nã, ut inquit Plin. Natu.hist. lib.28. cap.9. In lactis usu utilissimum cuiq; maternum, nutricis exitiosum est: maximè autẽ alit quodcunq; humanum, mox caprinũ. Inde fortassis fabula nata est de Ioue à capra alito.

cę linguę copia & uelut luxuria.

Peritè noster Maro.) Carmina hæc sunt in 4 Aeneid.
Nec tibi diua parens, generis nec Dardanus author,
Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hircanæq; admorunt ubera tigres.

QVOD ANNEVS SENECA IVDICANS de Q. Ennio, deq; M. Tullio, leui futiliq; iudicio fuit.

CAPVT II.

DE Anneo Seneca partim existimant, ut de scriptore minimè utili, cuius libros attingere, nullum preciũ operæ sit: quòd oratio eius uulgaris uideatur, & protrita: res atq; sententiæ, aut ut inepto inaniq; impetu sint, aut leui & quasi dicaci argutia: eruditio autem uernacula & plebeia, nihilq; ex ueterum scriptis habens neq; gratiæ neq; dignitatis. Alij uerò *elegantiæ quidẽ in uerbis parum esse non inficias eunt: sed & rerum quas dicat, scientiam doctrinamq; ei non deesse dicunt, & in uicijs morum obiurgandis, seueritatem grauitatemq; nõ inuenustam. Mihi de omni eius ingenio, deq; omni scripto, iudicium censuramq; facere non necessum est. Sed quod de M. Cicerone, & Q. Ennio, & P. Vergilio iudicauit, ea res cuiusmodi sit, ad considerandum ponemus. In libro enim* XXII. *Epistolarum moralium, quas ad Lucilium composuit,*

Seneca taxatur.

deridiculos uersus Q. Ennium de Cethego antiquo uiro fecisse hos dicit:

Propter cognationem uocalium i & o, dixit ollis.

Dictus ollis popularibus olim
Qui cũ uiuebant homines, atq; æuum habitabant,
Flos delibutus populis, & suada medulla.

Sic Vergilius antiquitatis studiosissimus Aeneid. 1. Olli subridẽs hominũ sator atq; deorũ.

Ac deinde scribit de ijsdem uersibus uerba hæc: Admiror *eloquentissimos uiros & deditos* Ennio, *pro optimis ridicula laudasse.* Cicero *certè inter bonos eius uersus, & hos refert. Atq; id etiam de Cicerone dicit:*Non *miror, inquit, fuisse qui hos uersus scriberet, quum fuerit qui laudaret: nisi fortè* Cicero *summus* Orator *agebat caußam suam, & uolebat hos uersus uideri bonos.*Postea *hoc etiam addidit insulsißimè:* Apud *ipsum quoq;, inquit,* Ciceronem *inuenies etiam in prosa oratione quædem, ex quibus intelligas illum non perdidisse operam, quòd* Ennium *legit.* Ponit *deinde quæ apud Ciceronẽ reprehendit quasi Enniana, quòd ita scripserit in libris de* Repub. *quòd* Menelao Laconi *quædam fuit suauiloquens iucunditas, & quòd alio in loco dixerit, breuiloquentiam in dicendo colat.*Atque *ibi nugator homo,*Ciceronis *errores depre catur: & non fuit, inquit,* Ciceronis *hoc uicium, sed temporis.* Necesse *erat hæc dici, cùm illa legerentur.* Deinde *adscribit,* Ciceronẽ *hæc ipsa interposuisse, ad effugiendam infamiam nimis lasciuæ orationis & nitidæ.*De Vergilio *quoq; eodem in loco uerba hæc ponit:*

Ver-

Vergilius quoq; noster non ex alia caussa duros quosdam uersus & enormes, & aliquid supra mensurã trahentes interposuit, quàm ut Ennianus *populus agnosceret in nouo carmine antiquitatis aliquid. Sed iam uerborum* Senecæ *piget.* Hæc *tamen inepti, & insipidi, & insulsi hominis ioca non præteribo.* Quidam *sunt, inquit, tam magni sensus* Q. Ennij, *ut licet scripti sint inter hircosos, possunt tamen inter unguentatos placere.* Et *cùm reprehendisset uersus, quos suprà de* Cethego *posuimus:* Qui *huiusmodi, inquit, uersus amant, liceat sibi & eosdem admirari, & Soterichi lectos.* Dignus *sanè* Seneca *uideatur lectione ac studio adolescentium, qui honorem coloremq; ueteris orationis* Soterichi *lectis compararit, quasi minimæ scilicet gratiæ, & relictis iam contemptisq;.* Audias *tamen cõmemorari ac referri pauca quædam, quæ ipse idem* Seneca *bene dixerit: quale est illud, quod in hominẽ auarum & auidum, & pecuniæ sitientem dixit:* Quid *enim refert quantum habeas? multò illud plus est, quod non habes.* Benè *hoc sanè, benè.* Sed *adolescentium indolem non tam iuuant, quæ benè dicta sunt, quàm inficiunt, quæ peßimè: multoq; magis si & plura sint, quæ deteriora sunt:* Et *quædam in his non pro* Enthimemate *aliquo rei paruæ ac simplicis, sed in re ancipiti pro consilio dicuntur.*

Apparet Soterichi lectos in uulgarem iocum abiisse de re uili priscaq; & rudis artifici. Conijcere autem licet, Soterichum fabrũ fuisse quempiam, cuius opera priscam illam & rudẽ simplicitatem præ se tulerint. Vide Erasmũ in Chiliad.

Nullum precium operæ sit.) Non sit dignum operæ, quòd uidelicet non comitetur utilitas & profectus aliquis

quis lectorem,quem qui librum in manus sumit, opera sua & lectione expectat.

Eruditio uernacula.) Angusta & domi suæ nata. Ea enim uernacula dicuntur,quæ inter uernas,familiamq́ nostram agimus, dicimusq́. Sic uernaculus sermo, quē uulgò maternum dicimus.

De omni eius ingenio.) Ingenium,inquit Fab. in Seneca fuit facile & copiosum,plurimum studium,& multarum cognitio rerum: in qua tamen aliquando ab his, quibus inquirenda quædã mandabat,deceptus est. Tractauit etiam omnem ferè studiorum materiam: nam & orationes eius,& poëmata,& epistolæ,& dialogi feruntur.In philosophia parum diligens, egregius tamen uitiorum insectator fuit:multæ in eo claræq; sentẽtię,multa etiam morum gratia legenda: sed in eloquendo corrupta pleraq;:atq; eò perniciosissima,quòd abundant dulcibus uitijs: uelles eum suo ingenio dixisse,alieno iudicio,lib,10,cap.1.

Flos delibutus.) Dicit florem delibutum appellatum esse Cethegum,nimirũ quòd in ueteri illa eloquẽtia primas tenuerit:hoc enim quod summũ in aliqua re existit per translationem flos dici solet. Sic Terẽt. uirginẽ speciosissimam,sedecim annos natam, florẽ ipsum uocat. Porrò Suadæmedulla uocaẗ,uocabulo partim ex Græco traducto,partim Latino.Siquidẽ ueteres Græci,eloquentiæ & suadendi deam finxerunt, cui nomen apud illos πειθω, id quod testantur uersus quidã Eupolidis Græci Comici, citati à Plinio Iuniore epist .lib.1. Hanc deã Latinè Enni⁹ iam Suadã simpliciter,iam uerò periphrasi Suadæmedullam appellat. Postremò meminit huius loci Enniani M. Tull.in Catone Maiore,& Angelus Politianus copiosè in Miscel.

Suauiloquens iucunditas.) Tanquam audax & duræ compositionis fit suauiloquens. Porrò quod Cicero de suauiloquentia & breuiloquentia Menelai dicit, haustũ est ex fonte Homeri,apud quem Iliad.3. Helena uxor de marito Menelao narrat, quòd pauca quidẽ loquatur, uerùm admodùm suauiter & argutè.

De

De Vergilio quoq;.) Nam aliquoties deprehenduntur uersus apud Verg. Hypermetri, id est, syllabam plus quã deceat habentes. Aliquoties etiam huiusmodi, quos Graeci ἀκεφάλους uocant, hoc est, sine capite, cùm scilicet prima syllaba pro longa breuis est.

Inter hircosos) Id est, agrestes ueteres Romanos, qui hircorũ & caprarum, & agriculturae studiosissimi erãt: propterea unguenta, ut inquit Plautus, exotica olere non potuerunt. Hic ergo hircosos tanquam malè olentes uocitauit: hircus enim cùm aliâs, tum uerò maximè sudans grauissimè olet.

LICTORIS VOCABVLVM QVA RATIone conceptum, ortumq; sit, & super eo diuersae sententiae Valgij Rufi, & Tullij Ciceronis liberti acceptae.

CAPVT III.

Valgius Rufus in secundo librorum, quos inscripsit De rebus per epistolam quaesitis, lictorẽ dicit à ligando appellatũ esse: q, cùm magistratus populi Romani uirgis quempiã uerberari iußissent, crura eiꝰ & manus ligari uinciriq; à uiatore solita sint: isq; qui ex collegio uiatorum officiũ ligandi haberet, lictor sit appellatus. Vtiturq; ad eam rem testimonio M. Tullij, uerbaq; eius refert ex oratione, quae dicta est pro C Rabirio: Lictor (inquit) colliga manus. Haec ita Valgius, & nos sanè cum illo sentimus. Sed Tyro Tullius M. Ciceronis libertus, lictorẽ uel à lino, uel à licio dictum scripsit. Licio enim transuerso, quod liniũ appellatur, qui magistratibus (inquit) praeministrabãt, cincti erant. Si quis autem est, qui propterea putet probabilius esse quod dixit Tyro, quoniam prima syllaba in li Valgius Rufus. Lictor.

ctore, ſicuti in licio producta eſt, & in eo uerbo quod eſt ligo, correpta eſt, nihil ad rem iſtam pertinet. Nã ſic à ligando lictor, ut à legendo lector, & à uincendo uictor, & à tuendo tutor, & à ſtruendo ſtructor, productis quæ corripiebantur uocalibus, dicta ſunt.

Ex collegio uiatorum) Plin. lib. 18. Nat. hiſt. inter laudes rei ruſticę refert, ueteres Romanorum magiſtratus publicis muneribꝰ defunctos, agriculturę operã dediſſe extra Romam in agris, ad quos cùm frequenter cõmearent nunciandi cauſſa lictores, inde dicti ſunt uiatores. Sed & Nonįꝰ Marcellus eandẽ ſententiam confirmat, eodem Ciceronis teſtimonio adductus.

EX Q. ENNII SEPTIMO ANNALIVM uerſus, quibus depingitur finiturq́ʒ ingeniũ, comitasq́ʒ hominis minoris erga amicum ſuperiorem.

CAPVT IIII.

Qui Conſul fuit cum M. Claudio tẽpore belli Punici ſecũdi: eius ſubinde meminit T. Liuius in Decade tertia.

Deſcriptum definitumq́ʒ eſt à Q. Ennio in Annali VII. graphicè admodùm ſciteq́ʒ ſub hiſtoria Gemini Seruilij, uiri nobilis, quo ingenio, qua comitate, qua modeſtia, qua fide, qua linguæ parſimonia, qua loquendi opportunitate, quanta rerum antiquarũ, morumq́ʒ ueterum ac nouorum ſcientia, quantaq́ʒ ſeruandi tuendiq́ʒ ſecreti religione, qualibus deniqʒ ad minuendas uitæ moleſtias fomentis, leuamẽtis, ſolatijs amicũ eſſe conueniat hominis genere & fortuna ſuperioris. Eos ego uerſus non minus frequenti, aſsiduoq́ʒ memoratu dignos puto, quã Philoſophorũ de officijs decreta. *Ad hæc odor quidã uetuſtatis in his uerſibus tã reuerẽdus eſt, ſuauitas tã impromiſcua, tamq́ʒ ab omni fuco*

fuco remota est, ut mea quidem sentẽtia pro antiquis, sacratisq; amicitiæ legibus obseruandi, tenendi, colendiq; sint. Quapropter adscribendos eos existimaui, si quis iam statim desideraret:

Hocce locutus, uocat qui cum benè sæpè libenter
Mensam, sermonesq; suos, rerumq; suarum
*Comiter impertit: magna cùm lapsa * diei*
Parte fuisset, de paruis, summisq; gerendis
Consilio, induforo, lato, sanctoq; senatu:
Cui res audacter magnas, paruasq; iocumq;
Eloqueret, quæ tincta malis, & quæ bona dictu
Euomeret, si quid uellet, tutoq; locaret:
Quo cũ multa uolupe, ac gaudia, clamq;, palamq;,
Ingenium cui nulla malum sententia suadet
Vt faceret facinus, † leuis, haud malus, idem
Doctus, fidelis, suauis homo, facundus, suoq;
Contentus, scitus, beatusq; secunda loquens in
Tempore, commodus, & uerborum uir paucorũ,
Multa tenens antiqua, sepulta, & sæpè uenustas
Quæ facit; & mores ueteresq; nouosq; tenentem,
Multorum ueterum leges, diuûmq; hominumq;
Prudentem, qui multa loqui ue tacere ue poßit,
Hunc inter pugnas compellat Seruilius sic.

Hosce le[illegible] Mosellan[illegible]

**dies* ia[illegible]

*aliâs sic. Pars fore summis r[illegible] bus par- uisq; regu[illegible] dis

**lenis tamen*

T. Aelium Scillonem dicere solitum ferũt Q. Ennium de semetipso hæc scripsisse, picturamq; istam morum & ingenij ipsius Q. Ennij factam esse.

Gra-

Graphicè admodùm.) Vt res non modò legi:sed & uideri fermè posśit, hoc est enim graphicè rem aliquā describere, à Græco uerbo γράφω, quod inter cętera pingo significat.

Hosce loquutus.) Aduertendum est in hoc carmine, s, literæ uim perdere, id quod in antiquis scriptoribus carminum annotauit & Priscianus libro primo, & Diomedes in primo.

SERMO TAVRI PHILOSOPHI, DE MODO atque ratione tolerandi doloris secundùm Stoicorum decreta.

CAPVT V.

Ad ludos Apollinares. Apollo enim Græcis Pythius dictus est à Pythone serpente, quem pené puer interfecerat sagittis suis: modò poëtis credimus.

Cvm Delphos ad Pythia cōuentūq; totius fermè Græciæ uisendū philosophus Taurus iret, nosq; ei comites essemus, inq; eo itinere Lebadiā uenissemus, quod est oppidum antiquum in terra Bœotia: affertur ibi ad Taurum, amicum eius quempiam nobilē in Stoica disciplina Philosophū, ægra ualetudine oppressam decumbere: tunc omiśso itinere, quòd aliò maturādum erat, & relictis uehiculis, pergit eum properè uidere: nosq; de more, quem in locū cunq; iret, secuti sumus. Et ubi ad ædes, in quibus ille ægrotus erat, peruenimus, uidemus hominem doloribus cruciatibusq; allabi, quod Græci κωλὸμ *dicunt: & febri simul ad rapida afflictari, gemitusq; ex eo cōpressos erumpere, spiritusq; & anhelitus è pectore eius euadere, non dolorē magis indicantes, quàm pugnam aduersus dolorem. Pòst deinde cùm Taurus & medicos accersisset, collocutusq; de facienda medela esset, & eum ipsum ad retinen-*

χωλὸμ

tinen-

tinendam patientiam testimonio tolerãtiæ, quam uidebat, perhibito stabilißet, egreßiq; deinde ad uehicula, & ad comites rediremus: Vidistis, inqt Taurus, nõ sanè iucundum spectaculũ, sed cognitu tamẽ utile, cõgredientes cõpugnantesq;, Philosophũ & dolorẽ. Faciebat uis illa & natura morbi, quod erat suum, distractionem cruciatumq; membrorum. Faciebat contrà ratio & natura animi, quod erat æquè suum: perpetiebatur, & cohibebat, coërcebatq; intra sese uiolentias effrenati doloris. Nullos eiulatus, nullas comploratiões, ne ullas quidem uoces indecoras êdebat. Signa tamen quædam (sicut uidistis) existebant uirtutis & corporis, de poßeßione hominis pugnantium. Tum è sectatoribus Tauri iuuenis, in disciplinis Philosophiæ non ignarus: Si tanta, inquit, doloris acerbitas est, ut cõtra uoluntatem, cõtraq; iudiciũ animi nitatur, inuitumq; hominem cogat ad gemendum, confitendumq; de malo morbi sæuientis: cur dolor apud Stoicos indifferens esse dicitur, nõ malum? Cur deinde aut Stoicus homo cogi aliquid potest, aut dolor cogere: quum & dolorem Stoici nihil cogere: sapientẽ nihil cogi poße dicant? Ad ea Taurus, uultu iã propemodùm lætiore (delectatus enim iã uidebatur illecebra quæstionis) Si iam amicus, inqt, hic noster melius ualeret, gemitus eiusmodi necessarios à calumnia defendisset, & hanc, opinor, tibi quæstionem dissoluisset. Me autem scis cum Stoicis

Patientiæ exemplum

Dolor cur à Stoicis dicitur indifferens, & non esse malum.

non

non benè conuenire, uel cum Stoica potiùs disciplina. Est enim pleraq; & sibi & nobis incongruens, sicut in libro, quem super ea re composuimus, declaratur: Sed ut tibi à me mos geratur, dicā ego indoctiùs (ut aiūt) & apertiùs, quæ fuisse dicturum puto sinuosiùs atq; solertiùs, si quis nunc adesset Stoicorū. Nosti enim credo uerbum illud uetus & peruulgatum: ἀμαθέστερον πῶσ εἶπε, καὶ σαφέστερον λέγε. Atq; hinc exorsus de dolore atq; gemitu Stoici ægrotantis, ita disseruit: Natura, inquit, omniū rerum, quæ nos genuit, induit nos inoleuitq; in ipsis statim principijs, quibus nati sumus, amorem nostri & charitatem, ita prorsus, ut nihil quicquàm esset charius pensiusq; nobis, quàm nosmetipsi. Atq; hoc esse fundamentū rata est conseruandæ hoīm perpetuitatis, si unusquisq; nostrū, simul atq; êditus in lucē foret, harū priùs rerū sensum affectionemq; caperet, quæ à ueteribus philosophis τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν appellata sunt, ut omnibus scilicet corporis sui cōmodis gauderet, ab incommodis omnibus abhorreret. Postea per incremēta ætatis exorta è seminibus suis ratio est, & utēdi consilij reputatio, & honestatis utilitatisq; ueræ contēplatio, subtiliorq; & exploratior cōmodorū delectus: atq; ita præ cæteris omnibus enituit & præfulsit decori & honesti dignitas: Ac si ei retinēdæ obtinēdæ'ue incōmodū extrinsecus aliquod obstaret, contemptū est, Neq; aliud esse uerè & simpliciter bonum

Nouè dixit, id est, ex magna parte, aduerbialiter more Græco.

Id est, inolescere fecit, actiuè, uel imbuit.

Pēsiusq;, id est, preciosius, aut pluris.

Id est, prima quę ad naturā spectant.

Id est, igniculis honestatis.

bonum nisi honestũ: aliud ęquã malũ, nisi quod turpe esset, existimatũ est. Reliqua omnia, quæ in medio forent, ac neq; honesta essent, neq; turpia: neq; bona esse, neq; mala, decretũ est. Productiones tamen & relationes, suis quæq; momentis distinctæ diuisæq; sunt, quæ προηγούμενα καὶ ἀποπροηγούμενα ipsi uocant. Propterea uoluptas quoq; & dolor, quod ad finẽ ipsum bene beateq; uiuẽdi pertinet, & in medijs relicta, & neq; in bonis, neq; in malis iudicata sunt. Sed enim quoniã his primis sensibus doloris uoluptatisq;, ante cõsilij & rationis exortum, recens natus homo imbutus est, & uoluptati quidẽ natura conciliatus: à dolore aũt, quasi à graui quodam inimico abiunctus alienatusq; est, idcirco affectiones istas primitùs penitusq; indutas, ratio pòst addita, cõuellere, obstirpare, atq; extinguere uix potest. Pugnat autẽ cum ijs semper, & exultanteis eas opprimit obteritq;, & parêre sibi atq; obedire cogit. Itaq; uidistis Philosophum ratione decreti sui nixum, cum petulantia morbi dolorisq; exultantia colluctantem, nihil cedentem, nihil confitentem, neq; (ut pleriq; dolentes solent) eiulantem, atq; lamentantem, ac miserũ sese & infelicem appellantẽ: sed acres tantùm anhelitus, & robustos gemitus êdentem, signa atq; indicia non uicti, neq; oppreßi à dolore, sed uincere eum atq; opprimere enitentis. Sed haud scio, inquit, an dicat aliquis, ipsum illud, quòd pugnat, quòd gemit, si malũ dolor

Relatiões, id est, abducta.

Id est, precedentia ratonem.

ἀποπρο.) Abducentia rationem.

lor non est, cur necesse est gemere, & pugnare? Quia enim omnia quæ nõ sunt mala, molestia quoq; omni nõ carent: sed sunt pleraq; noxa quidem magna & pernicie priuata, quia non sunt turpia: contra naturæ tamẽ mansuetudinẽ lenitatemq; opposita sunt & infesta, per obscuram quandam & necessariã ipsius naturæ consequentiã. Hæc ergo uir: sapiens tolerare & cunctari potest, non omninò sensum sui amittere potest: Αναλγησία enim atq; ἀπάθεια, nõ meo tantũ, inqt, sed quorundam etiã ex eadẽ porticu prudentiorũ hominũ, sicuti iudicio Panætij grauis atq; docti uiri, improbata abiectaq; est. Sed cur cõtra uoluntatem suã gemitus facere cogitur philosophus Stoicus, quem nihil cogi posse dicunt? Nihil sanè potest cogi uir sapiens, cùm & rationis obtinẽdæ locus. Cũ uerò natura cogit, ratio quoq; à natura data cogitur. Quære etiã, si uidetur, cur alicuius manu ad oculos suos repentè agitata, inuitus cõniueat? cur fulgente cœlo à luminis iactu, nõ sua spõte & caput & oculos declinet? cur tonitru uehemẽtiùs facto, sensim pauescat? cur sternutamẽtis quatiatur? cur aut in ardoribus solis æstuet, aut cur in pruinis immanibus obrigescat? Hæc enim & pleraq; alia, non uolũtas, nec cõsiliũ, nec ratio moderatur, sed naturæ necessitatisq; decreta sunt. Fortitudo aũt nõ ea est, quæ contra naturã mõstri uice nititur, ultraq; modũ eius egreditur, aut stupore animi, aut immanitate, aut quadã misera

Fortitudo.

sera & necessaria in perpetiendis doloribus exercitatione: qualẽ fuisse accepimus ferũ quẽdam in ludo Cæsaris gladiatorẽ, qui, cùm uulnera eius à medicis execabantur, ridere solitus fuit. Sed ea uera & proba fortitudo est, quam maiores nostri scientiam esse dixerunt rerum tolerandarum, & non tolerandarum. Per quod apparet, esse quædam intolerabilia, quibus fortes uiri aut obeundis abhorreant, aut sustinẽdis. Cùm hæc Taurus dixisset, uidereturq́; in eandem rem plura etiam dicturus, peruentũ est ad uehicula, & conscendimus.

Quod Græci χωλόν.) χωλός penultima per ω scripta claudũ significat, uel manib⁹, uel pedibus, autor Suidas. At χόλος per o paruũ in priori scriptũ, significat intestinum quoddam fermè iecori adhærens, & uicinum felli, quod ubi adfectum fuerit peiusculè, uehementissimis doloribus quatit intestina. hinc morbus ille intestinorum ab ipso Galeno medicorũ principe lib. de Affectorũ locorum noticia secundo χολικὴ appellatur, quo nomine & Latini medici utuntur, hinc suspicior legendum χόλικον, uel in genere neutro χόλικον.

Febri adrapida.) Febres omnes sunt calidæ & rapidæ: tamen quædam feruidissimæ, quas Græci medici, ut Galenus in lib. de febribus, acutas uocant, quarum dolores tam sunt uehementes, ut si aliquandiu durarẽt, hominẽ extinguerent. Porrò febris Græcis ab igne nomẽ habet. πυρετός enim uocatur à πῦρ, quod ignem significat, quemadmodùm & Latinis dicuntur Febres à feruendo.

De possessione hominis pugnantium.) Philosophi diuidunt hominem in corpus atq; animam. Animæ autem principem partem rationem uocãt. Iam uerò hominũ proprium est, ut potiorem sui partẽ, qua uidelicet à brutis differunt, potissimum sequantur, id est, rationem atque animam, hinc fit ut hominis uocabulo nõnunquã animum cum ratione tantùm appellemus, quem & Pau-

lus Apostolus interiorem hominẽ uocat, & corpus nunc cupat exteriorem, quemadmodum pulcherrimè dispu tat diuus Hieronymus. At Taurus noster hominem hoc loco accepit animam rationalẽ, uelut mediũ, inter corpus & uirtutem, id est, rationem & spiritum, interq; ista duo perpetua est digladiatio de possessione ipsius animæ. Molitur spiritualis homo per uigorem rationis ex tinguere potentiã obstrepentis carnis, ne caro siue corpus in pugna cuincat, & animam in brutorum naturam transformet: qua de re disseruit Origenes Theologus in hæc Pauli uerba: Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus aduersus carnem.

Sinuosius.) Id est, curiosius, est enim sinuosus adiectiuum à sinus, quod curuũ maris recessum significat. hinc sinuosa quæstio dici solet scrupulosa, quæq; multis & obscuris uerborum ambagibus tractatur.

ἀμαθέστερον πῶς εἰπὲ, καὶ σαφέστερον λέγε.) Carmẽ uetustissimi & facetissimi Comici Aristophanis est, ex Comœdia cui titulus Ranæ, quo Bacchus Euripidis obscuritatem taxat, qui nescio quid parum dilucidè proposuerat. uenit autem in uulgi sermonem, quemadmodum eiusdem generis pleraq; ex ueterum poëmatis & comœdijs tum Græcis, tum Latinis.

Et manifestius loquere.) Erasmus suspicatur inde scriptum, quòd antiquitùs illi Sophi solerent mysteria sapientię quibusdam ænigmatum inuolucris obtegere, uidelicet ne prophana turba, ac nondum Philosophiæ sacris initiata, possent intelligere.

Quæ in medio forent.) Iuxta Zenonis Stoicorum principis decreta hæc refert quæ sequuntur Laërtius libro de uitis Philosophorum septimo: Indifferentia, inquit, sunt, quæ neq; ad felicitatem, neq; ad infelicitatem conferunt, ut sunt diuitię, sanitas, uires, gloria, & cętera id genus. Nam sine his possibile est felicem esse, quum earũ usus, uel rectus, felicitatis, uel prauus, infelicitatis autor sit. Porro indifferentium alia quidem producentiã sunt, quę Gręcis προηγούμενα dicuntur, alia abducentia & sequentia, quę illi ἀποπροηγούμενα uocãt. At uerò

producentia sunt, quæ quidem habeāt existimationem quòd aliquid conferant ad consentaneam uitam, quæ certa ratione bona sunt, ut gloria & sanitas. Abducentia uerò & sequentia, quæ careant eiuscemodi existimatione, quæq; sint cauenda, ut sunt cupiditates, & uoluptates, atq; id genus alia.

QVOD GRAECI AENIGMA DICVNT, Latini antiqui scirpos appellauerunt.

CAPVT VI.

QVæ Græci dicunt ænigmata, hoc genus quidam ex nostris ueteribus * scirpos appellauerunt: quale est quod nuper inuenimus, perherclè antiquum, perq; lepidum, tribus uersibus senarijs compositū ænigma: quod reliquimus inenarratum, ut legentium coniecturas in requirendo acueremus. Aenigma. *Scrupos legēdum esse Cælius lect. ant. lib 12. cap. 43. contendit.

Versus tres hi sunt:

Semel minus'ne an bis minus sit, non sat scio,
An utrunq; horum, ut quondam audiui dicier,
Ioui ipsi regi noluit concedere.

Hoc qui nolet diutiùs apud se quærere, inueniet quid sit, in M. Varronis de sermone Latino ad Marcellum secundo libro.

Scirpos appellāt.) Vt opinor per antiphrasim, id est, contrariam lectionem, qua bellū dicitur, quasi minimè bellum & bonū. Aliàs enim propriè scirpus herbā quandam junceā omnino enodē significat, unde prouerbiū extulit Terentius: Nodum in scirpo quæris, id est, scrūpulos in re manifesta inuestigas. Iam uerò hoc loco sermones maximè nodosi & inuoluti, scirpi uocantur.

Semel minúsne.) Terminum significare uidetur, qui Ioui tū concedere noluit, cùm Capitolium exaugurabatur

tur, id est, auspicijs designabatur: quam rem Ouidius Fastorum libro 2. sic narrat:

Quid noua cùm fierent capitolia? nempe deorum
Cuncta Ioui cessit turba, locumq; dedit.
Terminus, ut ueteres memorant, inuentus in æde
Restitit, & magno cum Ioue templa tenet.

Dubitat ergo hic scripti autor, semel minus an bis minus, uel Terminus fuerit, q Ioui ipsi regi noluit cõcedere. Hęc debes Angelo Politiano Miscella. lib. primo. ca. 38. Porrò historiam de templi exauguratione, ac alijs ad hanc rem pertinentibus, tradit Titus Liuius lib. primo ab urbe condita.

QVAM OB CAVSSAM CN. DOLOBELla Proconsul, ream mulierem ueneficij, confitentemq; ad Areopagitas reiecerit.

CAPVT VII.

AD Cn. Dolobellam, Proconsulari imperio prouinciam Asiã obtinẽtem, deducta mulier Smyrnæa est. Eadem mulier uirum & filium, eodem tempore, uenenis clàm datis, uita interfecerat, atq; id fecisse se confitebatur. Dicebatq; habuisse se faciẽdi caussam, quoniam ille idem maritus & filius, alterũ filiũ mulieris ex uiro priore genitum, adolescentem optimum & innocẽtißimum, exceptum insidijs occidissent. Idq; ita esse factum, controuersia nõ erat. Dolobella retulit ad consilium. Nemo quisquam ex consilio sententiã ferre in caußa tam ancipiti audebat, q & confessum ueneficium, quo maritus & filius necati forent, non admittendum impunitum uidebatur, & digna tamen pœna in homines sceleratos uindicatum fuisset. Dolobella eã rem

Pro priuaue rat, spoliaue rat, noueq; posuisse uisus est, idcirco non trahendum in usum.

rem Athenas ad Areopagitas, ut ad iudices grauiores exercitatioresq; reiecit. Areopagitæ, cognita caussa, accusatorem mulieris, & ipsam quæ accusabatur, centesimo anno adesse iusserunt. Sic neq; absolutum mulieris ueneficium est, quod per leges non licuit: neq; nocens damnata punitaq;, quæ digna uenia fuit. Scripta hæc historia est in libro Valerij Maximi, factorum & dictorum memoralium octauo. Areopagitarum iudicium.

Ad Areopagitas reiecit.) Nã, ut scribit Iulius Pollux lib. de Rerum uocabulis octauo, hi iudices tantùm cædis & uulnerum caussas suscipiebãt, tum & incendiorum & ueneficiorum. Fiebat autem in iudicio statim iusiurandum, & post iudicium: nec licebat apud illos cuiquam caussam dicere cum exordijs, cæterisq; id genus rhetoricis pigmentis, quibus iudices nobis beneuolos facimus. Neq; permittebatur affectus mouere, ut miserationem, iram, & id genus alia. Iudicabant autem sub dio: aut, ut inquit Lucianus, in nocte, ne aspectus iudicem in gratiã alicuius trahere posset.

REDITIONES IN GRATIAM NOBILIum uirorum memoratu dignæ.

CAPVT VIII.

PV B. Africanus superior, & T. Gracchus, Tib. & C. Gracchorum pater, rerum gestarum magnitudine, & honorum atq; uitæ dignitate illustres uiri, dissenserunt sæpenumerò de Repub. & ea siue qua alia re non amici fuerunt. Ea simultas cùm diu mansisset, & solenni die Ioui epulũ libaretur, atq; ob id sacrificiũ Senatus in Capitolio epularetur, fors fuit, ut apud eandẽ mẽsam duo illi iunctim locarentur. Tũ qua

Ea dicitur propinquitas, quæ ex matrimoniis contrahitur & nuptiis, quòd duarum familiarũ ueluti fines coëant, & matrimonii uinculo cõiungantur.

si dijs immortalib. arbitris, in cõuiuio Ioui Opt. Max. *dextras eorũ conducentibus, repentè amicißimi facti, neq; solùm amicitia incepta, sed affinitas simul institu ta. Nam* P. *Scipio filiũ uirginẽ habens iam uiro matu ram, ibi tunc eodẽ in loco despõdit eam* Tiberio Grac *cho, quẽ probauerat elegeratq; exploratißimo iudicij tempore, dũ inimicus est. Aemilius quoq; Lepidus, &* Fuluius Flaccus *nobili genere, amplißimisq; honorib. & summo loco in ciuitate præditi, odio inter sese gra ui, & simultate diutina conflictati sunt. Postea popu lus eos simul* CENS. *facit. Atq; illi, ubi uoce præconis renũciati sunt: ibidem in campo statim nõdum dimis sa concione, ultrò uterq; & pari uoluntate coniuncti complexiq; sunt.* Exq; *eo die, & in ipsa censura, & po steà, iuge concordia fidißimè amicißimeq; uixerunt.*

Exploratissimo iudicij tempore.) Nã amor alioqui noster cæcus esse solet, ut pleraq; ad gratiã magis iudicemus, quàm ex certo & explorato iudicio. Vnde elegãter Theocritus amorem ita comparatum dicit ut ei pleraq; non pulchra pulcherrima tamen uideantur.

QVAE DICANTVR VOCABVLA ANCIPITIA, & quòd honoris quoq; uocabulum ancipiti sententia fuerit.

CAPVT IX.

Vocabula ancipitia.

EST *plurifariam uidere atque animaduertere in ueteribus scriptis, pleraque uocabula, quæ nunc in sermonibus uulgi unam certamq; rem demonstrẽt, ita fuisse media & communia, ut significare & cape-*

re pos

re possent duas inter sese contrarias. Ex quibus quædam satis nota sunt, ut tẽpestas, ualetudo, facinus, dolus, gratia, industria. Hæc enim ferè iam uulgatum est ancipitia esse, & utroque uersus dici posse. Periculũ etiam, & uenenum, & contagium, non uti nunc dicuntur, pro malis tantùm dicta esse, multùm exemplorum eiusmodi reperias. Sed honorem quoq; mediã uocem fuisse, & ita appellatum, ut etiam malus honos diceretur, & significaret iniuriã, id profectò rarißimũ est. Q. autem Metellus Numidicus in oratione, quam de triumpho suo dixit, his uerbis usus est: Qua in re quãtò uniuersi me unum antestatis, tantò uobis quàm mihi maiorem iniuriam atq; contumeliam facit Quirites. Et quantò probi iniuriam faciliùs accipiunt, quàm alteri tradunt, tantò ille uobis, quàm gratiam mihi, peiorem honorẽ habuit. Nam me iniuriã ferre, uos facere uult Quirites, ut hîc conquestio, istic uituperatio relinquatur. Honorẽ, inquit, peiorẽ uobis habuit, quã gratiam mihi: cuius uerbi sententia est, quam ipse quoque suprà dicit, maiore uos affecit iniuria & contumelia quàm me. Præter huius autem uerbi notionem, adscribendam esse hanc sententiam ex oratione Q. Metelli existimaui, ut definiremus Socratis esse decretũ.

Quia medi corum con mixtiones rarò fine u nenis con stant, inde puto uene na dicta ess tanquam medicamen ta, uel pha maça.

Qui apud Platonẽ & in Gorgia, & in Politi cis disputat

κάκιον εἶναι τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι.

QVOD AEDITIMVS VERBVM LATInum sit.

CAPVT X.

 Aedi-

Aeditimus. Aeditimus uerbum Latinũ est, & uetus, ea forma dictũ, qua Finitimus et Legitimus. Sed pro

Aedituus. eo à plerisq; nunc Aedituus dicitur, noua & commẽtitia usurpatione, quasi à tuendis ædibus appellatus. Satis hoc esse potuit admonendi gratia dixisse, propter agrestes quosdam & indomitos certatores: qui nisi autoritatibus adhibitis, non cõprimuntur. M. Varro in libro secundo ad Marcellum de Latino sermone, Aeditimum dici oportere censet magis quàm æditumm: q, alterum sit recenti nouitate fictũ, alterũ antiquo origine incorruptũ. Liuius quoq; (ut opinor) in Protesilaodamia, claustritimum dixit, qui claustris ianuæ præesset, eadem scilicet figura, qua æditimum dici uidebat, qui ædibus præest. In Verrem M. Tullij in exemplaribus fidelißimis ita inueni scriptum: Aeditimi, custodesq; maturè sentiunt. In libris autem uulgarijs æditui scriptum est. Pomponij fabula Attellana est, quæ ita inscripta est: Aeditimus, in qua hic uersus est:

A Græco quodã Protesilao, & Damia puella, ut cẽseo, inuenit fabula hoc sibi nomen.

Id est, curã ædiũ gero.

Qui postq̃ tibi appareo, atq; æditimor in tẽplo tuo.

T. autem Lucretius in carmine suo, pro æditius, æditu entes appellat: —Onerataq; paßim

Cuncta cadaueribus cœlestũm templa manebant,

Hoßpitibus loca quæ complerant æditeuntes.

Videtur Lucretius participiũ formasse ab æedituor.

ERRARE ISTOS, QVI SPE ET FIDVcia latendi peccent, quum latebra peccati perpetua nulla sit. Et super ea re Peregrini Philosophi sermo ex Sophoclis Poëtæ sententia.

CA-

CAPVT XI.

PHilosophum nomine Peregrinum, cui posteà cognomentum Proteus factum est, uirum grauem atq; constantem uidimus, cùm Athenis essemus, diuersantem in quodam tugurio extra urbẽ. Cumq; ad eum frequenter uentitaremus, multa herclè dicere eũ utiliter & honestè audiuimus: in quibus id fuit, quod præcipuũ auditu meminimus: Virũ quidem sapientem nõ peccaturum esse dicebat, etiamsi peccasse eum dij atq; homines ignoraturi forent. Non enim pœnæ aut infamiæ metu non esse peccandum censebat, sed iusti honestiq; studio & officio. Si qui tamen non essent tali uel ingenio, uel disciplina prædìti, uti se ui sua, ac sponte facilè à peccãdo tenerẽt, eos omneis tunc peccare procliuius existimabat, cùm latêre posse id peccatũ putarent, impunitatẽq; ex ea latebra sperarẽt. Ac si sciant, inquit homines, nihil omnium rerum diutiùs posse celari, suppreßiùs prudentiusq; peccabitur. Propterea uersus istos Sophoclis prudentißimi poëtarum in ore esse habendos dicebat:

Cuius cognomen ſ, teste Suida in collectaneis: Proteus fuit.

Πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδὲν, ὡς ἅπανθ᾽ ὁρῶν
καὶ πάντ᾽ ἀκούων πάντ᾽ ἀναπτύσσει χρόνος.

Alius quidam ueterum poëtarum, cuius nomen mihi nunc memoriæ non est, ueritatem temporis filiam esse dixit.

Veritas temporis filia. Nouè dixit pro occurrit.

Non peccaturum esse.) Horatius Flaccus utrunq; pulchrè expressit duobus carminibus:

Oderunt peccare boni uirtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Nihil diutius celari posse.) Hinc Thales Milesius apud Laërtium pronunciauit: Tempus omnium rerum sapientissimum esse, quód uidelicet per hoc omnium rerũ cognitio proderetur: cui non dissimile est quod Pyndarus canit: Tempus omnium rerum patrem esse, quare stultum esse cum hominem, qui commiserit aliquid, sperare, diutiùs latère id posse.

FACETA RESPONSIO M. CICERONIS amolientis à se crimen manifesti mendacij.

CAPVT XII.

Rhetoricũ præcepium.

HAec quoq; disciplina rhetorica est, callidè & cum astu res criminosas citra periculum confiteri: ut si obiectum sit turpe aliquid, quod negari non queat, responsione ioculari eludas, & rem facias risu magis dignam, quàm crimine: sicut fecisse Ciceronem scriptum est, cùm id, quod inficiari non poterat, urbano facetoq; dicto diluit. Nam cùm emere uellet in Palatio domum, & pecuniam in præsens non haberet, à P. Sylla, qui tum reus erat, mutuò HS. uicies tacitè accepit. Ea res tamen priusquàm emeret, prodita est, & in uulgus exiuit: Obiectumq; ei est, quòd pecuniam domus emendæ caussa à reo accepisset. Tum Cicero inopinata opprobatione permotus, accepisse se negauit, ac domum quoq; se empturum negauit. Atq; adeò, inquit, uerum sit accepisse me pecuniam, si domum emero. Sed cùm posteà emisset, & hoc mendacium in Senatu ei ab inimicis obijceretur, risit satis, atque inter riden-

ridendum: ἀκοινώνητοι, inquit, homines estis, cũ ignoratis, prudentis & cauti patrisfamiliâs esse, quod emere uelit, empturum sese negare propter competitores emptionis.

Ἀκοινώνητοι. Græcis κοινὸς communis dicitur: inde uerbum κοινωνέω, significans communico atque uersor inter multos: hinc κοινώνητοι, qui communi uitæ usu, qui communis, ut Fabius uocat, sensus est, sunt edocti, id quod Latini homines ciuilitatem uocant: & per contrarium ἀκοινώνητοι dicũtur, qui communis sensus expertes sunt, ac inciuiles, ut Latini uocant.

INTRA CALENDAS CVM DICITVR, quid significet, utrũ ante Calẽdas, an Calẽdis, an utrũque. Atque inibi quid sit in oratione M. Tullij, Intrà Oceanũ, & Intrà mõtẽ Taurũ, & in quadã epistola, Intrà modũ.

CAPVT XIII.

CVm Romæ à COSS. iudex extra ordinẽ datus, pronunciare intrà Calendas iussus essem, Apollinarem Sulpitium doctum hominẽ percontatus sum, an his uerbis: Intrà Calendas, ipsæ quoque Calendæ tenerentur: Dixique ei, me uidelicet datum iudicem, Calẽdasque mihi productas, ut intrà eum diem pronunciarem: Cur, inquit, hoc me potiùs rogas, quàm ex istis aliquẽ peritis studiosisque uiris, quos adhibere in consilium iudicaturi soletis? Tum illi ita ego respondi: Si aut de uetere inquam iure, aut recepto, aut controuerso, aut ambiguo, aut nouo, aut constituto discendum esset, issem planè sciscitatum ad istos, quos dicis. Sed cùm uerborum Latinorum sententia, usus, ratio exploranda Intrà Calendas.

randa sit: sæuus profectò & cæcus animi forem, si cùm haberem tui copiam, issem magis ad alium, quàm ad te. Audi igitur, inquit, de ratione uerbi quid existimem, sed eo tamen pacto, ut id facias, nõ quòd ego de proprietate disseruero, sed quòd in ea re omnium plurium'ue consensu obseruari cognoueris. Non enim uerborum tantùm communium ueræ atq; propriæ significationes longiore usu mutantur, sed legũ quoq; ipsarum iussa consensu tacito obliterantur. Tum deinde disseruit, me & plerisq; alijs audientibus, in hunc fermè modum: Cùm dies, inquit, ita præfinita est, ut iudex in Calend. pronunciet, occupauit iam hæc omnes opinio, non esse dubium, quin ante Calendis iure pronuncietur. Et id tantùm ambigi uideo, quòd tu quæris, an Calend. quoque iure pronuncietur. Ipsum autem uerbum sic proculdubiò natum est, atque ita sese habet, ut cùm dicitur intrà Cal. non alius accipi dies debeat, quàm solæ Calendæ. Nam tres istæ uoces, intrà, citra, ultra, quibus certi locorum fines demonstrantur, singularibus apud ueteres syllabis appellabãtur, in, cis, uls. Hæ deinde particulæ, quoniam paruo exiguoq; sonitu obscuriùs promebantur, addita est tribus omnibus eadem syllaba: & quod dicebatur, Cis Tiberim, & Vls Tiberim, dici ceptum est Citra Tiberim, & Vltra Tiberim. Item quod erat, in, accedente eadem syllaba: Intrà factum est. Sunt ergo hæc omnia quasi contermina.

In, Cis, Vls.

mina, iunctis inter se finibus cohærentia: Intrà oppidum, *Vltra oppidum, Citra oppidum, ex quibus* Intrà, *in (sicuti dixi) significat*. Nam qui dicit Intrà oppidũ, Intrà *cubiculum*, Intrà *ferias, non dicit aliud, quàm* In *oppido, in cubiculo*, In *ferijs*. Intrà Cal. *igitur non ante* Cal. *est, sed in* Cal. *id est, eo ipso die, quo* Cal. *sunt*. Itaq; *secundùm uerbi ipsius rationem, qui iussus est intrà* Cal. *pronunciare, nisi* Cal. *pronunciet, contra usum uocis facit*. Nam *si antè id fiat, non intrà id pronunciat, sed citra*. Nescio *autem quo pacto recepta uulgò interpretatio est absurdißima: ut* Intra Cal. *significare uideatur, etiam citra* Cal. *& uel ante* Cal. Nihil *enim fermè interest*. Atq; *insuper dubitatur, an* Calẽdis *quoque pronunciari poßit, quando neq; ultra, neq; citra, sed quod inter hæc medium est, intrà* Cal. *id est*, Calen*dis pronunciandum sit*. Sed *nimirum consuetudo uicit, quæ cùm omnium domina rerum, tum maximè uerborum est*. Ea *omnia cùm* Apollinaris *scitè perquàm, atque enucleatè disputauisset, tum ego hæc dixi*: Cordi, *inquam, mihi fuit, priusquam ad te irem, quærere explorareq; quónam modo ueteres nostri particula ista, qua de agitur, usi sint: atque ita inuenimus* Tullium *in tertia in* Verrem *scripsiße*: Est *autem modò locus in trà* Oceanum *iam nullus; neq; tam longinquus, neque tam reconditus, quo non per hæc tempora nostrorum hominum libido iniquitasq; peruaserit*. Intrà Oceanũ *dicit*

Cõsuetudo

dicit contra rationem tuam. Non enim uult (opinor) dicere in Oceano. Terras enim demõstrat omneis, quæ Oceano ambiuntur, ad quas à nostris hominibus adiri potest, quæ sunt citra Oceanum, non in Oceano. Neq; enim uideri potest insulas significare nescio quas, quæ pœnitus esse intrà æquora ipsa Oceani dicũtur. Tunc Sulpitius Apollinaris renidens: Non me Herclè inargutè, inqt, nec incallidè opposuisti hoc Tullianum: sed Cicero intrà Oceanum, non (ut tu interpretare) citra Oceanum dixit. Quid enim potest dici citra Oceanũ esse, quum undiq; Oceanus circumscribat omneis terras, & ambiat? Nam citra quod est, id extra est. Qui autem potest intrà esse dici, quod extrà est? Sed si ex una tantùm parte orbis Oceanus foret, citra Oceanũ esse dici potest, uel ante Oceanum. Quum uerò omnes terras omnifariam & undiq; uersum circunfluat, nihil citra eum est: sed undarũ illius ambitu terris omnibus conuallatis, in medio eius sunt omnia, quæ intrà oras eius inclusa sunt. Sicuti herclè sol non citra cœlũ uertitur, sed in cœlo, & intrà cœlum. Hæc tunc Apollinaris scitè acuteq; dicere uisus est. Sed posteà in libro M. Tullij epistolarum ad Ser. Sulpitium, sic dictũ esse inuenimus: Intrà modũ, ut Intrà Calendas dicunt, qui dicere citra Calendas uolunt: Verba hæc Ciceronis sunt, quæ apposui: Sed tamen, quoniam effugi eius occasionem, qui fortasse arbitraretur me hanc rem imperi-

Id est, subridens.

Id est, plus quàm modicum.

perite non putare, si perpetuò tacerem: modicè hoc faciam, aut etiam intrà modum, ut & illius uoluntati, & meis studijs seruiam. Modicè dixerat hoc faciam; id est, cum modo æquo & pari. Deinde quasi hoc displiceret, & corrigere id uellet, addidit: Aut etiam intrà modum. Per quod minus sese ostendit id facturum esse, quàm quod fieri modicè uideretur, id est, non ad ipsum modum, sed retrò paululùm, & citra modum. In oratione etiam quàm pro P. Sestio scripsit: Intra montem Taurum, sic dicit, ut non significet in monte Tauro, sed usq; ad montem Taurum cum ipso monte. Verba sunt hæc ipsius M. Tullij ex ea, quam dixi, oratione: *Antiochum magnum illum maiores nostri magna belli contentione, terra mariq; superatum, intrà montem Taurum regnare iusserunt. Asiam, qua illum mulctarunt, Attalo, ut is in ea regnaret, condonarunt.* Intrà montem, inquit, Tauru͂ regnare iusseru͂t, quod non perinde est: ut Intrà cubiculum dicimus, nisi uideri potest, id esse intrà montem, quod est intrà regiones, quæ Tauri montis obiectu separantur. Nam sicut qui intrà cubiculum est, is non in cubiculi parietibus, sed intrà parietes est, quibus cubiculum includitur, qui tamen ipsi quoque parietes in cubiculo sunt: ita qui regnat intrà montem Taurum, non solùm in monte Tauro regnat, sed in ijs etiam regionibus, quæ Tauro monte clauduntur. Num igitur secundùm istam

Intrà modū Modicè.

istam uerborum M. Tullij similitudinem, qui iubetur intrà Calendas pronunciare, is & ante Calendas, & ipsis Calēdis iure pronunciare potest? Neq; id fit quasi priuilegio quodam inscitæ consuetudinis, sed certa rationis obseruatione: cùm omne tempus, quod Calendarum die includitur, intrà Calendas esse rectè dicitur.

* Intrà Calend. igitur.) Hanc Grammatici sententiam conuellit Alciat. docens: Intrà Calendas, nō in Calēdis, sed in Calendas significare: satisq; Vlpiani autoritate probari, idem esse, siue quis ante Calendas, siue Calendis, stipuletur.

Intra montem Taurum.) Scribit enim Plinius historiæ Naturalis libro quinto, capite uicesimoquinto: hūc mōtem ab Eois ueniētem littoribus, innumerarum gētiū arbitrum & discriminatorē esse, ut qui sit dextro latere Septētrionalis, ubi primùm ab Indico mari exurgit: læuo Meridianus, & ad occasum tendēs, mediā distrahens Asiam, hinc Phœnicum, hinc Ponticum, illinc Caspium & Hircanum attingit mare. Itaq; collisus intrà hęc claustra, & tamen uictor flexuosus usq; ad cognata Riphęorum montiū iuga, numerosis nominibus, & nouis quoque incedit insignis.

SALTEM PARTICVLA, QVAM VIM HAbeat, & quam originem.

CAPVT XIIII.

Sine institutione. Vt sunt coniunctiones expletiuæ, quæ nō tam significationis, quàm

SAltem particula, quam haberet principalem significationem, quæq; uocis istius origo esset, quærebamus. Ita enim primitus factam esse apparet, ut quæ uideatur sicuti quædam supplemēta orationis temerè & incondite assumpta. Atq; erat qui diceret, legisse se in grammaticis commentarijs P. Nigidij, Saltem ex eo dictū, quod esset, si aliter: idq; ipsum dici solitum per defe-

defectionem. Nam plenam esse sententiã: Si aliter non potest. Sed id nos in ijsdem commentarijs Nigidij, cùm eos non (opinor) incuriosè legissemus, nusquam inueni mus. Videntur autem uerba ista, Si aliter non potest, à significatione quidem uoculæ huius de qua quærimus, non abhorrere. Sed tot uerba tamen in paucissimas literas cludere, improbæ cuiusdam subtilitatis est. Fuit etiam qui diceret homo in libris atq; literis assiduus, Saltem sibi dictum uideri, u, media litera extrita. Salutem enim antè dictum, quod nos Saltem diceremus. Nam cùm alia quædam petita, & non impetrata sunt, tùm solemus, inquit, quasi extremum aliquid peti turi, quod negari minimè debeat, dicere: Hoc saltem fieri aut dari oportere, tanquàm salutem postremò pe tẽtes, quam & impetrari certè, & obtineri sit æquissimum. Sed hoc itidem non illepidè quidem fictum, nimis tamen esse uidetur commenticium. Censuimus igitur amplius quærendum.

uocularionis gratia in orationem inferuntur.

QVOD SISENNA IN LIBRIS HISTOriarum, aduerbijs huiuscemodi sæpenumerò usus est, celatim, uelitatim, saltuatim.

CAPVT XV.

Cum lectitaremus historiam Sisennæ assiduè, huiuscemodi figuræ aduerbia in oratione eius ani maduertimus, cuiuscemodi sunt hæc, cursim, properatim, celatim, uelitatim, saltuatim. Ex qbus duo prima, quia sunt notiora, exemplis non indigebant; reliqua in

Aduerbia in im.

Celatim.
Velitatim.
Saltuatim.

historiarum sexto sic scripta sunt: Quàm maximè celatim poterat, in insidijs suos disponit. Item alio in loco: Nos una in æstate in Asia & Græcia literis gesta, idcircò continentia mandauimus, ne uelitatim aut saltuatim scribendo, lectorum animos impediremus.

A. GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII

LIBER XIII.

INQVISITIO VERBORVM ISTORVM M. Tullij curiosior, quæ sunt sunt in libro primo Antonianarum: Multa autem impendere uidentur præter naturam etiam, prterq; fatum. Tractatumq; an idem duo ista significent, fatum atq; natura, an diuersum.

CAPVT I.



ArcusCicero in primo Antonianarum ita scriptũ reliquit: Hunc igitur ut sequerer properaui, quem præsentes nõ sunt secuti: nõ ut proficerem aliquid (neq; enim sperabam id, nec præstare poteram) sed ut si quid mihi humanitus accidisse) multa autem impendere uidẽtur præter naturam etiã, præterq; fatũ) huius diei uocem testem reipublicæ relinquerem meæ perpetuæ erga se uoluntatis. Præter naturam, inquit, Præter naturam.

præterq;

præterq́; fatum. An utrunq; idem ualere uoluerit, fatum atq; naturã, & duas res ἀνθ' ἑνὸς ὑποκειμένου, πεπρωμένην καὶ φύσιν: *an uerò diuiserit separaritq́, ut alios casus natura ferre uideatur, alios fatũ, cõsiderandum equidem puto. Atq; id maximè requirendũ, qua ratione dixerit, accidere multa humanitùs posse præter fatum: quando sic ratio & ordo, & insuperabilis quædam necessitas fati constituitur, ut omnia intrà fatum claudenda sint, nisi illud sanè* Homeri *secutus est:* Præter fatum.

μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον Ἄϊδος εἰσαφίκηαι.

Nihil autem dubium est, quin uiolentam & inopinatam mortẽ significauerit, quæ quidem potest rectè uideri accidere præter naturam. Sed cur id quoq; genus mortis extra fatum posuerit, neq; operis huius est explorare, neq; temporis. Illud tamen non prætermittendum est, quòd Vergilius *quoq; idipsum, quod* Cicero *de fato opinatus est, cùm hoc in quarto libro dixit de* Elisa, *quæ mortem per uim potita est:*

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat.

Tanquàm in faciendo fine uitæ, quæ uiolenta sunt, non uideantur è fato uenire. Demosthenis *autem, uiri prudentia pari atq; facundia prædití, uerba idem ferè significantia de natura atq; fato* M. C. *secutus uidetur. Ita enim scriptum est in oratione illa egregia, cui titulus est* περὶ στεφάνου: ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι νομίζων μόνον γεννῆσθαι, τὸν τῆς εἱμαρμένης καὶ τὸν αὐτό- Demosthenes.

μαστὸν θάνατον περιμένει. ὁ δὲ καὶ τῇ πατρίδι ὑπὲρ τοῦ μὴ ταύτην ἐπιδεῖν δουλεύουσαν, ἀποθνήσκειν ἐθελήσει. Quod Cicero fatum atq; naturam uidetur dixisse, id multò antè Demosthenes τὸν πεπρωμένον καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον appellauit. Αὐτόματος enim θάνατος, quasi naturalis & fatalis, nulla extrinsecus ui coactus uenit.

Præter fatum.) Ordinationem Dei, quæ nobis non nisi bona affert. Vnde suspicari licet, Ciceronem de fato hoc loco loqui, ut non sit necessaria rerum omnium cohærentia: sed ut quædam dei benignitas, quæ optima omnibus prouidet & dispensat. Iam uerò quæ per uim inuitis accidunt, & ea prouidentia nō uidētur prodire.

περὶ στεφάνου.) De corona sibi ablata à Ctesiphonte, quem Demosthenis honorem, Aeschines pulcherrimis actionibus frustra oppugnauit, nam uictus tandē & factione & eloquentia insuperabili Demosthenis in Rhodum abijt exulatum.

ὁ μὲν τοῖς.) Hic quidem, id est, alius putans parentibus solum natum esse se, fati spontaneam mortem expectat: alius autem & patriæ se natum esse putans, pro eo ne istam intueatur seruientem, emori uolet.

SVPER POETARVM PACVVII ET ACCII colloquio familiari in oppido Tarentino.

CAPVT II.

M. Pacuuius. L. Accius.

QVibus ocium & studium fuit, uitas atq; ætates doctorum hominum quærere, ac memoriæ tradere, de M. Pacuuio, & L. Accio tragicis poëtis, historiam scripserunt huiuscemodi: Cum Pacuuius, inquiunt, grandi iam ætate & diutino corporis morbo affectus, Tarentum ex urbe Roma concessisset, Accius

tunc haud paruo iunior, proficiscens in Asiam, cùm in oppidum uenisset, diuertit ad Pacuuium, comiter'que inuitatus, plusculisq; ab eo diebus retẽtus tragœdiam suam, cui Atreus nomen est, desideranti legit. Tum Pacuuium dixisse aiunt, sonora quidem esse quæ scripsisset, & grandia: sed uideri ea tamen sibi duriora paulùm & acerbiora. Ita est, inquit Accius, uti dicis. Neque id sanè me pœnitet. Meliora enim fore spero, quæ deinceps scribam. Nam quod in pomis est, itidem, inquit, esse aiunt in ingenijs: quæ dura & acerba nascuntur, post fiunt mitia & iucunda. Sed quæ gignuntur statim uieta & mollia, atq; in principio sunt uuida, nõ matura mox fiunt, sed putria. Relinquendũ igitur uisum est in ingenio, quod dies atq; ætas mitificet.

Decet enim Tragœdiã grandiloquentiam sectari, & uerba sonora. id ꝙ Horat. in arte Poëtica sic expressit: Projicit ampullas & sesquipedalia uerba.

AN VOCABVLA HAEC, NECESSITVdo & necessitas, differenti significatione sint.

CAPVT III.

Risu prorsus atq; ludo res digna est, cùm pleriq; Grammaticorum asseuerãt, Necessitudinem & Necessitatem mutare longè differreq;: ideò quòd necessitas sit uis quæpiam premens & cogens: necessitudo autem dicatur ius quoddam & uinculum religiosæ coniunctionis: idq; unum solitarium significet. Sicut autem nihil quicquã interest, Suauitudo dicas an Suauitas, Sanctitudo an Sanctitas, Acerbitudo an Acerbitas, Acritudo an (quod Accius in Neoptolemo scripsit)

Acerbitas. Acerbitudo.

Acritas. Acritudo. Necessitudo. Necessitas.

psit) Acritas: ita nihil rationis dici potest, quin Necessitudo & Necessitas separentur. Itaq; in libris ueterum uulgò reperias necessitudinem dici, pro eo, quod necessum est. Sed necessitas sanè pro iure officioq; obseruantiæ affinitatis'ue infrequens est. Quanquàm qui ob hoc ipsum ius affinitatis familiaritatis'ue coniuncti sunt, necessarij dicuntur. Reperi tamen in oratione C. Cæsaris, qua Plautiam rogationem suasit, Necessitatem dictam pro necessitudine, id est, iure affinitatis. Verba hæc sunt: Equidem mihi uideor pro nostra necessitate, non labore, non opera, non industria defuisse. Hoc ego scripsi de utriusque uocabuli indifferentia, admonitus fortè uerbi istius, quum legerem Sempronij Asellionis ueteris scriptoris quartum ex historia librum, in quo de P. Africano Pauli filio ita scriptum est: Nam se patrem suum audisse dicere L. Aemilium Paulum, nimis bonum imperatorem signis collatis decertare, nisi summa necessitudo, aut summa ei occasio data esset.

OLYMPIADIS ALEXANDRI MATRIS, comis ac prudens ad filium rescriptio.

CAPVT IIII.

IN pelrisq; monumentis rerum ab Alexandro gestarum, & paulò antè in lib. M. Varronis, qui inscriptus est Orestes, uel de Insania, Olympiadem Philippi uxorem festiuissimè rescripsisse legimus Alexãdro filio.

lio. Nam cùm is ad matrem ita scripsisset: Rex Alexander Iouis Hammonis filius, Olympiadi matri salutem dicit. Olympias ei rescripsit ad hanc sententiam: Amabò, inquit, mi fili quiescas, neque deferas me, neque criminere aduersum Iunonem. Malum mihi prorsum illa magnum dabit, cùm tu me literis tuis pellicem illi esse confiteris. Ea mulieris sciæ atq; prudentis erga ferocem filium comitas sensim & comiter admonuisse eum uisa est, deponẽdam esse opinionem uanam, quam ille ingentibus uictorijs, & adulantium blandimentis, & rebus supra fidem prosperis imbiberat, genitum esse sese de Ioue.

Olympiadis prudens rescriptum. Quod scilicet pellat Iunonẽ à marito suo Ioue, similiter ferè refert Q. Curtius de Alexandro.

Orestes.) Nam Orestes hic, ut ferũt fabulæ, post matrem suam adulterã occisam, insania correptus est. unde hunc titulum libro Varro fecit.

Iouis Hammonis.) Iupiter in Aegypto cognominatus est Hammon. Quo cognomine Iouis delectatus Alexander, sibi tanquàm Iouis filio accommodauit, quòd anguis qui deprehendebatur apud matrem in lecto, sacerdotum interpretatione Iupiter Hammon fuisset.

DE ARISTOTELE, THEOPHRASTO, & Menedemo philosophis: deq; eleganti uerecundia Aristotelis, successorem diatribæ suæ eligentis.

CAPVT V.

Aristoteles Philosophus, annos iam ferè natus duo & sexaginta, corpore ægro affectoq;, ac spe uitaq; tenui fuit. Tunc omnis eius sectatorum cohors ad eum accedit, orantes, obsecrantesq;, ut ipse deligeret loci sui & magisterij successorem, quo post

summam eius diem perinde ut ipso uterentur ad studia doctrinarum complenda excolendaq́; quibus ab eo imbuti fuissent. Erant tunc in eius ludo boni multi, *sed precipui duo,* Theophrastus & Menedemus, *ingenio ij atque doctrinis cæteros præstabant. Alter ex insula Lesbo fuit,* Menedemus *autem* Rhodo. Aristoteles *respondit, facturum esse quod uellent, quum id sibi foret tempestiuum.* Posteà *breui tempore quum ijdem illi, qui de magistro destinando petierant, præsentes essent:* Vinum *ait quod tum biberet, non esse id ex ualetudine sua, sed insalubre esse atque asperum: ac propterea quæri debere exoticum, uel* Rhodium *aliquod, uel* Lesbium. *Id sibi utrunque ut curarent, petiuit: usurumq́; eo dixit, quod sese magis iuuisset.* Eunt, *curant, inueniunt, adferunt.* Tum Aristoteles Rhodium *petit, degustat.* Firmum, *inquit, herclè uinum & iucundum.* Petit *mox* Lesbium: *quo item degustato,* Vtrunq; *inquit, oppidò bonum. Sed* ἡδίων ὁ λέσβιος. *Id ubi dixit, nemini fuit dubium, quin lepidè simul & uerecundè, successorem illa uoce sibi, non uinum delegisset.* Is *erat è* Lesbo Theophrastus, *homo suauitate insigni linguæ pariter atque uitæ.* Itaque *non diu post* Aristotele *uita defuncto, ad* Theophrastum *omnes cõcesserunt.*

Theophrastus. Menedemus

Vinũ Rhodium. Vinũ Lesbium.

Aristotelis uerecundia in successore eligendo.

Successorem diatribæ.) Græcis uerbum διατρίβω, significat apud Platonẽ exerceo, atq; in literis disputo, unde disputationes idem diatribas uocat. VndeGellius

noster disputationis locũ diatribam appellauit, qua ratione & ociandi in studijs locũ & Latini & Græci scholam uocant, cùm propriè Græci σχολὴ ocium significet. Sic & pædotribæ eiusdem uocabuli origine dicũtur, qui pueros quoquomodo, quod ad corpus attinet, exercẽt: siquidem παῖς puer, & τρίβω tero, exerceo. Nã quòd quidam uocabulũ hoc tantùm ad obscœnum quendã intellectum detorquẽt, uiderint ipsi: Lucianus certè, rhetor, & Plato Philosophus, in bonam usurpant partem.

QVID VETERES LATINI DIXERVNT quas Græci προσῳδίας appellant. Et item quòd uocabulũ barbarismi usurpauerint, neq; Romani antiquiores, neque Attici.

CAPVT VI.

Quas Græci προσῳδίας dicunt, eas ueteres docti, tum notas uocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tũ uoculationes appellabant. Quod nunc autem barbarè quẽ loqui dicimus, id uiciũ sermonis, non barbarũ esse, sed rusticũ: & cum eo uicio loquẽtes, rusticè loqui dictitabant. P. Nigidius in commentarijs Grammaticis: Rusticus fit sermo, inquit, si aspires perperam. Itaq; id uocabulũ, quod dicitur uulgò barbarismus, qui ante diuĩ Augusti ætatem purè atq; integrè locuti sunt, an dixerint, nondum equidem inueni.

Accentus quorũdam nominum.

Rusticè loqui.

Barbarismus.

Quas προσῳδίας uocant.) προσῳδία accẽtus est, quo nomine utuntur in primis Priscianus, & Diomedes: nimirum sequuti nominis etymologiã, siquidem Græcis πρὸς ad significat, ᾠδὴ carmen uel cantus. Est enim re ipsa aliud nihil accentus, quàm cantiuncula quædam & modulatio, quæ adhibetur syllabis dictionum.

DIVERSVM DE NATVRA LEONVM dixisse Homerũ in carminibus, & Herodotũ in historijs.

CAPVT VII.

Leænæ partus. Herodotus.

LEænas inter omnem uitã semel parere, eoq; uno partu nunquam ẽdere plures quàm unum, Herodotus in tertia historia scriptum reliquit. Verba ex eo libro hæc sunt: ἡ δὲ δὴ λέαινα, ἐὸν ἰσχυρότατον, καὶ θρασύτατον, ἅπαξ ἐν τῷ βίῳ τίκτει ἕν. τίκτουσα γὰρ συνεκβάλλει τῷ τέκνῳ τὰς μήτρας, τὸ δὲ αἴτιον τούτου τοῦτό ἐστιν, ἐπεὶ ἂν ὁ σκύμνος ἐν τῇ μήτρῃ ἐὼν ἄρχηται διακινεόμενος, ὁ δὲ ἔχων ὄνυχας θηρίων πολλὸν πάντων ὀξυτάτους, ἀμύσσει τὰς μήτρας. αὐξανόμενός τε δὴ πολλῷ μᾶλλον ἐπικνέεται καταγράφων, πέλας τε δὴ ὁ τόκος ἐστί, καὶ τὸ παράπαν λείπεται αὐτέων ὑγιὲς οὐδέν. Homerus autem leones (sic enim fœminas quoq; uirili genere appellat) quod Grãmatici ἐπίκοινον uocant, plures gignere atque educare catulos dicit. Versus quibus hoc apertè demonstrat, hi sunt:

ἑστήκει ὥς τίς τε λέων περὶ οἷσι τέκεσσιν
ᾧ ῥά τε νήπι' ἄγοντι συναντήσονται ἐν ὕλῃ
ἄνδρες ἐπακτῆρες.

Item alio in loco idem significat:

πυκνὰ μάλα στενάχων, ὥς τε λὶς ἠϋγένειος
ᾧ ῥά θ' ὑπὸ σκύμνους ἐλαφηβόλος ἁρπάσῃ ἀνὴρ,
ὕλης ἐκ πυκινῆς. ὁ δέ τ' ἄχνυται ὕστερος ἐλθὼν
πολλὰ δέ τ' ἄγκε' ἐπῆλθε μετ' ἀνέρος ἴχνι' ἐρευνῶν
εἴ ποθεν ἐξεύροι μάλα, γὰρ δριμὺς χόλος αἱρεῖ.

Ea nos dissensio atq; diuersitas cùm agitaret, inclytissi mi

mi poëtarum & historicorũ nobilißimi: placuit libros Aristotelis Philosophi inspici, quos de Animalibus exquisitißimè composuit: in quibus quod super ista rescriptum inueniremus, cum ipsius Aristotelis uerbis in his commentarijs scriberemus. Verba Aristotelis hæc sunt ex lib. de histor. Animalium VI.

Λέων δ' ὅτι μὲν ὀχεύει ὄπισθεν, καὶ ἔστιν ὀπισθουρητικὸν εἴρηται πρότερον, ὀχεύει δὲ τίκτει οὐ πᾶσαν ὥραν, καθ' ἕκαστον μέντοι τὸν ἐνιαυτὸν, τίκτει μὲν οὖν τοῦ ἔαρος, τίκτει δὲ ὡς ἐπιτοπολὺ δύο. τὰ μέντοι πλεῖστα, ἕξ. τίκτει δ' ἐνίοτε καὶ ἕν, ὁ δὲ λεχθεὶς μῦθος περὶ τοῦ ἐκβάλλειν τὰς ὑστέρας τίκτοντα, ληρώδης ἐστὶ, συνετέθη δ' ἐκ τοῦ σπανίους εἶναι τοὺς λέοντας, ἀποροῦντος τὴν αἰτίαν τοῦ τὸν μῦθον συνθέντος. σπάνιον γὰρ τὸ γένος τῶν λεόντων, καὶ οὐκ ἐν πολλῷ γίγνεται τόπῳ, ἀλλὰ τῆς εὐρώπης ἁπάσης ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ ἀχελώου καὶ τοῦ νέσσου ποταμοῦ, τίκτει δὲ καὶ ὁ λέων πάνυ μικρὰ οὕτως, ὥστε δίμηνα ὄντα μόλις βαδίζειν. οἱ δ' ἐν συρίᾳ λέοντες τίκτουσι πεντάκις, τὸ πρῶτον πέντε, εἶτα ἀεὶ ἑνὶ ἐλάττονα. μετὰ δὲ ταῦτα οὐκέτι οὐδὲν τίκτουσιν ἀλλ' ἄγονοι διατελοῦσιν. οὐκ ἔχει δὲ ἡ λέαινα χαίτην ἀλλ' ὁ ἄῤῥην ὁ λέων. βάλλει δὲ ὁ λέων τοὺς κυνόδοντας καλουμένους τέτταρας μόνους. δύο μὲν ἄνωθεν, δύο δὲ κάτωθεν. βάλλει δὲ ἑξάμηνος ὢν τὴν ἡλικίαν

Inter omnem uitam semel parere) Quum enim leo animalium omniũ sit fortissimus & rapacissimus, uoluit uel paucitate ipsa nobis natura consulere. Cur aũt semel tan-

tantùm pariant causa est, quòd unà cū catulo matrices etiā ipsas, in quibus catuli inuoluuntur, proijciunt. Eius uerò ratio hæc est: Nam catulus existens in matrice, ubi cœperit grādescere, pungit, uulneratq; matricem, ut est natura acutissimorum unguium, cuius tandē impatiens leæna, simul cum catulo matricem etiam proijcit.

ἑστήκει ὡς.) Stabat tanquàm quispiam leo, id est, leæna circa suos catulos, cuiq; ducenti occurrerint in sylua uiri uenatores.

εὐγένειος.) Generosus, iubatus, uillosus, ab εὖ aduerbio, & γένος genus, sic à nobilitate generis hoc habet nomen, potest tamen & de uillis trahi, quos nonnunquàm Græci γένειον uocant.

Cui.) Id est, leoni quidā catulos uenator uir surripuit.

ἐλαφηβόλος.) Venatorem hoc loco Homerus ἐλαφηβόλον appellauit, nimirum à iaculandis ceruis, siquidē ἔλαφος Græcis ceruū significat, & βάλλω iacio. Porro per synecdochen à specie genus intelligit, neq; uenatores tātùm in ceruos iaculantur, sed in quoduis ferarum genus.

Placuit libros Aristotelis inspic.) Plin. li. nat. hist. 8. cap. 16. hanc totam rem sic perstringit cū laudibus Aristotelis. Semel autem ēdi partum, lacerato unguium acie utero in enixu, uulgum credidisse uideo. Aristoteles diuersa tradit, uir quē in his magna sequuturus in parte præfandum reor: Alexandro Magno rege inflammato cupidine animalium naturas noscēdi, delegataq; commentatione Aristoteli, summo in omni scientia uiro, aliquot milia hominum totius Asiæ Græciæq; tractu parere iussa, omnium quos uenatus, aucupia, piscatusq; alebāt, quibusq; uiuaria, armēta, aluearia, piscinæ, auiaria in cura erant, ne quid usquàm gentiū ignoraretur ab eo, quos percunctādo quinquaginta fermè uolumina illa præclara de animalibus condidit.

QVOD AFRANIVS POETA PRVDENter & lepidè, sapientiā filiā esse usus & memoriæ dixit.

CAPVT VIII.

MAximè hoc atq; uerißimè Afranius Poëta de gignen-

gignenda comparandáq; sapientia opinatus est, quòd eam filiam esse usus & memoriæ dixit. Eo nanq; argumento demonstrat, qui sapiens esse rerum humanarũ uelit, non libris solis, neque disciplinis rhetoricis dialecticisq; opus esse, sed oportere eum uersari quoque, exerceriq; in rebus cominus noscendis, periclitãdisq;, eaq; omnia acta & euenta firmiter meminisse: & perinde sapere & consulere ex ijs, quæ pericula ipsa rerum docuerunt, non quæ libri tãtum aut magistri, per quasdam inanitates uerborum & imaginum, tanquàm mimo aut insomnio delectauerint. Versus Afranij sunt in togata, cui Sellæ nomen est: Sapientiæ parentes. μιμέομαι, imitor & pingo signi ficat.

Vsus me genuit, mater peperit memoria,
σοφίαν uocant me Graij, uos sapientiam.

Item uersus est in eandem fermè sententiam Pacuuij, quẽ Macedo Philosophus uir bonus, familiaris meus, scribi debere censebat pro foribus omnium tẽplorum: Macedonis philosophi meminit Suidas paucis, dicens, eum uiguisse tempore Hadriani imperatoris

Ego odi hoĩes ignaua opera, & Philosophica sententia. Nihil enim fieri posse indignius, neq; intollerantius dicebat, q̃ quòd homines ignaui ac desides, operti barba et pallio, mores ac emolumenta Philosophiæ in linguæ uerborũq; artes conuerterent, & uicia facundißimè accusarent, intercutibus ipsi uicijs madentes.

Delectauerint.) id est, Per dilectionem ingesserint, nouè dixit Gellius.

Periclitandisq;) Periculum mediũ uocabulũ est, ut quod iam in bonam, iam in malã capiatur partem. Terentius in bonam usurpauit: Fac periculum in literis, id est,

est, cape experimentum de literarum cognitione. In malam autē intelligitur apud eundē in Andria hoc uersu: Nunc eius periculo fit, ego in portu nauigo. Sic periclitor uerbum, significat & in discrimine esse, & experior.

Filiam esse usus.) Vsus exercitatio est, qui apud Cic. de Orato. omnium magistrorū præcepta uincit lib. I

Intercutibus ipsis uiciis madētes.) Trāslatio est ab hominibus, qui hydropisin patiūtur, quē morbum Latini aliquando aquā intercutem appellare solēt, quòd uidelicet intus & in cute urgeat laborantem, unde eius metaphoræ symbolum addidit, madentes, id est, scatentes.

QVID TVLLIVS TIRO IN COMMENtariis scripserit de Suculis & Hyadibus, quæ sunt stellarum uocabula.

CAPVT IX.

Tyro. *TVllius Tyro M. Ciceronis alumnus & libertus adiutorq; in literis studiorum eius fuit. Is libros complures de usu atq; ratione linguæ* Latinæ: *Item de* **Pandectæ.** *uarijs atq; promiscuis quæstionibus cōposuit. In ijs esse præcipui uidētur, quos Græco titulo* πανδέκτας *libros inscripsit, tanquàm omne rerū atq; doctrinarum genus continentis. Ibi de ijs stellis, quæ appellantur Suculæ, hoc scriptum est:* Adeo, *inquit,* ueteres Rom. *literas Græcas nesciuerunt, & rudes Græcæ linguæ fuerunt, ut stellas quæ in capite* Tauri *sunt, propterea Su-* **Suculæ. Hyades.** *culas appellarint, quòd eas* ὑάδας *Græci uocant, tanquàm id uerbū* Latinū *Græci uerbi interpretamētum sit: quia* Græcè ὗες, *sues* Latinè *dicantur. Sed* ὑάδες, *inquit,* οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν, *ita ut nostri opici putauerūt, sed ab eo quod est* ὕειν, *appellantur.* Nā *& cùm oriun-*

tur,

*tur, & cùm occidunt, tempestates, pluuias, largosq; imbres cient. Pluere autẽ Græca lingua ὕειν dicitur. Hæc quidem Tyro in Pandectis. Sed enim ueteres nostri, nõ usq; eò * opici & agrestes fuerunt, ut stellas hyadas idcircò suculas nominarent, quòd ὗες Latinè sues dicãtur, sed ut quod Græci ὑπὲς, nos super dicimus: quòd illi, ὕπτιος, nos supinus, quod ὑφοςβὸς, nos subulcus: & itẽ illi ὕπνος, nos primò sypnus, deinde per y Græcæ, Latinæq; o literæ cognationẽ, sopnus. Sic quòd ab illis ὑάδας à nobis primò syades, deinde suculæ appellatæ. Stellæ autẽ istæ non in capite Tauri sunt, ut Tyro dicit (nullum enim uidetur præter eas stellas Tauri caput) sed eæ ita circulo, qui zodiacus dicitur, sitæ locatæq; sunt, ut ex earum positu species quædam & simulachrum esse uideatur Tauri capitis: sicut cæteræ partes, & reliqua imago Tauri conformata, & quasi depicta est locis regionibusq; earum stellarum, quas Græci πλειάδες, nos Vergilias uocamus.*

* rupices

Somnus.

πανδέκτας.) Nam πᾶν significat omne, & δέχομαι, capio uel suscipio: hinc titulus hic Pãdectę inscriptus est, qui nihil non uidetur continere, & ex quibus possis, q̃d uelis, tanquàm ex Cornucopijs depromere. Eiusmodi uideri uoluit suas lucubrationes hic Tyro, & post hunc Iustinianus princeps, superbo hoc titulo inæquales legũ rapsodias dignatus est: Porrò Plin. in præfa. iusto, mundi, ridet tam superbas inscriptiones, uidelicet quæ cùm parturiant montes, uix tandem mures producere soleant, ut inquit Horatius in Arte poëtica.

Nostri opici.) Rupices legendum est, cùm quod codices ueteres magno cum consensu, uel rupices, uel rupici

habent,

habent, tum etiam quod Festus Pomp. indicat homines agrestes & rusticos rupices appellatos, nimirum a rupium asperitate & duricia.

Nos primò sypnus.) Tota hæc res pendet ex literarum affinitate, tāta enim est affinitas Græcæ aspirationis cum nostro sibilo, in uertendis uocibus Græcorū, s, nostrum fermè semper in locum aspiratiōis assumatur, sed & y quod geminum sonum habet medium inter u & i, transferri consueuit propter cognationem in u, quod & ipsum autore Quint. medio quodammodo sono inter u & i pronunciatur. Porrò m transit in p, & uicissim p in m, id quod uidere licet in formatione præteriti passiui uerborum coniugationis primæ.

Qui Zodiacus dicitur.) Zodiacus est circulus obliquus latus in cœlo, in quo XII. signa annotantur, aries, taurus, &c. sic dictus Grecè, quod animantium figuras stellarum cōpositione in se habeat. Nam æquinoctium fermè brumale est, cùm sol ingreditur Arietem, quod in Martio: Aestiuale autem fit, cùm Libram sol attingit, quod Sepembri fit.

Nos Vergilias uocamus.) Vergiliæ septem sunt stellæ quas fingunt fuisse septem sorores ab Ioue inter sydera relatas. De quarum ortu occasuq; uide Plin. natu. hist. lib. 18 fermè in fine. Item Vergil. in Georg.

QVID SORORIS ἔτυμον DIXERIT LAbeo Antistius, & quid Fratris Nigidius.

CAPVT X.

Labeo Antistius.

Labeo Antistius, iuris quidem ciuilis disciplinam principali studio exercuit, & consulentibus de iure publicè responsitauit, cæterarum quoq; bonarū artiū non expers fuit. Et in Grammaticā sese, atq; Dialecticam literasq; antiquiores altioresq; penetrauerat, Latinarūq; uocū origines rationesq; pcalluerat. Eaq; precipuè scientia ad enodandos plerosq; iuris laqueos

ute-

*utebatur. Sunt adeò libri post mortē eius êditi, qui Posteriores inscribuntur: quorum librorum tres continui tricesimus octauus, tricesimus nonus, & quadragesimus, pleni sunt*id genus rerū, ad enarrandā et illustrādam linguā Latinam conducentiū. Præterea in libris, quos ad Prætoris edictū scripsit, multa posuit, partim lepidè atq; argutè reperta: sicuti hoc est, quod in quarto ad edictum libro scriptū legimus: Soror, inquit, appellata est, q quasi seorsum nascitur, separaturq; ab ea domo, in qua nata est, & in aliam familiam transgreditur. Fratris autem uocabulum P. Nigidius homo impensè doctus, non minus arguto subtiliq; ἐτύμῳ interpretatur: Frater, inquit, est dictus, quasi ferè alter.* * omne genus. Frater.

QVEM M. VARRO IVSTVM APTVMque esse numerum conuiuarum existimauerit. Ac de mēsis secundis, & de bellariis.

CAPVT XI.

*Lepidißimus liber est M. Varronis ex Satyris Menippæis, qui inscribitur: Nescis quid uesper serus uehat: in quo disserit de apto cōuiuarum numero, deq; ipsius conuiuij habitu cultuq;. Dicit autem conuiuarū numerum incipere oportere à Gratiarum numero, & progredi ad Musarum, id est, proficisci à tribus, & cōsistere in nouem: ut cùm paucißimi conuiuæ sunt, non pauciores sint quā tres: cùm plurimi, non plures quàm nouem. Nam multos, inquit, esse nō conuenit, quod turba plerunq; est turbulenta. * Et Romæ quidem con-* Macrob. Satur. libro 1. cap. 7. Conuiuarū numerus. * ut.

stat, sed & Athenis. Nusquàm autem plures cubabant. Ipsum deinde conuiuium constat, inquit, ex rebus quatuor, et tum deniq; omnibus suis numeris absolutũ est, si belli homunculi collecti sunt, si lectus locus, si tẽpus lectum, si apparatus non neglectus. Nec loquaces aũt, inquit, cõuiuas, nec mutos legere oportet: quia eloquẽtia in foro & apud subsellia, silentiũ uerò nõ in conuiuio, sed in cubiculo esse debet. Sermones igitur id temporis habendos censet, non super rebus anxijs, aut tortuosis, sed iucundos atq; inuitabiles, & cum quadã illecebra & uoluptate utiles, ex quibus ingeniũ nostrũ uenustiùs fiat & amœnius. Quod profectò, inquit, eueniet, si de id genus rebus ad communem uitæ usum pertinentibus confabulemur, de quibus in foro, atq; in negocijs agẽdis loqui non est ocium. Dominum autẽ inquit, conuiuij esse oportet nõ tam lautũ, quàm sine sordibus. Et in conuiuio legi non omnia debent, sed ea potißimùm, quæ simul sint βιωφελῆ, & delectent. Neq; non de secundis quoq; mensis, cuiusmodi esse eas oporteat, præcipit. His enim uerbis utitur: Bellaria, inquit, ea maximè sunt mellita, quæ mellita non sunt, πέμμασι enim cũ πέψει, societas infida: Quod Varro in hoc libro dixit bellaria, ne quis fortè in ista uoce hæreat, significat id uocabulũ omne mẽsæ secũdæ genus. Nam quæ τραγήματα Græci aut πέμματα dixerunt, ea ueteres nostri bellaria appellauerunt. Vina quoq; dulciora

Conuiuium ex quatuor constat. Omnibus suis partibus, habet enim & mundiciã paupertas. Sermones conuiuales.

Extrema auaricia sordium nomine intelligitur, unde extremè auariã Ci. sordidi uocantur.

Tragemata.

eidra, est inuenire in Comœdijs antiquioribus hoc nomine appellata, dictaq; esse ea Liberi bellaria.

βιωφελῆ.) Vitæ utilia, à βίος, quod uitã, & ὠφελέω, quod prosum significat. Hoc expressit elegantissime Horati⁹:

Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci.

Quæ mellita non sunt.) Id est, quæ non sunt magno apparatu cocta.

TRIBVNOS PLEBIS PREHENSIONEM habere, uocationem non habere.

CAPVT XII.

IN quadã epistola Attei Capitonis scriptũ legimus, Labeonem Antistium, legum atq; morum Pop.Ro. iurisq; ciuilis doctum apprimè fuisse. Sed agitabat, inquit, hominem libertas quædã nimia atq; uecors, usq; eò, ut D. Augusto iam principe, & Remp. obtinẽte, ratum tamẽ pensumq; nihil haberet, nisi quod iustũ sanctumq; esse in Romanis antiquitatibus legisset. Ac deinde narrat, quid idem Labeo per uiatorem à Tribu. plebis uocatus, responderit: Cùm à muliere, inquit, quadam Tribuni plebis aduersum eũ aditi, Gellianum ad eũ misissent ut ueniret, & mulieri responderet, iussit eum, qui missus erat, redire, & Tribunis dicere, ius eos non habere, neq; se, neq; alium quenquam in caussa uocandi: quum moribus maiorum Trib. ple. prehensionem haberent, uocationem non haberent. Posse igitur eos uenire, & prehendi se iubere, sed uocandi absentem ius non habere. Cùm hoc in ea Capitonis epistola sublegissemus, idipsum posteà in M. Varronis rerum huma-

Labeonis libertas.

Vsq; eò, id est, adeò.

Sæpenumerò apud Lati. scrip. adiri passiua forma usurpatur, quẽadmodũm apud Liu. li. primo ab urbe cõdita Nec adiri ad iustũ cursũ poterat amnis.

humanarũ uno & uicesimo libro, enarratius scriptũ inuenimus, uerbaq; ipsa super ea re Varronis adscripsimus: In magistratu, inquit, habent alij uocationẽ, alij prehensionẽ, alij neutrũ. Vocationem, ut COSS. & cæteri, qui habent imperium: Prehensionẽ ut Trib. Ple. & alij, qui habẽt uiatorem: Neq; uocationẽ, neq; prehensionem, ut Quæst. & cæteri, qui neq; lictorem habent, neq; uiatorẽ. Qui uocationem habent, ijdem prehendere, tenêre, abducere possunt: & hæc omnia, siue adsunt, quos uocant, siue acciri iusserunt. Trib. Pleb. uocationem habet nullam. Neq; minus multi imperiti, perinde atq; haberent, ea sunt usi. Nam quidam non modò priuatũ, sed etiã COS. in rostra uocari iusserũt. Ego Triumuir uocatus à Portio Trib. Pleb. non iui, au toribus principibus: & uetus ius tenui. Item Tribunus cum essem, uocari neminem iußi, neq; uocatũ à collega parêre inuitũ. Huius ego iuris, quod M. Varro tradit: Labeonẽ arbitror, uana tunc fiducia, cũ priuatus esset, uocatũ à Trib. nõ isse. Quæ (malûm) aut ratio fuit, uocãtibus nolle obsequi, quos confiteare ius habere prehendendi? Nã qui iure prehendi, is etiã in uincula duci potest. Sed quærentibus nobis, quam ob caussam Tribuni, qui haberent summam coërcendi potestatem, ius uocandi non habuerint: illud occurrit, quòd Trib. Pleb. antiquitùs creati uidentur non iuri dicundo, nec caußis querelisq; de absentibus noscendis, sed intercessioni-

ſionibus faciẽdis, quibus præſentes fuiſſent, ut iniuria, quæ coràm fieret, arceretur. Ac propterea ius ad ſe uocandi ademptum: quoniam, ut uim fieri uetarent, aßiduitate eorum & præſentium oculis opus erat.

QVOD IN LIBRIS HVMANARVM M. Varronis ſcriptum eſt, Aediles & Quæſtores Po. Rom. in ius à priuato ad Prætorem uocari poſſe.

CAPVT XIII.

CVm ex angulis ſecretisq́; librorum ac magiſtrorum in medium iam hominum & in lucem fori prodiſſem: quæſitum eſſe memini in pleriſq; Romæ *ſtationibus ius publicè docentium aut reſpondentium, an* Quæſt. Po. Ro. *ad* Pretorẽ *in ius uocari poſſet.* Id *autem nõ ex ocioſa quæſtione agitabatur, ſed uſus fortè natæ rei ita erat, ut uocandus eſſet in ius* Quæſt. Non *pauci igitur exiſtimabãt, ius uocationis in eũ* Prætori *nõ eſſe, quoniã magiſtratus* Po. Ro. *proculdubiò eſſet:* Et *neq; uocari, neq; ſi uenire nollet, capi atq; prehẽdi, ſalua ipſius magiſtratus maieſtate, poſſet.* Sed *ego, qui tũ aßiduus in libris* M. Varronis *fui, cũ hoc quæri dubitariq́; animaduertiſſem, protuli unum & uiceſimũ rerũ humanarũ, in quo ita ſcriptũ fuit:* Qui *poteſtatẽ neq; uocationis populi uiritim habent, neq; prehenſionis, eos magiſtratus à priuato in ius quoq; uocari eſt poteſtas.* M. Leuinі' Aedilis *Curulis à priuato ad* Prætorẽ *in ius eſt*eductus.* Nũc *ſtipati ſeruis publicis non modò prehendi non poſſunt, ſed etiã ultrò ſummouẽt* popu-

Id eſt, ut lic at ſingulo per uiator uocare.

* *deductus*

populum. Hoc *Varro in ea libri parte de* Aedilibus. *Supra autem in eodem libro:* Quæst. *neq; uocationem habere, neq; prehensionem dicit. Vtraq; igitur libri parte recitata, in Varronis omnes sententiam concesserunt, quæstorq; in ius ad* Prætorem *uocatus est.*

VERBA EX LIBRO MESSALAE AVGVris, quibus docet, qui sint minores magistratus, & Cõsulem Prætorẽq; collegas esse, & quædã alia de auspicijs.

CAPVT XIIII.

Pomœriũ. POmœrium *quid esset, augures* Po. Ro. *qui libros de auspicijs scripserunt, istiusmodi sententia definierunt.* Pomœriũ *est locus intrà agrum effatum, per totius urbis circuitũ ponè muros, regionibus certis determinatus, qui facit finem urbani auspicij. Antiquissimum aũt pomœriũ, quod à* Romulo *institutũ est, Palatini mõtis radicibus terminabatur. Sed id pomœrium pro incremẽtis* Reip. *aliquoties prolatũ est, & multos êditosq; colles circũplexum est. Habebat aũt ius proferẽdi pomœrij, qui* Po. Ro. *agro de hostibus capto auxerat.* Propterea *quæsitũ est, ac nunc etiã in quæstione est, quã ob caussam ex septẽ urbis montibus, quũ cæteri sex intrà pomœriũ sint, Auẽtinus solus, quæ pars nõ longinqua nec infrequens est, extra pomœriũ sit.* Neq; *id* Ser. *Tullius rex, neq; Sylla, qui proferẽdi pomœrij titulũ quæsiuit, neq; posteà* D. *Iulius, cũ pomœriũ proferret, intrà effatos urbis fines incluserint. Huius rei Messala aliquot caussas uideri scripsit. Sed præter eas* Auentinus mons.

omnes

omnes ipse unā probat, quòd in eo mōte Remus urbis condēdæ gratia auspicauerit, auesq; irritas habuerit, superatusq; in auspicio à Romulo sit. Idcirco inquit, oēs qui pomœriū protulerunt, montē istū excluserūt, quasi auibus obscœnis ominosum. Sed de Auētino mō te prætermittendū non putaui, quod non pridem ego in Elidis Grāmatici ueteris cōmētario offendi, in quo scriptū erat, Auentinū anteà, sicuti diximus, extra po mœriū exclusū: post, autore D. Claudio, receptūet intrà pomœrij fines obseruatū. In edicto COSS. quo edi cūt, quis dies comitijs cēturiatis futurus sit, scribitur: Ex uetere forma perpetua, ne qs magistratus minor de cœlo seruasse uelit. Quæri igitur solet, qui sint magistratus minores: Super hac re meis uerbis nil opus fu it: quoniam liber Marci Messalæ auguris de auspicijs primus, cū hæc scriberem, forte adfuit: Propterea ex eo libro uerba ipsius Messalæ subscripsimus: Patriciorū auspicia in duas sunt potestates diuisa: Maxima sūt consulū, prætorū, censorū. Neq; tamen eorū oīm inter se eadē, aut eiusdem potestatis: ideò et collegæ nō sunt censores consulū, aut Prætorū: prætores consulū sunt. Ideò neq; cōsules aut prætores cēsoribus, neq; cēsores cōsulibus, aut prætoribus turbāt, aut retinēt auspicia. At cēsores inter se, rursus prætores consulesq; inter se et uiciāt et obtinēt. Prætor etsi collega cōsulis est, neq; prætorē neq; consulē iure rogare potest, ut quidē nos

Magistratus maiores.

à superioribus accepimus, aut ante hæc tẽpora seruatũ est. Et ut in cõmentario XIII. C. Tuditani patet, quia imperiũ minus Prætor, maius habet Consul. et à minore imperio maius, aut à maiore collega rogare iure nõ potest. Nos his temporibus Prætores Prætore creãte, ueterum autoritatẽ sumus secuti, neq; his comicijs in auspicio fuimus. Censores æquè nõ eodem rogãtur auspicio, atq; Consules & Prætores. Reliquorũ magistratuum minora sunt auspicia. Ideò illi minores, hi maiores magistratus appellantur. Minoribus creãdis magistratibus tributis comicijs magistratus, sed iustius curiata datur lege. Maiores cẽturiatis comicijs fiunt. Ex his oĩbus uerbis Messalæ manifestũ fit, & qui sint magistratus minores, & quãobrem minores appellentur. Sed et collegã esse PRAET. COS. docet, quòd eodẽ auspicio creãtur. Maiora autẽ dicũtur auspicia habere, quia eorum auspicia magis rata sunt, quàm aliorum.

Minores creantur magistrat⁹ tributis comicijs. Curiatis dãtur leges, quibus omnes ordines ferunt suffragia.

ITEM VERBA EIVSDEM MESSALAE, differentis, aliud esse ad populum loqui, aliud cum populo agere: & qui magistratus à quibus auocent comiciatum. Eiusdem capitis XIIII portio.

IDem Messala in eodẽ libro de minoribus magistratibus ita scribit: COS. ab omnibus magistratibus, & comiciatum, & concionem auocare potest. Prætor & comiciatum & concionem usquequaque auocare potest, nisi à COS. Minores magistratus nusquam, nec comiciatum, nec concionem auocare possunt. Ea re, qui

Id est, ab omnibus magistratibus.

eorum

eorum primus uocat ad comiciatũ, is rectè agit: quia bifariàm cum populo agi nõ potest. Nec auocare alius alij posset, si concionem habere uolunt, uti ne cum populo agant, quamuis multi magistratus simul concionem habere possunt. Ex his uerbis Messalæ manifestũ est, aliud esse, cum populo agere: aliud, concionem habere. *Nam cum populo agere, est rogare quid populum, quod suffragijs suis aut iubeat, aut uetet. Concionem autem habere, est uerba facere ad populum sine ulla rogatione.*

Quamuis, id est, quantumlibet.

Agere cum populo.

Cõcionem habere.

Rogare est consulere de auspicijs sequendis aut non.

Effatum) Id est, ex augurijs positum. Pomœrium, uerbi uim solam intuentes, postmœniũ interpretãtur esse. Est autem magis locus, quem in condendis urbibus quõdam Hetrusci, qua murum ducturi erant, certis terminis inauguratò consecrabant, ut neq; interiore parte ędificia mœnibus continuarentur, quæ nunc uulgò etiã coniungũr, & extrinsec⁹ puri aliquod ab humano cultu pateret soli spaciũ, quod neq; habitari, neq; arari fas erat, non magis quòd post murum esset, quã quòd murus ipse: id Romani pomerium appellarunt, & in urbium incremento semper quantum mœnia processura erant, tantum termini hi consecrati proferebantur.

Quia bifariàm,) Id est, duobus magistratibus celebrantibus comicia creandi noui magistratus.

HVMANITATEM NON ID SIGNIFIcare, quod uulgus putat: sed eo uocabulo, qui synceriter locuti sunt, magis propriè esse usos.

CAPVT XV.

Humanitas.

QVi uerba Latina fecerunt, quiq; ijs probè usi sunt, humanitatem nõ id esse uoluerunt, quod

*uulgus existimat, quodq́; à Græcis φιλανθρωπία dicitur, & significat dexteritatem quandam beneuolentiamq́; erga omneis homines promiscuam. Sed humanitatē appellauerunt id propemodùm, quōd Græci παιδείαν uocant, nos eruditionem institutionemq́; in bonas arteis dicimus: quas qui synceriter cupiunt appetuntq́;, ij sunt uel maximè humanißimi. Huius enim scientiæ cura & disciplina, ex uniuersis animantibus uni homini data est, idcircoq́; humanitas appellata est. Sic igitur eo uerbo ueteres esse usos, & cùm primis M. Varronem, Marcumq́; Tulliū omnes fermè libri declarant. Quamobrem satis habui interim exemplum proponere. Itaque uerba posui Varronis, è libro Rerum humanarum primo, cuius principiū hoc est: Praxiteles, qui propter artificium egregium, nemini est paulùm modo humaniori ignotus. Humaniori, inquit, non ita, ut uulgò dicitur, facili & tractabili & beneuolo, tametsi rudis literarum sit (hoc enim cum sententia nequaquam cōuenit) sed eruditiori doctioriq́;, qui Praxitelem, *quid fuerit, & ex libris, & ex historia cognouerit.*

Humanior.

* quis

φιλανθρωπία.) Quasi dicas amor hominū promiscuus, quo uidelicet cuiuis homini expositi sumus. & nos faciles præbemus in cōgreßibus, colloquijsq́; familiarib⁹, remota ista morum difficultate, & nimia seueritate uultus. Porrò composita est Græca uox à φίλος, quod amicum sonat, & ἄνθρωπος homo.

παιδείαν.) Institutionem, eruditionem, à pueris erudiendi-

endis sic dictam apud Græcos illos. Siquidē παῖς puerū significat, unde uerbum παιδεύω sonat erudio, & uelut pueritiæ ruditatem exuo detrahoq;: hinc disciplinas, quibus puerorum animi expoliuntur, Græci παιδείας nomine intelligunt.

QVID APVD MARCVM CATONEM SIgnificent uerba hæc: Inter os atq; offam.

CAPVT XVI.

Oratio est M. Catonis Censorij de Aedil. uicio creatis, ex ea oratione uerba hæc sunt: Nūc ita aiunt, in segetibus & in herbis bona frumenta esse. Nolite ibi nimiam spem habere. Sæpè audiui, inter os atq; offam multa interuenire posse. Verùm inter offam atq; herbam, ibi uerò longum interuallū est. Eurutius *Clarus, qui præfectus urbi, & bis Consul fuit, uir morum literarumq; ueterum studiosißimus, ad Sulpitium Apollinarem scripsit, hominem memoriæ nostræ doctißimum, quærere sese & petere ut sibi rescriberet, quænam esset eorum uerborum sententia.* Tum Apol*linaris nobis præsentibus (nam id temporis ego adolescens Romæ sectabar eum discendi gratia) rescripsit Claro, ut uiro erudito, breuißimè: Vetus esse prouerbium Inter os & offam: idem significās, quod Græcus ille παροιμιώδης uersus:*

Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος, καὶ χείλεος ἄκρου.

In herbis.) Vbi spem immaturā indicamus, ac longius adhuc abesse ut consequamur, in herba esse dicimus, sumpta metaphora à segetibus teneris adhuc & herbescentibus, de quibus nihil adhuc certi sibi possit agricola polliceri, propterea quòd plures casus solent incidere,

dere, qui non sinant cultorem optato frui, uerùm ubi iā demessam segetem in horrea conuexeris, tum demum utcunq; tutum est benè sperare.

Inter os & offam.) Id est, cibum paratum, uel inter manū & mentū. Sic No. Quòd autem cibum offæ nomine intelligit Cato, ex more ueterū Romanorum loquitur, qui, ut testātur Val. Maximus, & Plinius Maior, offis potissimùm uesci solebant.

παροιμιώδης.) Prouerbialis. Græcis Prouerbium παροιμία est, quòd uidelicet qualibet uia sit obuiū, & nusquā non celebratum. à παρὰ præpositione quę significat iuxta, & οἶμος uiam, unde autore Varrone & Latinè adagium dicitur, quasi tu dicas, totum agium.

χεῖλος.) Id est, multa existunt inter calicem & labrū summum. Chilones enim magna labra habentes dicimus, ut Labeones. Videtur autem Prouerbium hoc originē sumpsisse, ut pleraq; alia, ex fōte Homeri, apud quē Iliad. lib. decimo unus ex procis Penelopes, cùm iā poculum tenens bibere pararet, ab Vlysse telo cōfossus est, id quod & ipse Homerus penè prouerbiale fuisse indicat, quòd inauditum & mirum quiddam hoc facto acciderit, quod dignum sit futurum memoratu. alij alias fabulas congerunt de origine Adagij

PLATONEM TRIBVERE EVRIPIDI Sophoclis uersum, & inueniri uersus uerbis ijsdem aut paucis syllabis immutatis, apud diuersos poëtas, temporibus uarijs natos.

CAPVT XVII.

Versus est notæ uenustatis senarius:

σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίᾳ

Eum uersum Plato in * *Theætheto Euripidis esse dicit: quod quidem nos admodùm miramur. Nam scriptū cum legimus in tragœdia Sophoclis, quæ inscripta est Αἴας Λοκρός. Prior autē natus fuit Sophocles, q̄ Euri-*

Id est, Dialogo quem etiam inscripsit de scientia.

* Theage.

Euripides. Sed etiam ille uersus non minus notus:

γέρων γέροντα παιδαγωγήσω ἐγώ.

Et in Tragœdia Sophoclis scriptus est, cui titulus est φιλοκτήτης, *et in Bacchis Euripidis: id quoq; animaduertimus apud Aeschylum, ἐν τῷ πυρφόρῳ προμηθεῖ. Et apud Euripidem in Tragœdia quæ inscripta est* ἰνώ, *eundem esse uersum absq; paucis syllabis.*

Aeschylus sic:

Σιγῶν θ' ὅπου δεῖ, καὶ λέγων τὰ καίρια.

Euripides ita:

Σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ, καὶ λέγειν ἀσφαλές.

Fuit autem Aeschylus non breui antiquior.

Id est, ignigero Prometheo, qui furatus est Ioui ignem è cœlo, quem mortalibus recens à se creatis est impertitus, unde & pœnas Ioui dedit, de quibus Aeschylus.

αἴας ὁ λοκρός.) Aiax Locrensis. Nam aliam quoq; scripsit Tragœdiam, cui titulus αἴας μαστιγοφόρος. Aiax flagellifer.

Prior autem.) Colligere licet ex Suida, aliquo tempore simul utrunq; uixisse: uter autē prior fuerit natus, equidem fateor, me apud nullum aliū certum deprehēdisse. Nam Suidas qui utriusq; uitam perscripsit, sic est deprauatus, ut fermè nihil, cui confidas, haberi possit.

ἰνώ.) Quæ posteà Leucothea appellata est, & apud Tit. Liuium Matuta.

DE GENERE ATQVE NOMINIBVS familiæ Portiæ.

CAPVT XVIII.

CVm in domus Tiberianæ bibliotheca sederemus ego & Apollinaris Sulpitius, & quidam alij mihi aut illi familiares, prolatus fortè liber est ita inscriptus: M. Catonis Nepotis. Tum quæri cœptum est, quis-

M. Cato nepos.

Id est, à Tiberio erectæ ędificatæq;

quis nam is fuisset M. Cato Nepos. Atq; ibi adolescẽs quispiam (quod ex eius sermonibus coniectare potui) non abhorrens à literis: Hic, *inquit, est M. Cato, non cognomento* Nepos, *sed M. Catonis Censorij ex filio* Nepos, *qui pater fuit M Catonis Prætorij uiri, qui bello ciuili Vticæ necem sibi gladio manu sua cõsciuit: de cuius uita liber est M. Ciceronis, qui inscribitur* Laus M. Catonis, *quem in eodem lib. idem Cicero pronepotem fuisse dicit M. Catonis Censorij. Eius igitur, quem Cicero laudauit, pater hic fuit M. Cato: cuius orationes ferũtur inscriptæ M. Catonis Nepotis. Tũ Apollinaris (ut mos eius in reprehendẽdo fuit) placidè admodùm leniterq;:* Laudo, *inquit, te mi fili, quòd in tantula ætate, etiam si hunc M. Catonem, de quo nunc quæritur, quis fuerit ignoras, auditiuncula tamẽ quadam de Catonis familia aspersius es.* Non unus autem, *sed complures M. illius Catonis Censorij nepotes fuerunt geniti, non eodem patre.* Duos enim M. *ille Cato, qui & Orator & Censor fuit, filios habuit, & matribus diuersos, & ætatibus longè dispares.* Nam *iam adolescente altero matre eius amissa, ipse quoque iam multum senex,* Salonij *clientis sui filiam uirginem duxit in matrimonium.* Ex *qua natus est ei M. Cato Salonianus: hoc enim illi cognomentũ fuit, à Salonio patre matris datum.* Ex *maiore autem Catonis filio, qui Prætor designatus patre uiuo mortuus est, & egregios de iuris*

Portia seu Catonum familia.

Cato Salonianus.

iuris disciplina libros reliquit, nascitur hic, de quo quæritur, M. Cato M. filius M. Nepos. Is satis uehemēs Orator fuit, multasq; orationes ad exemplum aui scriptas reliquit, et Consul cum Q. Martio Rege fuit. Inq; eo Consulatu in Africam profectus, in ea prouincia mortem obijt. Sed is nō ita ut dixisti, M. Catonis Prætorij uiri, qui se Vticæ occidit, & quem Cicero laudauit, pater fuit: Nec quia hic Nepos Catonis Cēsorij, ille autem Pronepos fuit, propterea necessum est, patrem hunc ei fuisse. Hic enim Nepos, cuius hæc modò prolata oratio est, filium quidem Maiorem Catonem habuit, sed non eum qui Vticæ perijt, sed qui cùm Aedilis Curulis & Prætor fuisset, in Galliam Narbonensem profectus, ibi uita defunctus est. Ex altero autem uiro Censorij filio longè natu minore, quem Salonianum esse appellatum dixi, duo nati sunt, L. Cato, & M. Cato. Is M. Cato Tribunus plebis fuit, & præturam petens mortem obijt, exq; eo natus est M. Cato prætorius, qui se bello ciuili Vticæ interemit: de cuius uita laudibusq; cùm M. Tullius scriberet, Pronepotem eum Catonis Censorij dixit fuisse. Videtis igitur hanc partem familiæ, quæ ex minore Catonis filio progenita est, non solùm generis ipsius tramitibus, sed temporum quoque spacio differre. Nam quia ille Salonianus in extrema patris ætate, sicuti dixi, natus fuit, prognati quoque ac eo aliquantò posteriores fue-

fuerunt, quàm qui à maiore fratre eius geniti erant. Hanc quoq; temporum differentiam facilè animaduertetis ex hac ipsa oratione, cùm eam legetis. Hæc Sulpitius Apollinaris nobis audientibus dixit, quæ posteà ita esse, uti dixerat, cognouimus, cùm & laudationes funebres, & librum commentariorum de familia Portia legeremus.

Catonis nepotis.) Nam sunt quoq; nepotes ex fratre & sorore, sic fratris mei filius nepos est ex fratre, & sororis filius nepos ex sorore. Appositionem enim dictionũ huiusmodi facere ambigui tollendi caussa oportet.

Rege.) Scilicet sacrificulo. Erat enim, autore Fenestella, sacer quidem magistratus is, qui præerat religionibus unde rex dictus est, quòd uidelicet successerit, quod ad curam rerũ sacrarum attinet, regibus expulsis, qui & humanis & diuinis rebus promiscuè præpositi erant.

QVOD A SCRIPTORIBVS ELEGANtissimis maior ratio habita sit sonitus uocũ atq; uerborum iucundioris, quæ à Græcis εὐφωνία dicitur, quàm regulæ disciplina, quæ à Grammaticis reperta est.

CAPVT XIX.

Accusatiuorum tertiæ inflexionis uariæ fines.

INterrogatus est Probus Valerius, quod ex familiari eius quondam comperi, Has'ne urbis, an Has urbes, et Hanc turrem, an Hanc turrim dici oporteret: Si aut uersum, inquit, pangis, aut orationem solutam struis, atque ea uerba dicenda sunt, non finitiones illas præræcidas, neq; fecutinas Grammaticas spectaueris, sed aurem tuam interroga, quo quid loco conueniat dicere: quod illa suaserit, id profectò erit rectißimum.

Id est, putidas.

Id est, fetentes, fordentes.

Tum

Tum is qui quæsierat: Quo'nam modo, inquit, uis aurem meam interrogem? Et Probam ait reſpõdiſſe, quo ſuam Vergilius percõtatus eſt, qui diuerſis in locis, Vrbes & Vrbis dixit, arbitrio conſilioq; uſus auris. Nam in primo Georgicω̃n, quem ego, inquit, librum manu ipſius collectum legi, Vrbis per i, literam ſcripſit. Verba è uerſibus eius hæc ſunt:

Γεωργάω terram colo ſignificat, nã γία terra, & ἐργάω colo.

Vrbis'ne inuiſere Cæſar,
Terrarumq; uelis curam.

Verte enim & muta, ut Vrbes dicas, inſipidius neſcio quid facies & pinguius. Cõtrà, in tertio Aeneidos, urbes per e, literam dixit:

Centum urbes habitant magnas.

Hic ita muta, ut Vrbis dicas, nimis exilis uox erit & exanguis. Tanta quippe iuncturæ differentia eſt in cõſonantia uocum proximarum. Præterea idem Vergilius Turrim dixit non Turrẽ, & Securim nõ Securem:

Turrim. Securim.

Turrim in præcipiti ſtantem. Et,
Incertam excuſſit ceruice ſecurim.

Quæ ſunt (opinor) iucundioris gracilitatis, quàm ſi ſuo utrumq; loco per e, literam dicas. At ille qui interrogauerat rudis profectò & aure agreſti homo: Cur, inquit, aliud alio in loco doctiùs rectiusq; eſſe dicas, non ſanè intelligo. Tum Probus iam commotior: Noli, inquit, igitur laborare, utrum iſtorum debeas dicere, Vrbis, an Vrbes, Nam quum id genus ſis, quod ui-

deo, ut sine iactura tui pecces, nihil perdes utrum dixeris. His tum uerbis Probus & hac fini hominem dimisit, ut mos eius fuit erga indociles propè inclementer. Nos autem aliud quoque posteà consimiliter à Vergilio duplici modo scriptum inuenimus. Nam Tres & Tris posuit eodem in loco, ea iudicij subtilitate, ut si aliter dixeris mutaueris'q;, & aliquid tamen auris habeas, sentias suauitatem sonitus diuidere. Versus ex decimo hi sunt:

Ab Ismaro oppido Thraciæ, cuius meminit Plin. li. 4. cap. 10. in descriptione Thraciæ, additq; & locū ibidem eodem nomine uocari.

Tres quoq; Thrēicios Boreæ de gente suprema,
Et tris, quos Idas pater, & patria Ismara mittit.

Tres hîc, Tris illic, utrunq; pensiculatè modulatéq; reperies suo quodq; in loco sonare aptissimè. Sed in illo quoq; itidem Vergilij uersu:

Hæc finis Priami fatorum,

Simul ut & Hic finis dicas, durū atq; absonum erit, respuentq; aures quod mutaueris: sicut illud contra eiusdem Vergilij insuauius facias, si mutes:

Quem das finem rex magne laborum?

Nam si ita dicas, Quam das finem, iniucundum nescio quo pacto & laxiorem uocis sonum feceris. Ennius item Rectos cupressos dixit, contra receptum uocabuli genus hoc uersu:

*nutātibus

*Capitibus * nutanteis pinos, rectosq; cupressos.*

Firmior ei, credo, et uiridior sonus esse uocis uisus est, Rectos dicere cupressos, quàm Rectas. Contrà uero idem

rò idē Ennius in Annali XVII. *Aëre fulua dicit non* Aëre fulua
Fuluo: non ob id solùm, quòd Homerus ἀέρα βατεῖαν *dicit, sed quòd hic sonus (opinor) uocalior est uisus & amœnior. Sicuti enim M. Ciceroni mollius teretiusq́; uisum est in quinta in Verrē, Fretu scribere quàm Freto: Perangusto, inquit, fretu diuisa. Erat enim craßius uastiusq́; Perangusto freto dicere. Itidem in secunda simili usus modulamine: Manifesto peccatu, inquit, nō* Fretu. Peccatu
Peccato. Hoc enim scriptum in uno atq; in altero antiquißimæ fidei libro Tyroniano reperi. Verba sunt Ciceronis hæc: Nemo ita uiuebat, ut nulla eius uitæ pars, summæ turpitudinis esset expers: nemo ita in manifesto peccatu tenebatur, ut quum impudēs fuisset in facto, tum impudentior uideretur si negaret. Huius autem uocis cùm elegantior hoc in loco sonus, & tum ratio certa & probata est. Hic enim peccatus, quasi peccatio, rectè Latineq́; dicitur. Sicut Hic incestus, non qui admisit, sed quod admissum est: & Hic tributus, quod tributum nos dicimus, à plerisque ueterum dicta sunt. Hic quoque allegatus, & Hic arbitratus, pro allegatione, pro que arbitratione dicuntur. Quaratione seruata, Arbitratu, & allegatu meo, dicimus. Sic igitur in manifesto peccatu dixit, ut in manifesto incestu ueteres dixerunt: non quin Latinum esset Peccato dicere, sed quia in loco isto positum subtilius ad aurem molliusq́; est. Lucretius æquè auribus

Id est, stupri illarum uirginibus sacris, quæ perpetuam uouerāt uirginitatem.

inseruiens, Funem fœminino genere appellauit in hisce uersibus:

Id est, uias & fortunas Iouis cathena, qua omnia uelut facto sunt coniuncta.

Haud (ut opinor) enim mortalia secla supernè
Aurea de cœlo dimisit funis in arua.

Cùm dicere usitatius, manente numero posset,

Aureus è cœlo demisit funis in arua.

Antistitæ.

Sacerdotes quoque fœminas M. Cicero Antistitas dicit, non secundùm grammaticam legem Antistites. Nam cùm insolentias uerborum à ueteribus dictorum plerunque respueret: huius tamen uerbi in ea parte sonitu delectatus: Sacerdotes, inquit, Cereris atque illius fani antistitæ. Vsque adeò in quibusdam neque rationem uerbi, neque consuetudinem, sed solam aurem secuti sunt, suis uerba modulis pensitantem. Quod qui non sentiunt (inquit idem ipse M. Cicero, cùm de numerosa & apta oratione dissereret) quas aureis habeant, aut quid in ijs hominis simile sit, nescio. Illud uerò cum primis apud Homerum ueteres Grammatici annotauerunt, quòd quum dixisset quodam in loco κολοιούς τε ψῆράς τε, *alio in loco non* ψηρῶν, *sed* ψαρῶν *dixit:*

In quinta actione in Verrem. Quod Verres spoliauerat, sicut & totam Siciliam

Id est, gracu losq; sturnosq;

τῶν δ' ὥς τε ψάρων νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν,

Id est, horũ tanquã sturnorũ uenit, aut graculorum.

Secutus non communem, sed propriam in quocunq; uocis situ iucunditatem. Namsi alterum in alterius loco ponas, utrumq; feceris sonitu insuaue.

Interrogatus Probus.) De Probo Grãmatico nobilissimo cõsule Suetoniũ Trãquil. de illustribus Grãmat.

Vis

Vis autem interrogem?) Ob duplicatam uocalem ι & e, utrobiq; longam, modò uarietas, ut ubiq;, ita & in sonis gratissima est.

φαρῶν.) More Dorico, qui solent mutare η in α.

Quid in his hominis simile sit.) Id est, quod deceat talem hominem.

VERBA TITI CASTRITII RHETOris ad discipulos adolescentis de uestitu atque calceatu non decoro.

CAPVT XX.

TItus Castritius rhetoricæ disciplinæ doctor, qui habuit Romæ locum principem declamandi & docendi, summa uir autoritate grauitateq;, & à diuo Adriano ob mores atq; literas spectatus, cùm me præsente (usus sum enim eo magistro) discipulos quosdam suos senatores uidisset, die feriato tunicis & lacernis indutos, & Gallicis calceatos: Equidem, inquit, maluissem uos togatos esse. Pigitum est cinctos saltem esse & penulatos. Sed si hic uester huiuscemodi uestitus die multo iam usu ignoscibilis est, soleatos tamen uos Po. Ro. senatores, per urbis uias ingredi nequaquàm decorum est: non herclè uobis minus, quàm illi tum fuit, cui hoc M. Tullius pro turpi crimine obiectauit. Hæc me audiente Castritius, & quædam alia ad eam rem conducentia, Romanè & seuerè dixit. Plериq; autem ex ijs qui audierant, requirebant cur solcatos dixisset, qui Gallicas, non soleas haberent? Sed Castritius profectò scitè atque incorruptè locutus est. Omnia enim

Castritius.

Id est, probatus delectus.

Fermè captis.

Dignus ueniæ, nouè.

Hh 5 fermè

*fermè id genus, quibus plantarum calces tantùm infimè teguntur, cætera propè nuda, & teretibus habenis * iuncta sunt, soleas dixerunt: nonnunquàm uoce Græca crepidulas. Gallicas autem uerbum esse opinor nouum, nõ diu ante ætatem M. Cic. usurpari cœptum. Itaque ab eo ipso positum est in secunda Antonianarum: Cum Gallicis, inquit, & lacerna cucurristi. Neq; in ea significatione id apud quenquam alium scriptùm lego, grauioris duntaxat autoritatis scriptorem: sed (ut dixit) crepidas & crepidulas prima syllaba correpta, id genus calciamentum appellauerunt, quod Græci κρηπῖδας uocant: eiusq; calciamenti sutores crepidarios dixerunt. Sempronius Asellio in lib. Rerum gestarum quartodecimo: Crepidarium, inquit, cultellum rogauit à crepidario sutore.*

Quod solū premerent. * uincta

Crepidulæ.

Crepidarij.

Pigitum est.) Id est, piget me & tædet, passiuũ pro actiuo, ita prisci usi sunt impersonalibus uerbis.

Penulatos.) Penula uestis genus est, qua aduersus iniuriam imbrium utimur.

Non herclè minus quàm ille tum fuit.) Græci enim & huiusmodi calceos, & omnium libidinum fundamenta excogitarunt.

In mores.) scilicet iuuenum formandos.

κρηπῖδας.) Et prima & secunda syllaba longis, unde mirari succurrit, cur Latini poëtæ utramq; syllabã apud Græcos longã, contraxerint, cum fermè Græcorũ quãtitatem sequi soleant. Porrò utraq; syllaba correpta est apud Horat. lib. sermonum primo Sat. 3. hoc uersu:

Chrysippus dicat, sapiens crepidas sibi nunquàm,
Nec soleas fecit.

Et Persius:

Non

Non hic in crepidis Graiorum ludere gestit.
Verùm sunt nonnulli qui Latinam esse uocem credant, factam à crepo uel crepitu, qui inter ambulationem à crepidato redditur, quorum opinionem cōtrariam Gellio si sequimur, consentit omnino quātitas, nam & primitiua primam breuem habet.

COMPRECATIONES QVAE RITV Romano fiunt diis, expositæ sunt in libris sacerdotum, inter quas Marti Nerienem tribuunt, & quid Neriene seu Nerio nomen importet.

CAPVT XXI.

*Comprecationes Deorum immortalium, quæ ritu Romano dijs fiunt, expositæ sunt in libris sacerdotum Pop. Ro. & in plerisque antiquis orationibus: In ijs scriptum est Latiam Saturni, Salaciam Neptuni, Horam Quirini, * Iurites Quiritij, Maiam Volcani, Nerien Iunonis, Molas Martis, Nerienem quoque Martis. Ex quibus id, quod postremum posui, sic plerosq; dicere audio, ut primam in eo syllabam producant, quo Græci modo dicunt νηρείδας, maris deas. Sed qui probè locuti sunt primam correptam dixerunt, tertiam produxerunt. Est enim rectus casus uocabuli, sicut in libris ueterum scriptum est, Nerio: quanquàm M. Varro in Satyra Menippea, quæ inscribitur σκιαμαχία uel κριομαχία, non Nereo, sed Nerienes uocatiuè dicit in his uersibus:*

Comprecationes deorum.

*Iuriten

Pugna de umbra, id est, de nihilo re.

Pugna arietum, nā κρ

Theana, & Peranna, Pranda, Celato, Pales,
Nerienes, Minerua, Fortuna ac Ceres.

aries dicitur. Ex quo nominandi quoq; casum eundem fieri necessũ est. Sed Nerio à ueteribus sic declinatur, quasi Anio. Nam perinde ut Anienem, sic Nerienem dixerunt, tertia syllaba producta. Id autem, siue Nerio, siue Nerienes est, Sabinum uerbum est, eoq; significatur uirtus & fortitudo. Itaque ex Claudijs, quos à Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia atq; præstanti fortitudine, Nero appellatus est. Sed id Sabini à Græcis accepisse uidentur, qui uincula & firmamẽta membrorum νεῦρα dicũt: unde nos quoq; Latinè neruos appellamus. Nerio igitur, Martis uis & potentia, & maiestas quædam esse Martis demonstratur. Plautus autem in Truculento, coniugem esse Nerienem Martis dicit, atq; id sub persona militis in hoc uersu:

Nerienes. Claudij. Nero. Id est, neruos.

Mars peregrè aduenięns salutat Nerienem uxorem suam. Super ea re audiui non incelebrem hominem dicere, nimis comicè Plautum imperito & incondito militi falsam nouamq; opinionẽ tribuisse, ut Nerienẽ cõiugem esse Martis putaret. Sed id peritè magis quàm comicè dictum intelliget, qui leget Cn. Gellij Annalem tertium, in quo scriptum est, Hersiliam, cùm apud T. Tatium uerba faceret, pacemq; oraret, ita precatam esse: Neria Martis, te obsecro pacem dare, ut liceat nuptijs proprijs & prosperis uti, quod de tui coniugis consilio contigit, uti nos itidem integras raperent, unde liberos sibi & suis posteris patriæ pararent.

Cn. Gellius scriptor. Hersiliæ precatio.

De tui

De tui(inquit)coniugis consilio, Martem scilicet signi ficans: per quod apparet non esse id poëticè à Plauto dictum, sed eam quoque traditionem fuisse, ut Nerio à quibusdam uxor esse Martis diceretur. Inibi autē animaduertendum est, quòd Gellius Neria dicit per a, literam, nō Nerio, neq; Nerienes. Præter Plautum etiā, Præterq; Gell. Licinius Imbrex uetus comœdiarū scriptor in fabula, quæ Neæra inscripta est, ita scripsit:

Nerio Martis uxor

Licinius Imbrex.

Nomen deæ est apud Græcos, quæ dicitur præesse iuuentuti, id quod etymologia sonat. Græcis enim νέος iuuenis dicitur, & νιαρός iuuenilis & uegetus. Meminit Hesiodus in Theogonia huius deæ.

Nolo ego Neæram te uocent, sed Nerienem,
Cùm quidem Marti es in connubium data.

Ita autem senarij numerus huiusce uersus habet, ut tertia in nomine syllaba, contrà quàm suprà dictum est, corripienda sit. Cuius sonitus quanta apud ueteres in differentia sit, notius est, quàm ut plura in id uerba sumenda sint. Ennius autem in 1. Annali in hoc uersu:

Nerienem Mauortis.

Et herclè, nisi quod minimè solet numerum seruauit, primam syllabam intendit, tertiam corripit. At ne id quidem prætermittendum puto, cuiusmodi est, quod in commentario quodam Seruij Claudij scriptum inueni, Nerio dictum quasi netrio, hoc est, sine ira, & cum placiditate: ut eo nomine mitem tranquillumq; fieri Martem precemur. Ne enim particula, ut apud Græcos, ita plerunq; in Latina quoq; lingua, priuatiua est.

Latiam Sa[illegible]u[illegible]ni.) Opinor Saturnum placari solitū Lariæ uocabulo proptereà quòd fugiens ipse Saturnus filium Iouem ex Creta insula peruenit in partem Italię,

quę Latiũ dicta est, nimirum quòd ibi latuerit Saturnus, atq; in huius rei memoriã attributum conĳcio Saturno Latiam, quasi tu dicas latendi quandam calliditatem.

Salaciam Neptuni.) Neptuno tribuunt Salaciam, utpote maris deo, & cuius imperio mare ipsum mitigatur, ut scilicet Salacia significet uel maris salsedinẽ, uel potius quandam salacitatẽ & fœcunditatem. Cõstat enim elementum aquæ usq; adeò gignẽdi uim habere, ut non solùm innumerabilem piscium copiam inse habeat, uerùm etiã & in hominibus singulare habeat momentum. hocq; proculdubiò ritus ille uetus Rom. præ se tulit, dũ nouæ nuptæ aquam cum igne præferri uoluerunt, id quod testatur Plutarchus in Problem.

Horam Quirini.) Hora, inquit, Festus Pomp. iuuentutis est Dea, citatq; Ennium autorem lib. Annalium primo, hoc uersu:

Te Quirine pater ueneror, Horam Quirini.

Iurites Quiritĳ.) Arbitror uocabulum quoquomodo à iurisiurãdi religione deriuatum, quòd uidelicet Prisci Romani etiam iuramento peculiarem quandam deam præfecerint, quæ futura fuerit ultrix facti iuramenti.

Nerien.) Deam, ut sequitur, mansuetudinis, quòd uidelicet sine ira sit, quasi tu dicas non iratam. Priuat autem cùm apud Latinos, tum apud Græcos Ne particula. Sic πένθος luctum significat, νηπενθὴς herbam quæ luctum amouet, à particula priuatiua. Sic fas, quod licitum est: nefas quod illicitum.

Molas Martis.) Molas autem Deas à molimine à sollicitis conatibus ipsius belli apparandi à ueteribus intellectas opinor. Porrò quòd per Martem bellum significarint Latini, indicio sunt Poëtæ, qui fermè omnes Martem pro bello usurpant. Vergil.

Aere ciêre uiros Martẽq; accendere cantu.

νηρείδας.) Filius ipsius Nerei, ut scribit in Theogonia Hesio. marini dei. At scribũt nonnulli reipsa hũc Nereũ accipiendũ esse mare, id quod indicat ipsa nominis etymologia, quæ fit à narãdo, & fluẽdo, ῥέω enim Gręcis, Latinis significat nato & fluo: fluere autẽ proprium maris.

Pales.)

Pales.) Rusticorum Dea habita est, quæ frumēto & pecudibus, maximè autem armentis custodiendis præse cta fuerit. hanc inuocat Maro lib. Georg. tertio de armē torum cura scripturus. Porrò huius Deæ festa, quæ à rusticis incensis stipulis celebrabantur, palilia dicuntur, quorū meminit Plinius. Sed & Martianus Capella in præfatione Rhetoric. huius Deæ meminit.

M. CATONIS CONSVLARIS ET CENsorij pulcherrima exprobratio contra Philosophantes nomine, & non re.

CAPVT XXII.

Marcus Cato consularis & censorius, publicis iam priuatisq; opulentus rebus, uillas suas inexcultas et rudes, ne tectorio quidē prælitas fuisse dicit, ad annū usq; ætatis suæ LXX, atq; ibi posteà his uerbis utitur: neq; mihi (inqt) ædificatio, neq; uasum, neq; uestimentum ullū est in manu preciosum, neq; preciosus seruus, neq; ancilla. Si quid est (inquit) quo utar, utor: si non est, ego sum, + cuiq; per me uti, atq; frui licet. Tū deinde addit: Vicio uertunt, quia multa egeo. At ego illis, quia nequeūt egere. Hæc mera ueritas Tusculani hominis, egere se multis rebus, & nihil tamen cupere dicētis, plus herclè commouet ad exhortādam parsimoniam, sustinēdamq; inopiam, quàm Grææ istorum præstigiæ philosophari sese dicentium, umbrasq; uerborum inanes fingentium: qui se nihil habere, & nihil tamen egere, ac nihil cupere dicunt: quum & habēdo, & egendo, & cupiendo ardeant.

Oblitas, tectas.

Veteres singulariter declinabāt uasum uasī, ut etiā Priscianus admonet. Vnde adhuc manet uasa uasorum.

+ cui

Ne tectorio.) Est autem tectorium apud Victruuium cle-

elegantior quidam color, quo coluntur & exornantur ædificia uel saxea, uel terrea.

Quia multa egeo.) Archaïsmos est, & uetustas quędã orationis: hodie multis diceremus, uel multorum egeo, sic Verg. Quorum indiget usus.

QVAESITVM TRACTATVMQVE QVID sint manubiæ, atq; inibi dicta quędam de ratione utendi uerbis pluribus idem significantibus.

CAPVT XXIII.

IN fastigijs fori Traiani simulachra sunt sita circũ undiq; inaurata, equorum atq; signorum militariũ: subscriptumq́; est: Ex manubijs. Quærebat Phauorinus, cùm in area fori ambularet, & amicũ suũ COS. opperiretur, caussas pro tribunali cognoscentẽ, nosq́; tũc eum sectaremur: quærebat, inquam, quid nobis uideretur significare propriè manubiarũ illa inscriptio. Tum quispiã, qui cum eo erat, homo in studijs doctrinæ multi atq; celebrati nominis: Ex manubijs, inquit, significat ex præda. Manubiæ enim dicuntur præda, quæ manu capta est. Etiamsi (inquit Phauorinus) opera mihi princeps, & propè omnis in literis disciplinisq; Græcis sumpta est, non usq; eò tamen infrequẽs sum uocũ Latinarum, quas subcisiuo atq; tumultuario studio colo, ut hanc ignorem interpretationem uulgariã, quòd esse dicantur manubiæ præda. Sed quæro an M. Tullius uerborũ homo diligentißimus, in oratione quã dixit de lege agraria Calendis Ianuarij cõtra Rullum, inani & illepida geminatione iunxerit manubias

Manubiæ

Subcisiua tẽpora dicuntur, quæ ei negocio cui ex professo omnia tempora deberentur uelut subciduntur & detrahuntur.

& præ-

& prædam, si duo hæc uerba idem significãt, neq; ulla re aliqua dißident. Atq; (ut erat Phauorinus egregia quadam uel diuina memoria) uerba ipsa M. Tullij statim dixit. Ea nos adscribimus hic: Prædã, manubias, sectionem, castra deniq; Cn. Pompeij sedente imperatore decẽuiri uẽdent. Et infra itidẽ duo hæc simul iunctim posita dixit: Ex præda, ex manubijs, ex auro coronario. Ac deinde ad eum cõuertit, qui manubias esse prædã dixerat: Et uidetur'ne tibi (inquit) utroq; in loco M. Cicero duobus uerbis idem, sicuti tu putas, significantibus, inepte & frigide esse usus? ac tali ioco dignus, quali apud Aristophanem facetißimum comicorum Euripides Aeschylum insectatus est, cùm ait:

Δὶς ταυτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς αἴσχυλος,
ἥκω γὰρ εἰς γῆν φησὶ, καὶ κατέρχομαι.
ἥκω δὲ ταυτὸν ἐστὶ τῷ κατέρχομαι.
νὴ τὸν Δί' ὥσπερ γ' εἴ τις εἴποι γείτονι,
χρῆσον σὺ μάκτραν, εἰ δὲ βούλει, κάρδοπον.

Nequaquam uerò, inquit, ille, talia uidentur, quale est μάκτρα καὶ κάρδοπος, quæ à poëtis uel oratoribus Græcis nostrisq; celebrãdæ & ornãdæ rei gratia, duobus eadẽ pluribus'ue nominibus frequentantur. Quid igitur, inqt Phauorinus ualet hæc repetitio instauratioq; eiusdẽ rei sub alio nomine, in manubijs & in præda? Nũ ornat, ut alioq solet, orationẽ? Num eã modulatiorem aptioremq; reddit? Num onerandi uel exprobran-

Aurũ coronariũ est q̊d cõfertur ad coronã imperatori publicè condonandã, quãquã paulò diuersius sentire Plin. uidetur li. 35

Hic Phauorinus nõ solũ inter Philosophos recẽsetur, uerũ etiam rhetorũ catalogo est adscriptus, cuius rei grauis testis est Philostratus in

libro de uitis Sophistarum, & Suidas quoque in Collectaneis suis.

brandi numinis caußa, exaggerationem aliquã speciosam facit? sicuti in libro eiusdem M. T*ullij, qui* D*e constituendo accusatore est, una eademq́; res pluribus uerbis uehemẽter atq; atrociter dicitur:* S*icilia tota, si una uoce loqueretur, hoc diceret: quod auri, quod argenti, quod ornamẽtorum in meis urbibus, sedibus, delubris fuit.* N*ã cùm urbes totas semel dixisset, sedes delubráq́; addidit, quæ sunt ipsa quoq; in urbibus.* I*tẽ in codẽ libro simili modo:* S*iciliã, inquit, prouinciam.* C. V*erres, per triẽnium depopulatus esse,* S*iculorum ciuitates uastasse, domos exinanisse, fana spoliasse dicitur.* Ecquid *uidetur cùm* S*iciliã prouinciã dixerit, atq; etiam insuper ciuitates addiderit, domos etiã & fana, quæ infrà posuit, cõprehendisset, uerba hæc itẽ multa atq; uaria depopulatus esse, uastasse, exinanisse, spoliasse, non ne unam & eandem uim in se habent? Sanè: sed quia cũ dignitate orationis, & cũ graui uerborum copia dicuntur, quanquã eadẽ ferè sint, & ex una sentẽtia coorian tur, plura tamen esse existimantur, quoniã & aures & animum sæpiùs feriunt.* Hoc ornatus genus, *in crimine uno, uocibus multis atq; sæuis extruendo, ille iam tunc* M. *Cato antiquißimum in orationibus suis celebrauit:* S*icuti in illa, quæ inscripta est, de decẽ hominibus, cùm* T*hermum accusauit, quòd decem liberos homines eodem tempore interfecisset, hisce eandem rem omnibus significantibus, usus est: quæ quoniã sunt eloquentiæ la-*

tiæ Latinæ tunc primùm exorientis lumina, uerba qui dem sublustria, libitum est ea mihi ἀπομνημονεύειν. Tuũ nefarium facinus peiore facinore operire postu- las, succidias humanas facis, decem funera facis, decẽ capita libera interficis, decem hominibus uitã eripis, indicta caussa, iniudicatis, indemnatis. Item M. Cato in orationis principio, quam dixit in senatu pro Rhodiẽ sibus, cũ uellet res nimis prosperas dicere, tribus uoca bulis idem sentiẽtibus dixit. Verba eius hæc sunt: Scio solere plerisq; hominibus in rebus secundis atq; proli xis atq; prosperis animum excellere, atq; superbiam, atq; ferocitatem augescere. Itidem Cato ex Originũ se ptimo, in oratione quam contra Seruiũ Galbam dixit, compluribus uocabulis super eadem re usus est: Multa me dehortata sunt huc prodire, anni, ætas, uox, uires, senectus: uerùm enimuerò cùm tantam Rempublicam agier arbitrarer. Sed ante omneis apud Homerũ eiusdem rei atq; sententiæ luculenta exaggeratio est:

Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων ὕπαγε Ζεὺς, ἔκ τε κονίης
ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκ θ' αἵματος, ἔκ τε κυδοιμοῦ.

Item in alio uersu:

ὑσμῖναί τε, μάχαι τε, φόνοι τ' ἀνδροκτασίαι τε.

Nam quum omnia ista utrobiq; multa & continua nomina, nihil plus demonstrẽt quã præliũ: huius tamẽ rei uaria facies, delectabiliter ac decorè multis uarijsq; uerbis dicta est. Neq; nõ illa quoq; apud eundẽ poëtã

unã

Id est, in memoriæ præsidiũ thesaurum reponere. Siquidem ἀπὸ in compositione nescio quid retro & sepositum significat, μνημονεύω repono.

una in duobus uerbis sentētia, cū egregia ratione repetita est. Idæus enim, cùm inter Aiacē & Hectorē decertantes armis intercederet, his ad eos uerbis usus est:

μηκέτι παῖδε φίλω πολεμίζετε, μηδὲ μάχεσθον.

In quo uersu nō oportet alterum uideri uerbum, idem quod superius significans, supplēdi numeri caussa, extrinsecus additum & consarcinatum. Est enim hoc inane admodùm & futile: sed cùm in iuuenibus gloriæ studio flagrantibus, peruicaciā ferociamq; & cupidinem pugnæ, leniter tamen ac placidè obiurgaret: atrocitatem rei, & culpam perseuerandi, bis idem dicendo, alio atq; alio uerbo auxit inculcauitq;: duplexq; eadem compellatio admonitionem facit instantiorem. Nec illa quidem eiusdē significationis repetitio, ignaua & frigida uideri debet:

μνηστῆρες δ' ἄρα τηλεμάχῳ θάνατόν τε μόρον τε
ἤρτυον. *quod bis idem dixerit,* θάνατον καὶ μόρον.

Indignitas enim moliendæ tam acerbæ tamq; iniustæ necis, miranda mortis iteratione defleta est. Cæterùm quis tam obtuso ingenio est, qui non intelligat, πολεμίζετε καὶ μάχεσθον *uerba, Idem duo significantia, non frustra posita esse, ut illa quoq;:*

Verba sunt Iouis ad somniū quod mittit ad Agamēnonem apud Hom. in Il.

βάσκ' ἴθι οὖλε ὄνειρε, καὶ βάσκ' ἴθ' ἶρι ταχεῖα.

Neq; ἐκ παραλλήλου, ut quidam putant, sed hortamentū esse acre, iussæ, imperatæq; celeritatis. Verba quoq; illa M. Ciceronis in L. Pisonē trigemina, etiam si duræ auris

auris hominibus non placent, non uenustatem modò numeris quæsiuere, sed figuram simulationemq́; oris pluribus simul uocibus uerberauerunt. Vultus deniq;, inquit, totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in fraudē homines ĩpulit, hic eos, quibus erat ignotus, decepit, fefellit, induxit. Quid igitur simile est, inquit, apud eūdem in præda & manubijs? Nihil profectò istiusmodi. Nā neq; ornatiùs fit additis manubijs, neq; exaggeratiùs modulatiúsue: sed aliud omnino præda est, ut in libris rerū uerborumq́; ueterū scriptū est, aliud manubiæ. Nam præda dicitur corpora ipsa rerū, quæ capta sunt: Manubiæ uerò appellatæ sunt pecunia à Quæst. ex uenditione prædæ redacta. Vtrunq; ergo dixit M. Tullius cumulandæ inuidiæ gratia Decemuiros ablaturos, persecuturosq́; prædā quæ nondum esset uenundata, & pecuniā quæ ex uēditione prædæ percepta esset. Itaq; hæc inscriptio, quā uidetis, ex manubijs, nō res corporaq́; ipsa prædemonstrat (nihil enim captum est horū à Traiano ex hostibus) sed facta esse hæc, cōparataq; ex manubijs, id est, ex pecunia prædaticia declarat. Manubiæ enim sunt, sicuti iam dixi, non præda, sed pecunia per Quæst. Pop. Ro. ex præda uendita contracta. Quòd per Quæst. autem dixi, intelligi nūc oportet præfectum ærario significari. Nam cura ærarij à Quæst. ad Præfectum translata est. Est tamen nō nusquàm inuenire, ita scripsisse quosdā non ignobiles

Præda. Manubiæ. Quæstor.

scriptores, ut aut temerè, aut curiosè prædam pro manubijs, & manubias pro præda posuerint, & tropica quadam figura mutationẽ uocabuli fecerint: quod facere concessum est, scitè id peritéq; facientibus. Sed enim qui propriè atq; signatè locuti sunt, sicuti hoc in loco Marcus Tullius, manubias pecuniam dixerunt.

Ex manubijs.) Manubias à præda hoc distare ueteres existimarunt, ut sit præda corpora ipsarũ rerum quę capiuntur. Manubiæ uerò pecuniæ ex prędа uẽdita redactę, & sic apud plurimos. Nã & M. Tulliũ de Lege agraria ita sensisse uoluerũt, prædam, manubias, sectionem, castra deniq; Cn. Pompeij sedente Imperatore Decemuiri uendent. Quæ uerba in uulgatis Nonij exemplaribus deprauatissima leguntur.

Nulli rei.) Id est, nullius momenti, nam ueteres nullius nulli dicebãt. Terent. Nulli seruus consilij. Est autem Archaismus orationis, id est, antiquitas loquutionis.

Succidias humanas.) Succidia Catonianum est uerbũ quo rustici laridũ significant, ex quo quotidiè in usum suum partes succindunt. Sic M. Tullius in Catone Maiore tradit hortũ à Catone appellari solitum succidiã, utpote ex quo quotidiè quippiam succindere in usum queas, meminit & Plinius multis locis.

VERBA P. NIGIDII, QVIBVS DICIT, in nomine Valerij in casu uocãdi, primam syllabam acuendam esse, & item alia ex eiusdem uerbis ad rectam scripturam pertinentia.

CAPVT XXIIII.

P. Nigidij uerba sunt, ex commentariorum Grãmaticorũ XXIIII. hominis in disciplinis doctrinarum omnium præcellentis: Deinde, inquit, uocatio quî poterit seruari, si nõ sciemus in nominibus, ut Valeri,

Valeri, utrum interrogandi aut uocandi sint? Nam interrogandi secunda syllaba superiore tono est, quàm prima, deinde nouißima deijcitur. At in casu uocandi, summo tono est prima, deinde gradatim descendũt. Sic quidem P. Nigidius dici præcipit. Sed si quis nunc Valerium appellans, in casu uocandi secundùm id præceptum Nigidij acuerit primã, nõ abierit quin rideatur. Summum aũt tonum προσῳδίαν *acutã dicit: & quem accentum nos dicimus, uoculationẽ appellat: & casum interrogandi eum dicit, quem nunc nos genitiuum dicimus: Id quoq; in eodem libro Nigidiano animaduertimus: Si huius, inquit, amici, uel huius magni scribas, unum, i, facito extremam: Sin uerò hi magnei, hi amicei, casu multitudinis recto, tum ante, i, scribendũ erit e: atq; idipsum facies in similibus. Item si huius terrei, scribas, i, litera sit extrema: Si huic terræ, per e, scribendum est. Item mi qui scribit in casu interrogandi, uelut cùm dicimus: mi studiosus, per i, unũ scribat, non per e: at cùm mei, tum per e, & i, scribendum est, quia dandi casus est. Hæc nos autoritate doctißimi hominis adducti, propter eos, qui harũ quoq; rerum scientiam quærunt, non prætermittenda existimauimus.*

Valeri. Voculatio. Casus interrogandi. Mi & mei.

Valeri.) Nam apud ueteres secundę formæ nomina, non geminato ij, sed simplici tantum in gignendi casu declinabantur, id quod præter Grammaticos, etiam Latini Poëtæ testantur. Sic Horatius Odarum lib. primo, ingeni dicit, pro ingenij.

Casu multitudinis.) Semiuocales non geminare usi-

tatissimi diu moris fuit, atque è cõtrario ad Actium, & ultra porrectas syllabas geminis uocalib⁹ scripserũt. Diutiùs durauit, ut e i iungendis eadẽ ratione, qua Græci ει uterentur, ea casibus numerisque discreta essent, ut Lucilius præcipit:

Iam puerei uenêre e postremum facito atque i
Vt puerei plures fiant. Idem:
Mendacei, fureique adde e cum dare furi
Iusseris.

Quod quidem cùm superuacuum est, quia i tam lõgæ quàm breuis naturam habet, tum incommodum aliquando. Hæc Fab. Quintilianus libro primo.

DE VERSIBVS, QVOS VERGILIVS SEctatus uidetur, Homeri ac Parthenij.

CAPVT XXV.

Parthenij poëtæ uersus est:

γλαύκῳ, καὶ νηρεῖ, καὶ εἰναλίῳ μελικέρτῃ.

Eum uersum Vergilius æmulatus est: itaq; fecit duobus uocabulis uenustè immutatis parem:

Glauco & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.

Sed illi Homerico non sanè rem parẽ, neq; similem fecit. Esse enim uidetur Homeri simplicior et syncerior, Vergilij autem νεωτερικώτερος, & quodam quasi ferrumine immisso fucatior:

Id est, iuuenilior, floru lentior.

ταῦρον δ' ἀλφειῷ, ταῦρον δὲ ποσειδάωνι.

Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.

Ferrumine immisso.) Glutimine, quo iuncturæ fiunt. Sed propriè id tantùm ferrumen est, quo metalla iungũtur, & conglutinantur.

DE SENTENTIA PANAETII PHILOSOphi, quam scripsit in libro de Officijs secundo, qua hortatur, ut homines ad cauendas iniurias in omni loco intenti paratique sint.

CAP.

CAPVT XXVI.

Legebatur Panætij Philosophi liber de Officijs secũdus, ex tribus illis inclytis libris, quos M. Tullius magno cũ studio, maximoq; opere æmulatus est. Ibi scriptũ est, tum multa alia ad bonã frugem ducentia, tũ uel maximè quod esse hærereq; in animo debet. Id aũt est ad hanc fermè sententiam: Vita, inquit, hominũ, qui ætatẽ in medio rerũ agunt, ac sibi suisq; esse usui uolũt, negocia periculaq; ex improuiso aßidua & propè quotidiana fert. Ad ea cauenda atq; declinãda, perinde esse oportet animo semper prompto atq; intento, ut sunt athletarum, qui Pancratiastæ uocantur. Nam sicuti illi ad certandum uocati, proiectis altè brachijs consistunt: caputq; & os suum manibus oppositis quasi uallo præmuniũt: membraq; eorũ omnia, priusq̃ pugna mota est, aut ad uitãdos ictus cauta sunt, aut ad faciendos parata: ita animus atq; mens uiri prudentis, aduersus uim & petulantias iniuriarum, omni in loco atq; in tempore prospiciens, debet esse erecta, ardua, septa, solida, expedita, nunquàm conniuens, nusquàm aciem suam flectens: consilia cogitationesq; contra fortunæ uerbera, cõtraq; insidias iniquorũ, quasi brachia & manus prætendens: ne qua in re aduersa & repentina incursio, imparatis imprõtectisq; nobis oboriatur.

Panætius.

Pancratiastæ.

QVOD QVADRIGARIVS, CVM MVLTIS MORTALIBUS DIXIT: AN QUID, & QUANTÙM DIFFERRET, SI DIXISSET, CUM MULTIS HOMINIBUS.

CAPVT XXVII.

Verba sunt Claudij Quadrigarij ex Annaliũ eius XIII. Concione dimissa, Metellus in Capitoliũ uenit cũ multis mortalibus. Inde cùm domum proficisceretur, tota ciuitas eũ reduxit. Cùm is liber, eaq; uerba M. Frontonis, nobis ei ac plerisq; alijs aßidẽtibus legerentur: & cuidã haud sanè uiro indocto uideretur, Multis mortalibus, pro hominibus multis, ineptè frigideq; in historia, nimisq; id poëticè dixisse: tum Fronto illi, cui hoc uidebatur: An tu, inquit, aliarum homo rerum iudicij elegantißimi: Mortalibus multis, ineptum tibi uideri & frigidum dicis? Nil aũt arbitrare caussæ fuisse, quòd uir modestus, & puri atq; propè quotidiani sermonis: Mortalibus maluit, quàm hominibus dicere? eandemq; credis futurã fuisse multitudinis demonstrationem, si cum multis hominibus, ac nõ cum multis mortalibus diceret? Ego quidẽ, inquit, sic existimo (nisi me scriptoris istius, omnisq; antiquæ orationis amor atq; ueneratio, cæco esse iudicio facit) longè lateq; esse ampliùs, prolixiùs, fusiùs in significanda totius propè ciuitatis multitudine: Mortales quàm homines dixisse. Nanq; multorum hominum appellatio, intrà modicum quoq; numerũ cohiberi atq; includi potest: Multi autem mortales, nescio quo pacto, & quodã sensu inenarrabili omne ferè genus, quod in ciuitate est, & ordinũ & ætatum & sexus comprehendunt. Quod scilicet

M. Fronto.

Atq; eius rei ratio mihi potißimùm uidet, quod fusiorẽ significationẽ habet mortalis, quàm homo, quòd

Quadri-

Quadrigarius ita (ut res erat) ingentem atq; promiscuam multitudinem uolẽs ostendere: cum multis mortalibus Metellum in Capitolium uenisse dixit ἐμφατικώτερον, q̃ si cum multis hominibus dixisset. Ea nos omnia, quæ Fronto dixit, cũ ita ut par erat, non approbantes tantùm, sed admirantes quoq; audiremus: Videte tamen, inquit, ne existimetis, semper atq; in omni loco Mortales multos, pro multis hominibus esse dicendum: ne planè fiat Græcũ illud de Var. Satyra Prouerbium τὸν ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον. Hoc iudicium Frontonis etiam in paruis minutisq; uocabulis, non prætermittendum putaui, ne nos fortè fugeret lateretq; subtilior huiuscemodi uerborum consideratio.

non solùm homo mortalis, uel ũm & omnes animantes sunt.

τὸν ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον.) In lente unguentum, quod dicitur, cùm quippiam non suo loco adhibetur: quod uidelicet ridiculum esset, si quis lẽticulæ uilissimæ leguminũ omnium ineptè quispiam unguentũ, id est, oleum odoratũ admisceret, ad hũc enimuerò modũ castigauit Hermolaus Barbarus hunc locum in castig. Plinianis.

τὸν τῇ φακῇ μύρον.) Non enim credo Gellium hîc tam nouè uoluisse exprimere Græcismum, ut adderet ἐπὶ, q̃d Græci genitiuo iungunt, eò quòd ablatiuo careãt. Quã obrem mea quidem sententia expungendũ est ἐπὶ, quod fortasse ab oscitante lectore adiectum est. Vide Erasmũ in prouerb. In lente unguentum.

NON HACTENVS ESSE FACIEM QVA uulgò dicitur.

CAPVT XXVIII.

ANimaduertere est, pleraq; uerborũ Latinorum ex ea significatiõe, in qua nata sunt, decessisse,

uel in aliam longè, uel in proximam: eamq; decesßionẽ factam esse consuetudine, & inscitia temerè dicentiũ, quæ cuiusmodi sint, non didicerint. Sicuti quidã faciẽ esse hominis putãt os tantùm, et oculos, et genas, quod Græci πρόσωπον dicunt: quando Facies sit forma omnis & modus, & factura quædam corporis totius, à faciendo dicta: & ab aspectu species: & à fingendo figura. Itaq; Pacuuius in Tragœdia, quæ Niptra inscribitur, faciem dixit hominis pro corporis longitudine:

Facies à faciendo. Species ab aspectu. Figura à fingendo.

Aetate, inquit, integra, feroci ingenio, facie procera uirum.

Non solùm autem in hominum corporibus, sed etiã in rerum cuiusq; modi aliarum facies dicitur. Nam montis, et cœli, et maris facies, si tempestiuè dicatur, probè dicitur. Salustij uerba sunt ex hist. secunda: Sardinia in Africo mari, facie uestigij humani in Orientem, quàm in Occidentem latior prominet. Ecce autem id quoq; in mentem uenit, quod etiam Plautus in Penulo, faciem pro totius corporis colorisq; habitu dixit.

Verba Plauti hæc sunt:

Sed earum nutrix qua sit facie, mihi expedi.
Statura non magna, corpore aquilo'st.
Ipsa'st specie uenusta, ore atq; oculis pernigris.

Formam quidem herclè uerbis depinxit probè. Prætereà memini Quadrigarium in undeuicesimo faciẽ pro statura, totiusq; corporis figura dixisse.

Corpo-

Corpore aquilo.) Aquilus color ab aqua est nominatus, nā cùm antiqui duos naturales omnino nossent, nigrum scilicet & album, interuenit autem is quoq; qui ita neutri similis est, ut tamen ab utroq; proprietatem trahat, potissimùm ab aqua eum denominauerunt. Actor Festus Pompeius.

QVID SIT IN SATYRA M. VARRONIS Caninum prandium.

CAPVT XXIX.

Laudabat, uenditabatq; se nuper quispiam in libraria sedens, homo ineptè gloriosus, tanquam unus esset sub omni cœlo Satyrarū M. Varronis enarrator, quas partim Cynicas, alij Menippæas appellant: & iaciebat inde quædam non admodùm difficilia, ad quæ conijcienda aspirare posse neminem dicebat. Tum fortè cùm ego librum ex ijsdem Satyris ferebam, qui ὕδωρ κενόν *inscriptus est. Propiùs igitur accessi: Et nosti, inquam, magister uerbū illud scilicet uetus: Egregiam Musicam, quæ sit abscondita, eam esse nulli rei. Oro ergo te, legas hos uersus pauculos, & prouerbij istius, quod in his uersibus est, sententiam dicas mihi. Lege, inquit, tu mihi potiùs, quæ non intelligis, ut ea tibi ego enarrem. Quo'nam, inquam, pacto legere ego possum, quæ non assequor? Indistincta namq; fient, & confusa, quæ legero, & tuam quoq; impedient intentionem. Tunc alijs etiam, qui ibi aderant, compluribus idem comprobantibus, desiderantibusq;, accipit à me librum ueterem fidei spectatæ luculentè scriptum.*

Accipit autem inconstantißimo uultu & mœstißimo. Sed quid deinde dicam? Non audeo herclè postulare, ut id credatur mihi. Pueri in ludo rudes, si cum librū accepissent, non ij magis in legendo deridiculi fuissent: ita & sententias intercidebat, & uerba corruptè pronunciabat: Reddit igitur mihi librū multis iam ridentibus: Et uides, inquit, oculos meos ægros, aßiduisq; lucubrationibus propè iam perditos? Vix ipsos literarum apices potui comprehendere. Cùm ualebo ab oculis, reuise ad me, & librum istum tibi totum legam. Rectè, inquam, sit oculis magister tuis. Sed in quo illis nihil opus est, id rogo te dicas mihi, caninum prandium in hoc loco, quem legisti, quid significat? At ille egregius nebulo, quasi difficili quæstione perterritus, exurgit statim, & abiens: Non, inquit, paruam rem quæris: Talia ego gratis non doceo. Eius autem loci, in quo id

Vini genera.

prouerbium est, uerba hæc sunt: Non uides apud Mnestheum scribi, tria genera esse uini, nigrum, album, medium, quod uocant κίῤῥον, id est, giluum, nouum, uetus, medium: & efficere nigrum * uires, albū, uriuam, medium πέψιν: Nouum refrigerare, uetus calefacere, medium uerò esse prandium caninum. Quid significet prandium caninum, rem leuiculam diu & anxiè quæsiuimus. Prandium autem abstemium, in quo nihil uini potatur, caninum dicitur, quoniam canis uino caret. Cùm igitur medium uinum appellasset, quod neq; nouum

* uirus

Prandium caninum. Abstemiū.

nouum esset, neque uetus, & plerunque homines ita loquantur, ut omne uinum, aut nouum esse dicant, aut uetus: nullam uim habere significauit, neque noui, neque ueteris, quod medium esset. Idcircò pro uino non habendum, quia neque refrigeraret, neque calefaceret. Refrigerare id dicit, quod Græcè dicitur ἀναψύξαι. Refrigerare.

Efficere nigrum uirus.) Ita habent exemplaria, & legit hoc modo Erasmus: sed legendum esse, uires, non dubito, nam medici uno ore affirmant, nigro uino augeri uires.

A. GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII

LIBER XIIII.

DISERTATIO PHAVORINI PHILOSOPHI, aduersus eos, qui Chaldæi appellantur, & ex situ motibusque siderum & stellarum, fata se hominum dicturos pollicentur.

CAPVT I.



Duersum istos, qui sese Chaldæos seu Genethliacos appellant, ac de motu de'que positu stellarum dicere posse, quæ futura sunt, profitentur, audiuimus quondam Phauorinum philosophum Romæ Græcè disserentem egregia atque illu-

illustri oratione, exercēdi'ne aut ostendendi gratia ingenij, an quòd ita seriò iudicatoq; existimaret, non habeo dicere. Capita autem locorum argumentorumq;, quibus usus est, quóad eius meminisse potui, egressus ibi ex auditione properè annotaui: eaq; fuerūt ad hāc fermè sententiam: Disciplinam istam Chaldæorū tantæ uenustatis non esse, quantæ uideri uolunt. Neq; eos principes eius autoresq; esse, quos ipsi ferant, sed id præstigiarum atq; offuciarum genus commentos esse homines æruscatores, & cibum quæstumq; ex mendacijs captantes: atq; eos, quoniā uiderent terrena quædam inter homines sita, cœlestium rerum sensu atq; du ctu moueri, quale est, q Oceanus, quasi lunæ comes, cū ea simul senescit adolescitq;, hinc uidelicet sibi argumentum ad persuadendum parauisse, ut crederemus omnia rerum humanarum, & parua & maxima, tanquā stellis atq; sideribus euincta duci & regi. Esse autem nimis quàm ineptum absurdumq;, ut quoniā æstus Oceani cum lunæ curriculo congruit, negocium quoq; alicuius, quod ei fortè de aquæductu cum riualibus, aut de communi pariete cum uicino apud iudicem est, ut existimemus id negocium, quasi habena quadam de cœlo uinctum gubernari. Quod & si ui & ratione quapiam diuina fieri potest, nequaquam tamen id censebat in tam breui exiguoq; uitæ spacio, quantouis hominis ingenio comprehendi posse & percipi. Sed conie cta-

Id est, corrasores æris & pecuniæ, ęruscare enim significat ęra undique colligere, quo uocabulo Gellius noster anteà est usus.

Eiusdem riui assertoribus & uēdicatoribus.

*iectari pauca quædã, ut uerbo ipsius utar: παχυμερέστερον, nullo scientiarũ fundo cõcepta, sed fusa, & uaga, & arbitraria: qualis longinqua oculorũ acies est, per interualla media caligantiũ. Tolli enim quod maximum inter deos atq; homines differt, si homines quoq; res omneis post futuras prænoscerẽt. Ipsam deinde siderũ stellarũq; obseruationẽ, quã esse originẽ scientiæ suæ prædicarẽt, haudquaq̃ putabit liquidè consistere. Nã si principes Chaldæi, qui in patentibus cãpis colebant, stellarũ motus, et uias, et discessiones, et cœtus intuẽtes, quid ex ijs efficeretur obseruauerũt: procedat, inquit, hæc sanè disciplina, sed sub ea modò inclinatione cœli, sub qua tũc Chaldæi fuerunt. Non enim potest (inquit) ratio Chaldæorum obseruationis manere, si quis ea uti uelit sub diuersis cœli regionibus. Nam quanta, inquit, partium circulorumq; cœli, ex deuergentia & conuexionibus mundi uarietas sit, quis non uidet? Eædem igitur stellæ, per quas omnia diuina humanáq; * fieri contendunt, sicuti ne usquequaq; pruinas aut calores cient, sed mutant & uariant, tempestatesq; eodem in tempore alibi placidas, alibi uiolentas mouent: cur non euenta quoq; rerum, ac negociorum, alia efficiũt in Chaldæis, alia in Getulis, alia apud Danubium, alia apud Nilum? Per autem, inquit, inconsequens, ipsum quidem corpus, & habitum tam profundi aëris, sub alio atq; alio cœli curuamine non eundem mane-*

Crassius & indistinctius: siquidem Græcis παχὺς crassus dicitur & pinguis, & μέρος pars & distinctio, unde compositũ παχυμερῶς crassè distinctus.

* ferri

manere: in hominum autem negocijs stellas istas opinari idem semper ostendere, si eas ex quacunq; terra conspexeris. Praetereà mirabatur, id cuiq; pro praecepto liquere, stellas istas, quas à Chaldaeis & Babylonijs siue Aegyptijs obseruatas ferunt, quas multi erraticas Nigidius errones uocat, non esse plures quàm uulgò dicerentur. Posse enim fieri existimabat, ut & alij quidã planetae pari potestate essent, sine quibus recta atque perpetua obseruatio perfici non quiret, neque eos tamen cernere homines possent: propter exuberantiam, uel splendoris, uel altitudinis. Nam & quaedã, inquit, sidera è quibusdam terris conspiciuntur, earumq; terrarum hominibus nota sunt: sed eadẽ ipsa ex omni terra alia non uidentur, & sunt alijs omnino ignotissima. Atq; ut uidemus, inquit, et has tantummodò stellas, & ex una parte terrae obseruari debuisse: quae tandem finis obseruationis istius fuit, & quae tempora satis esse uisa sunt ad percipiẽdum, quid praemonstraret, aut coetus stellarum, aut circuitus, aut transitus? Nam si isto modo coepta fieri obseruatio est, ut animaduerteretur quo habitu, quaq; forma, quaq; positura stellarum aliquis nasceretur: tum deinceps ab ineunte uita, fortuna eius & mores, & ingenium, & circumstantia rerum negociorumq; & ad postremum finis etiam uitae spectaretur, eaq; omnia, ut usu uenerant, literis mandarentur: ac posteà longis temporibus, cùm ipsae illae

Stellę erraticae. Errones.

illæ eodem in loco, eodemq; habitu forent, eadem cæteris quoq; euentura existimarentur, qui eodem illo tempore nati fuissent: Si isto, inquit, modo obseruari cœptum est, exq; ea obseruatione composita quædam disciplina est: nullo id pacto potest procedere. Dicant enim quot tandem annis, uel potiùs quot seculis orbis hic obseruationis perfici quiuerit. Constare quippe inter astrologos dicebat, stellas istas, quas erraticas dicerent, quæ esse omnium rerum fatales dicerentur; infinito propè & innumerabili numero annorum ad eundem locum, cùm eodem habitu simul omnes profectæ sunt, regredi: ut neque ullus obseruationis tenor, neque memoriæ ulla effigies literarum tanto æuo potuerint edurare. Atque illud etiam cuiusmodi esset, considerandum putabat, quòd aliud stellarum agmen foret, quo primùm tempore conciperetur homo in utero matris: aliud posteà, cùm in decem mensibus proximis in lucem ederetur. Quærebatq;, quî cōueniret, diuersam super eodem fieri demonstrationem, si, ut ipsi putarent, alius atque alius earundem stellarum situs atq; ductus, alias atq; alias fortunas daret? Sed & nuptiarum tempore, ex quibus liberi quærerentur, atq; ipso etiam illo maris atq; fœminæ coitu, iam declarari oportere dicebat, certo quodam & necessario stellarum ordine, quales, qualiq; fortuna homines gignerentur, ac multo etiam antè, quàm pater ipse

atq;

atq; mater nascerentur, ex eorum genitura debuisse iam tum prospici, qui'nam olim futuri essent, quos ij creaturi forent, & suprà longè atq; longè per infinitum: ut si disciplina ista fundamento aliquo ueritatis nixa est, centesimo usq; ab hinc seculo, uel magis primo cœli atq; mūdi exordio, atq; inde iā deinceps cōtinua significatione, quoties generis autores eiusdem homines nascerentur, stellæ istæ præmonstrare debuerint, qualis, qualiq; fato futurus sit quisquis hodiè natus est. Quo aūt, inquit, pacto credi potest, uniuscuiusque stellarum formæ & positionis sortem atq; fortunam, uni omnino homini certam destinatam'que esse? eamq; formam post longissima seculorum spacia restitui, si uitæ fortunarumq; eiusdem hominis indicia, in tam breuibus interuallis per singulos maiorū eius gradus, perq; infinitum successionum ordinem, tam sæpè ac tam multipliciter, eadem ipsa non eadem stellarum facie denotantur? Quòd si id fieri potest, eaq; diuersitas atque uarietas admittitur, per omneis antiquitatis gradus, ad significanda eorum hominum, qui post nascentur, exordia: imparilitas hæc turbat obseruationem, omnisq; ratio disciplinæ confunditur. Iam uerò id minimè ferendum esse censebat, quòd non modò casus & euenta, quæ euenirent extrinsecus, sed consilia quoq; hominum ipsa, & arbitria, & uarias uoluntates, appetitionesq;, & declinationes, & fortuitos repenti-

Arbitrii libertatem defendit.

*pentinosq; in leuißimis rebus animorum impetus recessusq; moueri agitariq; desuper è cœlo putarent: tanquàm si fortè ire in balneas uolueris, ac deinde nolueris, atque id rursum uolueris, non ex aliqua dispari uariaq; animi agitatione, sed ex necessaria quadam errantium siderum reciprocatione contigerit: ut planè homines, non quod dicitur, λογικὰ ζῶα, sed ludicra & ridenda quædam * νευρόσπαστα esse uideantur, si nihil sua sponte, nihil arbitratu suo faciunt, sed à ducentibus stellis & aurigantibus. Ac si, inquit, potuisse prædici affirmant, Pyrrhus'ne rex, an Manius Curius prælio uicturus esset: cur tandem non de alea quoque, ac de calculis & alueolo audeant dicere, quis'nam ibi ludentium uincat? An uidelicet magna sciunt, parua nesciũt? & minora maioribus imperceptiora sunt? Sed si magnitudines rerum sibi uindicant, magisq; esse perspicuas & faciliùs comprehendi posse dicunt: uolo, inquit, mihi respondeãt, quid in hac totius mundi contẽplatione præstantis naturæ operibus, in tam paruis atque breuibus negocijs fortunisq; hominum magnũ putent? Atque id uelim etiam, inquit, ut respondeant, si tam paruum atq; rapidum est momentum temporis, in quo homo nascens fatum accipit, ut in eodem illo puncto, sub eodẽ circulo cœli, plures simul ad eandẽ competẽtiam nasci non queant: & si idcircò gemini quoq; non eadem uitæ sorte sunt, quoniam non eodem tempo*

*Cælius Neurospasta legit lib. 4. cap. 6. Id est, in funibus ambulatia, νεῦρον funis siue neruus est.

Calculis, scilicet quibus suffragia dabant.

*ris puncto êditi sunt: peto, inquit, respōdeant, cursum illum temporis transuolantis, qui uix cogitatione animi comprehendi potest, quo nam pacto aut consulto assequi queant, aut ipsi perspicere & deprehendere: quum in tam præcipiti dierum noctiumq; uertigine, minima momenta ingentes facere dicant mutationes? Ad postremum autē, & quid esset, quod aduersum hoc dici posset, requirebat, quòd homines utriusq; sexus, omnium ætatū diuersis stellarum motibus in uitam êditi, regionibus sub quibus geniti sunt, longè distātibus, omnes tamen isti, aut hiantibus terris, aut labētibus tectis, aut oppidorū expugnationibus, aut eadem in naui fluctu obruti, eodē genere mortis, eodemq; ictu temporis interirent? Quod scilicet, inquit, nunq̄ eueniret, si momenta nascēdi singulis attributa, suas unūquodq; leges haberent. Quòd si quædā, inquit, in hominū morte atq; uita, etiam diuersis temporibus êditorum, per stellarum pares quosdam posteà conuentus, paria nonnulla & consimilia posse dicuntur obtingere: cur non aliquādo poßint omnia quoq; paria usu uenire, ut existant per huiuscemodi stellarum concursiones & similitudines Socrates simul & * Antisthenes, & Platones multi, genere, forma, ingenio, moribus, uita omni, & morte pari? quod nequaq̄, inquit, prorsus fieri potest. Non igitur hac caussa probè uti queunt aduersum hominum impares ortus, interitus pares. Illud autem cōdona*

* Aristones

donare se ijs dicebat, quòd non id quoq; requirerent, si uitæ mortisq́; hominum, rerumq́; humanarum omnium tempus, & ratio, & caussa in cœlo & apud stellas foret, quid de muscis, aut uermiculis, aut echinis multisq; alijs minutißimis, terra mari'que animantibus dicerent? An ista quoq; ijsdem, quibus homines, legibus nascerentur, ijsdemq́; itidem extinguerentur, ut aut ranunculis quoq;, & culicibus nascendi fata sint de cœlestium siderum motibus attributa: aut, si id non putarent, nulla ratio uideretur, cur ea siderum uis in hominibus ualeret, deficeret in cæteris? Hæc nos ficta, & incondita, & propemodùm ieiuna oratione attigimus: At Phauorinus (ut hominis ingenium fuit, utq; Græcæ facundiæ copia simul & uenustas) latiùs ea, & amœniùs, & splendidiùs, & profluentiùs exequebatur. Atque identidem commonebat, ut caueremus, nequà nobis isti syncophantæ ad faciendam fidem irreperent, quòd uiderentur quædam interdum uera effutire aut spargere. Non enim comprehensa, inquit, neque definita, neq; percepta dicunt, sed lubrica atq; ambagiosa coniectatione nitentes, inter falsa atque uera pedetentim quasi per tenebras ingredientes eunt. Et aut multa tentando, incidunt repentè imprudentes in ueritatem: aut ipsorum qui eos consulunt, multa credulitate ducente, perueniunt callidè ad ea quæ uera sunt, & idcircò uidentur in præteritis rebus quàm futuris

ueritatem facilius imitari. Ista tamen omnia, quæ aut temerè aut astutè uera dicunt, præ cæteris, inquit, quæ mentiuntur, pars ea non fit * millesima. Hæc autē, quæ dicentē Phauorinum audiuimus, multa etiam nemini poëtarum ueterum testimonia confirmare, quibus huiuscemodi ambages fallaciosæ confutantur: ex quibus est Pacuuianum illud:

* Sunt qui legant multesima: referētes ad quātitionem, πολλοσημόριον.

Nam si qui, quæ euentura sunt, præuideant,
Aequiparent Ioui. Item Accianum illud:
Nihil, inquit, credo auguribus, qui aures uerbis di
Alienas, suas ut auro locupletēt domos. (uitāt

Item Phauorinus deterrere uolens, & depellere adolescentes à genthliacis istis, & quibusdam alijs id genus, qui prodigiosis artibus futura omnia dicturos pollicentur, nullo pacto adeundos esse consulendosq; huiuscemodi argumētis cōcludebat: Aut aduersa, inquit, euentura dicunt, aut prospera. Si dicunt prospera & fallunt, miser fies frustra expectādo: si aduersa dicunt & mentiuntur, miser fies frustra timendo. Si uera respondent, eaq; sunt nō prospera: iam inde ex animo miser fies, antequam è fato fias. Si felicia promittūt, eaq; euentura sunt: tum planè duo erūt incommoda, & expectatio te spei suspensum fatigabit, & futurum gaudij fructum spes tibi iam defloruerit. Nullo igitur pacto utendum est istiusmodi hominibus, res futuras præsagientibus.

Prognostici non sunt cōsulendi.

Gene

Genethliacos.) Quòd hominum genituras spectent, atq; eas quidē motibus siderū ea accommodent, ut inde quid homini recēns nato per totam uitam accidere debeat, audacter pronuncient. Id quod nominis ratio indicat: siquidem γενέθλιον natalicium dicitur, unde genethliaci uocātur. Iustinianus princeps id hominū genus superstitiosum Mathematicos uulgari uocabulo appellat, ubi hac arte, ut abominabili, interdicit, mandans ne quis Mathematicum consulat. Si quis autem Mathematicum consuluerit, capitis ei pœna denunciatur. De hac re consule Augustinum lib. de religione Christiana.

Offuciarū genus.) Offucias superstitiosas fraudes & artificiosas intelligit, quas Græci ab arte technas uocāt, nimirū q̄d fucus fiat, id est, deceptio illis qui credūt.

Cum Lunę curriculo.) Quod tamen lunæ ui accidere Picus Mirandula libro aduersus Astrologiam tertio negat: & si maximè eius ui contingere fateretur, non tamen inde inferri dicit posse, ut in alijs quoq; rebus inter stellas & res ipsas sit consensus, in qua quæstione est occupatus totus Pici tertius liber, ubi & istæc Phauorini argumenta citantur.

Quantouis ingenio.) Quod & testatur Astrologorum princeps Ptolomæus, addens, nihil planè certi prædici posse, ex astris de rebus particularibus, hoc enim concessum tātùm esse diuino numine afflatis, id est, prophetis. Sunt hæc apud Ptolomæum lib. 1.

Momenta nascendi.) Ex hoc loco astrologorum mira controuersia est, adeò ut hæc ipsa dissensio satis indicet, nihil firmum in hac professione esse. Siquidē alij considerant horā conceptionis infantis, atq; hi, qui hodiè fabulantur de id generis nugis, ipsam nascēdi horā, atq; ipsum in hanc lucem emergendi momentū ex utero materno potissimùm inspiciūt, atq; inde stulticię suę argumenta produnt. Ptolomæus certè huius factionis princeps, quanquàm nonnihil tribuit natiuitati, conceptioni tamen mauult adhærere.

QVEMADMODVM DISSERVIT PHAuorinus, consultus à me super officio iudicis.

CAPVT II.

QVo primùm tempore à Prætoribus lectus in iudicẽ ſum, ut iudicia, quæ appellantur priuata, ſuſciperem, libros utriuſque linguæ de officio iudicis ſcriptos conquiſiui: ut homo adoleſcens, à poëtarum fabulis, & à rhetorum epilogis, ad iudicandas lites uocatus, rem iudiciariam, quoniam uocis (ut dicitur) uiuæ nimia penuria erat, ex mutis, quod aiunt, magiſtris cognoſcerem. Atq; in rerũ quidem diffuſionibus, comperendinationibus, & alijs quibuſdam legitimis in rebus, ex ipſa lege Iulia, & ex Sabini Maſurij, & ex quorundam aliorum iuriſperitorum cõmentarijs commoniti & adminiculati ſumus. In ijs autem, quæ exiſtere ſolent, negociorum ambagibus, & in ancipiti rationum diuerſarum circunſtantia, nihil quicquam nos huiuſcemodi libri iuuerunt. Nam etſi conſilia iudicibus ex præſentium cauſſarum ſtatu capienda ſunt, generalia tamen quædam præmonita & præcepta ſunt, quibus ante cauſſam præmuniri iudex præparari que ad incertos caſus futurarum difficultatum debeat: ſicut illa mihi tunc accidit inexplicabilis reperiendæ ſentẽtiæ ambiguitas. Petebatur apud me pecunia, quæ dicebatur data numerataq;: ſed qui petebat, neq; tabulis, neq; teſtibus id factum docebat, & argumentis admodùm exilibus nitebatur. Sed eum cõſtabat uirũ eſſe fermè bonum, notæq; & expertæ fidei, & uitæ inculpatiſſi-

Quæ, ut ait Fabius, longè plenius alit illis, quę in libris, id eſt, mutis magiſtris legeris.

patißimæ, multaq́; & illustria exempla probitatis syn ceritatisq́; eius expromebantur. Illum autem, unde pe tebatur, hominē esse non bonæ rei, uitaq́; turpi & sor dida, conuictumq́; uulgò in mendacijs, plenumq́; esse perfidiarum & fraudum ostendebatur. Is tamen cum suis multis patronis clamitabat, probari apud me debe re pecuniam datam consuctis modis expensi latione, mēsæ rationibus, chirographi exhibitione, tabularum obsignatione, testiū intercessione. Ex quibus omnibus si nulla re probaretur, dimitti * iam sanè oportere, & aduersarium de calumnia damnari. Quod de utriusq; autem uita atq; factis diceretur, frustra id fieri atq; di ci. Rem enim de petenda pecunia apud iudicem priua tum agi, non apud CENS. de moribus. Tunc ibi amici mei, quos rogaueram in cōsilium, uiri exercitati, atq; in patrocinijs, & in operis fori celebres, semperq́; se circùm undique distrahentibus caußis festinantes, non sedendum diutiùs, ac nihil esse dubium dicebant, quin absoluendus foret, quem accepisse pecuniā illam nulla probatione solenni docebatur. Sed enim ego homines cùm considerabam, alterum fidei, alterum probri ple- num spurcißimæq; uitæ ac defamatißimæ, nequaquàm adduci potui ad absoluendum. Iußi igitur diem * dif- fundi, atque indè à subsellijs pergo ire ad Phauori- num philosophum, quem meo tempore Romæ pluri- mū sectabar: ac de hominibus, quæ apud me dicta fue-

*id se opor tere,

Id est, con- sueta.

*Ang. Poli. diffindi le- git.

rant, uti res erat, narro omnia: ac peto, ut & ipsum illud, in quo hærebam, & cætera etiam, quæ obseruanda mihi forent in officio iudicis, faceret me, ut earum rerũ essem prudẽtior. Tum Phauorinus, religione illa cunctationis & solicitudinis nostræ comprobata: Id quidem, inquit, super quo nunc deliberas, uideri potest specie tenui paruaq; esse: sed si de omni quoq; officio iudicis præire tibi me uis, nequaquam est uel loci huius uel tẽporis. Est enim disceptatio ista multiiugæ, & sinuosæ quæstionis, multaq; & anxia cura & circumspiciẽtia indigens. Namq; (ut pauca tibi nunc quæstionum capita attingam) iam omnium primum hoc de iudicis officio quæritur: Si iudex fortè id sciat, super qua re apud eum litigatur: eáque res uni ei priùs, quàm ei cœpta, aut in iudicium deducta sit, ex alio quodam negocio, casúque aliquo cogoita liquidò, & comperta sit, neque id tamen in agenda caussa probatur, oporteat'ne eum secundùm ea, quæ sciẽs uenit iudicare, an secundùm ea quæ aguntur. Id etiam, inquit, quæri solet, an deceat atq; cõueniat, iudicij caußa iam cognita, si facultas esse uideatur componendi negocij, officio paulisper iudicis dilato, communis amicitiæ & quasi pacificatoris partes recipere. Atque illud amplius ambigi ac dubitari scio, debeat'ne iudex inter cognoscendum, ea, quæ dicto quæsitoq; opus est, dicere & quærere, cuius si etiam ea dici quæriq; interest. neque

Id est, uiam & uelut formam iudicãdi dictare.

Officia iudicis dubia.

neq; dicat,neq; postulet.Patrocinari enim prorsus hoc esse aiunt,non iudicare.Præter hæc super ea quoq; re dissentitur,an ex usu exq; officio sit iudicis,rem caussamq;,de qua cognoscit, interlocutionibus suis ita exprimere consignareq;,ut ante sententiæ tempus ex ijs, quæ apud eum in præsens confusè uarieq; dicuntur, perinde ut quo'que in loco ac tempore mouetur,signa & indicia faciat motus atq; sensus sui.Nã qui iudices, inquit,acres,atq; celebres uidentur,non aliter existimãt rem,qua de agitur,indagari cõprehendiq; posse: nisi is,qui iudicat,crebris interrogationibus necessarijsq; interlocutionibus & suos sensus aperiat, & litigantium deprehendat.Contrà autẽ, qui sedatiores & grauiores putantur,negant iudicem debere ante sentẽtiam, dum caußa utrinq; agitatur,quoties aliqua re proposita motus est, toties significare quid sentiat. Euenturum enim aiunt,ut quia pro uarietate propositionum argumẽtorumq; alius atq; alius motus animi patiendus est,aliter atq; aliter eadẽ in caussa,eodemq; in tempore sentire,& interloqui uideatur.Sed de his, inquit,& cæteris huiuscemodi iudicialis officij tractatibus,& nos posthàc,cùm erit ocium,dicere,quid sentiamus,conabimur: & præcepta Aelij Tuberonis super officio iudicis,quæ nuperrimè legi,recensebimus. Quod autem ad pecuniam pertinet,quam apud iudicẽ peti dixisti,suadeo herclè tibi,utare M.Catonis pru-

dentißimi uiri consilio, qui in oratione, quam pro L. Turio contra Cn. Gelliũ dixit, ita esse moribus maiorũ traditum obseruatũq; ait, ut si quid inter duos actum est, neq; tabulis, neq; testibus planum fieri poßit: tum apud iudicem, qui de ea re cognosceret, uter ex ijs uir melior esset, quæreretur. Et si pares eßẽt, seu boni pariter, seu mali, tum illi, unde petitur, crederetur, ac secundùm eum iudicaretur. In hac autẽ caussa, de qua tu ambigis, optimus est, qui petit: unde petitur, deterrimus: & res est inter duos acta sine testibus. Eas igitur, & credas ei, qui petit: condemnesq; eũ, de quo petitur: quoniam, sicuti dicis, duo pares non sunt, & qui petit, melior est. Hoc quidẽ mihi tum Phauorinus, ut uirum philosophum decuit, suasit. Sed maius ego altiusq; id esse existimaui, q̃ quod meæ ætati & mediocritati conueniret, ut cognouisse, & condemnasse de moribus, nõ de probationibus rei gestæ uiderer: ut absoluerem tamen, inducere in animũ nõ quiui: & propterea iuraui, mihi non liquere, atq; ita iudicatu illo solutus sum. Verba ex oratione M. Catonis, cuius cõmeminit Phauorinus, hæc sunt: Atq; ego ex maioribus memoria sic accepi: si quis quid alter ab altero peteret, si ambo pares essent, siue boni, siue mali essent, quòd duo res gessissent uti testes nõ interessent, illi unde petitur, ei potiùs credendum esse. Nũc si sponsionẽ fecisset Gellius cum Turio, ni uir melior esset Gellius quàm Turius, nemo, opinor,

opinor, tam insanus esset, qui iudicaret meliorem esse Gellium quàm Turium. Si non melior est Gellius Turio, potius oportet credi unde petitur.

In rerum diffusionibus.) Angel. Pol. lib. Miscellaneorum locum hunc corrigendo, contendit legendum esse ad hunc modum: Atq; in dierũ quidẽ diffisionibus, comperendinationibusq; hoc potissimùm argumẽto, q in uetustissimo codice Gelliano sic inuenerit: tum quoque quòd in Archetypis Pandectarũ iuris ciuilis legatur, diẽ nõ diffundi, sed diffindi, citatq; uerba Vlpia. li. 2. Digest. Titul. Si qui cautionibus, &c. ca. 2 quibus Vlpia. diem iudicij iubet esse diffissum. Quid autẽ sibi uelit Diem diffindere, & dies diffissus, omnino tacuit: credo quòd animo nihil quadrãs consequi potuerit. Propterea Gulielmus Budæus in Annot. in Pandect. iuris ciuilis, ait, se minimè Politiano assentiri, idq; persuadere sibi dicit uerba Titi Liuij, quæ sunt lib. nono hęc: Papyrius dictator Iunium Bubulcum magistrum equitum dixit, atq; ei legẽ Curiatam de imperio ferenti, triste omen, diem diffudit, id est, procrastinauit. Ex hoc Liuij loco coniicere facile possumus, diffusionibus legendum. Sunt autem tria pronunciandi genera. Aut enim dies effundebatur, id est, res in posterũ diẽ reiiciebatur: aut cõperendinabatur, id est, in tertium diem differebatur: aut iudex nõ liquere pronunciabat, quod & amplius pronunciare dicebat.

Comperendinationibus.) Id est, prolationibus in tertium diem, qui perendinus dicitur.

A subsellijs.) Asconius Pædi. in Diuinationem Ciceronis scribẽs: Subsellia, inquit, sunt tribunorum, trium uirorum, quæstorum, & huiusmodi minora iudicia exercentium, qui non in sellis curulibus, nec tribunalibus, sed in subsellijs considebant.

Circumspicientia.) Id est, animaduersione, nouè dixit Gellius. In libro Digestorum, Titulo de Officio præsidis hæc habentur: Veritas rerum (inquit Vlpianus) erroribus gestorum non uiciatur: & ideò Præses prouinciæ id sequatur, quod conuenit eum ex fide eorum, quæ

probam

probatur, sequi. Ex quibus uerbis iurisconsulti recentiores colligunt, semper pronunciandum esse nõ iuxta ea, quæ forte iudex cognita habeat, sed quæ apud eum probentur: quanquã Bartholus distinctionem quandam eo loco inserit, ut hæc uerba legis locum tantùm habeant in arbitrarijs caussis, non etiam contentiosis. Arbitrarias autem & uoluntarias Accursius dicit esse adoptiones, manumissiones, nuptiarũ, atq; id genus alias.

Capita.) Sũma quæq; negocia in aliqua re dicuntur.

Si sponsionem fecisset.) Sponsio genus erat actionis apud antiquos, cui similis erat apud Atheniẽses παρακαταβολή, id est depositio certæ pecuniæ. Prouocãs igitur spõsione aduersariũ, dicebatur sponsionẽ facere, dicebat'q; apud magistratum. Spondeo me tantam pecuniam daturum, ni uir honestus fuero, uel tale quidam.

AN AEMVLI INFENSI'QVE INTERSESE fuerint Xenophon & Plato.

CAPVT III.

Platonis & Xenophontis æmulatio

QVi de Xenophõtis Platonisq; uita & moribus pleraq; omnia exquisitißimè scripsère, nõ ab fuisse ab eis motus quosdam tacitos & occultos simultatis æmulationisq; mutuæ putauêre: & eius rei argumenta quædam cõiectatoriè ex eorum scriptis protulerunt. Ea sunt profectò huiuscemodi, quòd neq; à Platone in tot numero libris mentio usquam facta sit Xenophontis, neq; item contrà ab eo Platonis, in suis libris: quanquàm uterq;, ac maximè Plato cõplurium Socratis sectatorum in sermonibus, quos scripsit, commeminerit. Id etiam esse non syncerae neq; amicæ uolũtatis indicium crediderunt, quòd Xenophon inclyto illi operi Platonis, quod De optimo statu Republicæ

ciui-

ciuitatisq; administrandæ scriptũ est, lectis ex eo duobus ferè libris, qui primi in uulgus exierant, opposuit contrà, conscripsitq; diuersum regiæ administrationis genus, quod παιδείας κύρου *inscriptum est.* Eo *facto scriptoq; eius, usq; adeò permotũ esse* Platonẽ *ferunt, ut quodam in libro mentione* Cyri *regis habita, retractãdi leuandiq; eius operis gratia uirum quidem* Cyrũ *nauum & strenuũ fuisse dixerit,* παιδείας δ' οὐκ ὀρθῶς ἧφθαι τὸ παράπαν. *Hæc enim uerba sunt de* Cyro Platonis. *Prætereà putãt id quoq; ad ista, quæ dixi, accedere, quòd* Xenophon *in libris, quos dictorũ atq; factorum* Socratis *commentarios composuit, negat* Socratẽ *de cœli atq; naturæ causis rationibusq; unquam disputauisse: ac ne disciplinas quidam cæteras, quæ* μαθήματα *Græci appellãt, quæ ad benè beateq; uiuendũ non pertinerent, aut attigisse, aut comprobasse.* Idcircoq; *turpiter eos mentiri dicit, qui disertationes istiusmodi* Socrati *attribuerent.* Hæc *autem, inquiunt,* Xenophon, *cùm scripsit,* Platonẽ *uidelicet notat, in cuius libris* Socrates *de* Physica, & Musica, & Geometria *disserit. Sed enim de uiris optimis & grauißimis, si credendum hoc aut suspicandum fuit, caussam equidem esse arbitror non obtrectationis, neq; inuidiæ, neq; de gloria maiore parienda certationis.* Hæc *enim procul à moribus philosophiæ absunt in quibus illi duo omniũ iudicio excelluerunt. Quæ igitur est istius opinionis ratio?*

Parilitas ingeniorum æmulationem parit.

ratio? Hæc profectò est, æquiparatio ipsa plerunque & parilitas uirtutum inter se similiū, etiam si contentionis studium & uoluntas abest, speciem tamen æmulationis creat. Nam cùm ingenia quædam magna duorum pluriumúe, in eiusdem rei studio illustrium, aut pari sunt fama, aut proxima: oritur apud diuersos fautores eorum industriæ laudisq; æstimandæ contentio. Tum posteà ex alieno certamine ad eos quoque ipsos contagium certationis adspirat: cursusq; eorum ad + eandem uirtutis calcem pergentium, quando est compar uel ambiguus, in æmulandi suspiciones nō suo, sed fauentium studio delabitur. Proinde igitur & Xenophon, & Plato Socraticæ amœnitatis duo lumina, certare æmulariq; inter sese existimati sunt, quia de ijs apud alios, uter esset exuperantior, certabatur: & quia duæ eminentiæ, quum simul iunctæ in arduum nituntur, simulachrum quoddam cōtentionis æmulæ pariunt.

* eandem uirtutis callem

QVOD APTE CHRYSIPPVS ET GRAphicè imaginē Iusticiæ modulis coloribusq; uerborum depinxit.

CAPVT IIII.

Chrysippus

Condignè me herclè & condecorè Chrysippus in librorum, qui inscribūtur περὶ καλȣ̃ καὶ ἡδονῆς primo, os & oculos Iusticiæ uultumq; eius seueris atq; uenerādis uerborum coloribus depinxit. Facit quippe imaginem Iusticiæ, fieriq; solitā esse dicit à pictoribus,

Iusticiæ imago.

Rhe-

Rhetoribusq; antiquioribus, ad hunc fermè modum: Forma atq; filo uirginali, aspectu uehementi, & formidabili, luminibus oculorum acribus, neque humilis, neque atrocis, sed reuerendæ cuiusdam tristiciæ dignitate. Ex imaginis autẽ istius significatione intelligi uoluit iudicem, qui iusticiæ antistes est, oportere esse grauem, sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem, contraq; improbos nocentesq; immisericordem atque inexorabilem, erectumq; & arduum, ac potentem, ui & maiestate æquitatis ueritatisq; terrificũ. Verba ipsa Chrysippi de Iusticia scripta hæc sunt: Aequitatis id est, interioris interpretationis legum.

παρθένος δὲ εἶναι λέγεται, καὶ σύμβολον τοῦ ἀδιαφθόρου εἶναι, καὶ μηδαμῶς ἐνδιδόναι τοῖς κακούργοις. μὴ δὲ προσίεσθαι, μήτε τοὺς ἐπιεικεῖς λόγους, μήτε παραίτησιν, καὶ δέησιν, μήτε κολακείαν, μήτε ἄλλο μηδὲν τῶν τοιούτων. οἷς ἀκολούθως, καὶ σκυθρωπὴ γράφεται, καὶ συνεστηκὸς ἔχουσα τὸ πρόσωπον, καὶ ἔντονον, καὶ δεδορκὸς βλέπουσα ὥστε τοῖς μὲν ἀδίκοις φόβον ἐμποιεῖν. τοῖς δὲ δικαίοις θάρσος. τοῖς μὲν ὡς πρὸς φίλους ὄντος τοῦ τοιούτου προσώπου. τοῖς δὲ ἑτέροις προσάντους. Hæc uerba Chrysippi eò etiam magis ponenda existimaui, ut prompta atque exposita ad considerandum iudicandumq; sint. Quoniam legentibus nobis ea delicatiores quidam disciplinarum philosophi, Seuiciæ imaginem istam esse, non Iusticiæ dixerunt.

Virgi

Virginali filo). Virgo autem esse dicitur secundùm signi interpretationem, quòd incorrupta esse debet, & nequaquam concedat maleficis, neq; admittere blādos sermones, uel deprecationes, & laudē uel adulationem, uel aliud huiusmodi, quibus iure sequitur ut tristis pingatur, & constantem habens uultū, & intentum, & acutum cernens, ut iniquis terrorem iniiciat, iustis autem confidentiam & fiduciam.

LIS ATQVE CONTENTIO GRAMMATICORUM Romæ illustrium, enarrata super casu uocatiuo uocabuli, quod est Egregius.

CAPVT V.

DEfessus ego quōdam ex diutina cōmentatione, laxandi leuādiq; animi gratia, in Agrippæ cāpo deambulabam: Atque ibi duos fortè Grammaticos conspicatus, non parui in urbe Roma nominis, certationi eorū acerrimæ adfui, cùm alter in casu uocatiuo, Vir egregi, *dicendum contēderet: Alter,* Vir egregie. *Ratio autem eius, qui Egregi oportere dici censebat, huiuscemodi fuit: Quæcunque inquit, nomina, seu uocabula, recto casu, numero singulari, us, syllaba finiuntur, in quibus ante ultimā syllabā posita est, i, litera, ea omnia casu uocatiuo, i, litera terminantur, ut Cælius Cæli, Modius modi, Tertius terti, Accius Acci, Titius Titi, & similia omnia. Sic igitur Egregius, quoniam us syllaba in casu nominandi finitur, eamq; syllabam præcedit, i, litera, habere debebit in casu uocandi, i, literam extremam: & idcirco egregi, non egregie, rectius dicetur. Nam Diuus, & Riuus, & Cliuus, nō us syllaba*

Egregius

terminantur, sed ea quæ per duo, u, scribenda est. Propter *cuius syllabæ sonum declarandum, reperta erat noua litera,* F, *quæ digamma appellabatur.* Hoc *ubi illæ alter audiuit:* O, *inquit, egregie grāmatice, uel si id mauis, egregiissime, dic oro te:* Inscius & Impius, & Sobrius, & Ebrius, & Proprius, & Propitius, & Anxius, & Contrarius, *quæ us, syllaba finiūtur, in quibus ante ultimam syllabam, i, litera est, quē casum uocandi habēt: me enim pudor & uerecundia tenet pronunciare ea secundùm tuam definitionem.* Sed *cùm ille paulisper oppositu horum uocabulorū commotus reticuisset, & mox tamen se collegisset, eandemq; illam quàm definierat regulā retineret & propugnaret, diceretq;:* & Proprium, & Propitium, & Anxium, & Contrarium, *itidem in casu uocatiuo dicendum, quia &* Aduersarius & Extrarius *ita diceretur: inscium quoq; & impium, & ebrium, & sobrium, insolentiùs quidem paulò, sed rectiùs per, i, literam, non per e, in casu eodem pronunciandum: eaq; inter eos contentio cùm longiùs duceretur, non arbitratus ego operæprecium esse, eadem hæc ista diutiùs audire, clamantes compugnantesq; illos reliqui.* Digamma.

CVIVSMODI SINT QVAE SPECIEM doctrinarū habeant, sed neq; delectent, neq; utilia sint. Atq; inibi de uocabulis singularū urbium regionumq; immutatis.

CAPVT VI.

HOmo nobis familiaris in literarum cultu non ignobilis, magnamq; ætatis partem in libris uersatus: Adiutum, inquit, ornatumq; uolo ire Noctes tuas: & simul dat mihi librum grandi uolumine, doctrinis omnigenis (ut ipse dicebat) præscatentẽ, quem elaboratum sibi esse ait ex multis & uarijs & remotis lectionibus, ut ex eo sumerem quantum liberet rerum memoria dignarum. Accipio cupidus, & libẽs, tanquã si copiæ cornu nactus essem, & recondo me penitus, ut sine arbitris legam. Atq; scripta erant, prò Iupiter mera miracula; quo nomine fuerit, qui primus Grammaticus appellatus est, & quot fuerint Pythagoræ nobiles, quot Hyppocrates, & cuiusmodi Homerus dicat in Vlyßis domo σειρῆνες. Quam ob caussam Telemachus cubans, iunctum sibi cubantem Pisistratum, non manu attigerit, sed pedis ictu excitarit. εὐρήκλεια Telemachum quo genere claustri incluserit: & quapropter idem Poëta rosam non norit, oleum ex rosa norit. Atq; illud etiam scriptum fuit, quæ nomina fuerint sociorũ Vlyßis, qui à Scylla rapti laceratiq; sunt: utrum ἐν τῇ ἔσω θαλάσσῃ Vlysses errauerit κατὰ ἀρίσαρχον, an ἐν τῇ ἔξω κατὰ κράτητα. Id etiã istic scriptũ fuit, qui sint apud Homerũ uersus ἰσόψηφοι, & quorum ibi nominum reperiatur παραστιχίς: & quis adeò uersus sit, qui per singula uocabula singulis syllabis increscat: ac deinde qua ratione dicit singulas pecu-

Plato i Cratylo tradit primũ Grãmaticas obseruationes fecisse Homerum, atq; eundem orthographię rationẽ prę scripsisse.

Eiusdẽ sententię. pares & q idẽ uarijs locis ualent & repetuntur.

pecudes, in singulos annos terna parere: & ex quinq; operimētis, quibus Achillis clypeus munitus est, quod factum ex auro est, summum sit an medium: & praetereà quibus urbibus regionibusq; uocabula iam mutata sint: quòd Bœotia antè appellata fuerit Aonia: quòd Aegyptus Aëria dicta est: quòd Creta eodem quoque nomine Aëria dicta est: quòd Attica ἀκτὴ, & Acta apud Poëtam: quòd Corinthus, Ephyre: quòd Macedonis ora, ἠμαθία: quòd Thessalia, αἱμονία: quòd Tyrus, Sarra: quòd Thracia antè Sithon dicta sit: quòd Seston ποσειδώνιον. Haec atq; item alia multa istiusmodi scripta in eo libro fuerant. Quem cum statim properans redderem, ὄναιό σου, inquam doctißime uirorum, ταύτης τῆς πολυμαθίας, & librum hunc opulentißimū recipe, nil prorsus ad nostras paupertinas literas congruentem. Nam meae Noctes, quas instructum ornatumq; isti, de uno maximè illo uersu Homeri quaerunt, quem Socrates prae omnibus semper rebus sibi esse cordi dicebat: Neptunum. Prosciat tibi. Id est, haec uaria eruditione. Odyss. Δ.

ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ᾽ ἀγαθόν τε τέτυκται.

Quot fuerint Pythagorae.) De octo Pythagoris meminit Laërtius in uita Pythagorae philosophi.

Quot Hippocrates.) Septem recenset Iohannes Capnion in praefatione Hippocratis de praeparatione hominis ad Ptolemaeum regem, qui omnes eiusdem familiae medici clarissimi extitêre.

παραστιχίς.) Id est, quae uocabula colligantur ex capitalibus literis uersuum apud Homerum.

QVOD M. VARRO CN. POMPEIO Consuli primùm designato commentarium dedit, quem appellauit ipse Isagogicum de officio Sanatus habĕdi.

CAPVT VII.

CN. Pompeio Cõsulatus primus cũ Marco Crasso designatus est. Eum magistratũ Pompeius cùm initurus foret, quoniam per militiæ tempora, Senatus habendi consulendiq; rerum expers humanarum fuit, M. Varronem familiarem suum rogauit: uti commentariũ faceret εἰσαγωγικὸν (sic enim Varro ipse appellabat) ex quo disceret, quid facere dicereq; deberet, cùm Senatum consuleret. Eum librum commentarium, quẽ super ea re Pompeio fecerat, perisse. Varro ait in literis, quas ad Oppianũ dedit, quæ sunt in libro Epistolicarum quæstionum IIII. In quibus literis, quoniã quæ antè scripserat, non comparebant, docet rursum multa ad eam rem * ducentia. Primùm ibi ponit, q fuerint, p quos more maiorũ senatus haberi soleret, eosq; nominat: Dictatores, Consules, Prætores, Trib. Pleb. Interregem, Præfect. urbis: neq; alij, præter hos, ius fuisse dixit facere senatusconsultum: quotiesq; usu uenisset, ut omnes isti magistratus eodem tempore Romæ essent, tũ quo suprà ordine scripti essent, qui eorũ prior alijs esset, ei potißimũ senatus cõsulẽdi ius fuisse. Addit deinde, extraordinario iure Tribunos quoq; militares, qui pro Consulibus fuissent: Item Decẽuiros, quibus imperium cõsulare tum eßet: item Triumuiros

* conducentia.

Reip. constituendæ caussa creatos, ius consulẽdi Senatum habuiße. Posteà scribit de intercesßiõibus dicitq́; intercedẽdi, ne senatusconsult. fieret, ius fuisse ijs solis, qui eadem potestate, qua ij, qui senatusconsult. facere uellent, minoresúe essent. Tum adscripsit de locis, in quibus senatúsconsultum fieri iure posset, docuit cõfirmauitq́;, nisi in loco per Aug. constituto, quod tẽplum appellaretur, senatusconsul. factum esset, iustũ id non fuisse: propterea & in curia Hostilia, & in Pompeia, & posteà in Iulia cùm profana ea loca fuissent, tẽpla esse per Aug. constituta, ut in ijs senatusconsulta more maiorũ iusta fieri possent. Inter quæ id quoq; scriptũ reliquit, nõ omneis ædes sacra templa esse: ac ne ædem quidem Vestæ templum esse. Pòst hæc deinceps dicit senatusconsul. ante exortum aut post occasum solẽ factum, ratum non fuisse: opus etiam censorium feciße existimatos, per quos eo tempore senatuscons. factum esset. Docet deinde inibi multa, quibus diebus haberi senatũ ius non sit: immolareq́; hostiã priùs, auspicariq́; debere, qui Senatum habiturus esset. De rebus quoque diuinis priùs, q̃ humanis, ad Senatum referendum esse. Tum porrò referri oportere, aut infinitè: de Repub. aut de singulis rebus finitè: Senatusq́; cõs. fieri duobus modis, aut per discesßionem, si consentiretur: aut si res dubia esset, per singulorum sententias exquisitas: singulos autem debere consuli gradatim. Incipitq́; à con-

Aug. id est, augures.
Templum.

sulari gradu, ex quo gradu semper quidē anteà primū rogari solitum, qui princeps in Senatum lectus esset. Tum autem, cùm hæc scriberet, nouum morē institutum refert, per ambitionem gratiamq;, ut is primus rogaretur, quem rogare uellet, qui haberet Senatum, dum is tamen ex gradu consulari esset. Præter hæc de pignore quoq; capiendo disserit, deq; mulcta dicenda Senatori, qui cùm in Senatum uenire deberet, non adesset. Hæc & alia quædam id genus in libro, quo suprà dixi M. Varro in epistola ad Oppianum scripta execu tus est. Sed quod ait: senatusconsultum duobus modis fieri solere, aut conquisitis sententijs, aut per discessionem: parum conuenire uidetur cum eo, quod Atteius Capito in Coniectaneis scriptum reliquit. Nam in libro ducētesimo quinquagesimo nono, Tuberonem di cere ait: nullum senatusconsultum fieri posse, non discessione facta: quia in omnibus senatusconsultis, etiam in ijs, quæ per relationē fierent, discessio esset necessaria: idq; ipse Capito uerum esse affirmat. Sed de hac omni re, alio in locò pleniùs accuratiusq; nos memini scribere.

QVAESITVM ESSE, DISSENSVMQVE an præfectus Latinarum caussa creatus, ius senatus con uocandi consulendiq; habeat.

CAPVT VIII.

PRæfectum urbi Latinarū caussa relictū, senatum habere posse Mutius negat, quoniam ne Senator

quidem

quidem sit, neq; ius habeat sententiæ dicendæ: quum ex ea ætate præfectus fiat, quæ nō sit senatoria. M. autem Varro in quarto epistolicarum quæstionū, & Atteius Capito in Coniectaneorum ducentesimo quinquagesimo nono, ius esse præfecti senatus habendi dicūt. Deq; ea re assensum esse Capitonem Tuberoni contra sententiam Mutij refert. Nanq; & Tribunis (inquit) plebis senatus habendi ius erat, quanquam senatores non essent ante Atinium plebiscitum.

A. GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII

LIBER XV.

QVOD IN Q. CLAVDII ANNALIBVS scriptum est: Lignum alumine illitum non ardere.

CAPVT I.



Eclamauerat Antonius Iulianus Rhetor, præterquàm semper aliâs, tum uerò nimium quàm delectabiliter & feliciter. Sūt enim fermè scholasticæ istæ declamatiōes, eiusdem hominis, eiusdemq; facundiæ, nō eiusdem tamen quotidiè felicitatis. Nos ergo familiares eius circumfusi undiq;, eum prosequebamur domum: cùm deinde subeuntes mōtem Cispium, conspicimus insulam quādam occupatā igni, multis Ant. Iulianus. Cispi' mōs.

multis arduisq; tabulatis êditam, & propinqua iam omnia flagrare uasto incendio: tum quispiam ibi ex comitibus Iuliani: Magni, inquit, reditus urbanorũ prædiorum, sed pericula sunt longè maxima: Si quid autẽ posset remedij fore ut ne tam aßiduè domus Romæ arderent, uenum herclè dedissem res rusticas, & urbicas emissem. Atqui illi Iulianus, læta (ut mos eius fuit) inter fabulãdum uenustate: Si Annalẽ, inquit, undeuigesimũ Q. Claudij legisses, optimi & syncerißimi scriptoris, docuisset te profectò Archelaus regis Mithridatis præfectus, qua medela quaq; solertia ignem defenderes, ut ne ulla tua ædificatio è ligno correpta atque insinuata flãmis arderet. Percõtatus ego sum, quid esset illud mirũ Quadrigarij. Repetit: In eo igitur libro scriptum inueni, cùm oppugnaret L. Sylla in terra Attica Pyræum, & contrà Archelaus regis Mithridatis præfectus ex eo oppido propugnaret, turrim ligneam defendẽdi gratia structam, cùm ex omni latere circũplexa igni foret, ardere non quisse, quòd ab Archelao alumine oblita fuisse. Verba Quadrigarij ex eo libro hæc sunt: Tum Sylla conatus est, & tempore magno eduxit copias, ut Archelaĩ turrim unam, quam ille interposuit, ligneã incẽderet. Venit, accessit, ligna subdidit, submouit Græcos, ignem admouit: satis sunt diu conati, nunquàm quiuerunt incendere: ita Archelaus omnem materiam obliuerat alumine: quod Sylla atq; milites

Aluminis uis ignem depellit.

milites mirabantur. Et postquàm non succendit, reducit copias.

QVOD PLATO IN LIBRIS, QVOS DE Legibus cõposuit, largiores lætioresq; in conuiuijs inuitatiunculas uini non inutiles esse existimauerit.

CAPVT II.

EX insula Creta quispiam ætatem Athenis agens, Platonicum eßse se philosophum dicebat, & uiderier gestiebat. Erat autẽ *nihili homo & nugator, atq; in Græcæ facundiæ gloria iactabundus, prætereà uini libidine adusq; ludibria ebriosus.* Is *in conuiuijs iuuenum, quæ agitare Athenis hebdomadibus lunæ solenne nobis fuit, simulatq; modus epulis factus, & utiles delectabilesq; sermones cœperant, tum silentio ad audiendum petito, loqui cœptabat.* Atq; id genus *uili & incondita uerborum caterua, hortabatur omnes ad bibendum.* Idq; *se facere ex decreto* Platonico *prædicabat, tanquam* Plato *in libris, quos de legibus composuit, laudes ebrietatis copiosißimè scripsisset, utilemq; eam esse bonis ac fortibus uiris cẽsuisset. Ac simul inter eiusmodi orationem, crebris & ingẽtibus poculis omne ingenium ingurgitabat, fomitem eßse quendã dicens, & incitabulum ingenij uirtutisq;, si mens & corpus hominis uino flagraret:* Sed enim *Plato* in I. & in II. *de Legibus, non(ut ille nebulo opinabatur)ebrietatem istam turpißimam, quæ labefacere & minuere hominum mẽtes solet, laudauit: sed hanc largiorem paulò,*

Ebriosus philosopha ster.

Id est, q̃ter in mẽse, septimo quoque die, etenim luna q̃tuor septenarijs cursum suũ cõficit.

Ebrietas q̃lis à Platone laudetur.

lò, iucundioremq; uini inuitationẽ, quæ fieret sub quibusdam quasi arbitris & magistris conuiuiorum sobrijs, nõ improbauit. Nam & modicis honestisq; inter bibendum remißiõibus refici integrariq; animos, ad instaurãda sobrietatis officia existimauit: redditq; eos sensim lætiores, atq; ad intentiones rursus capiendas fieri habiliores. Et simul si qui penitùs in ijs affectionum cupiditatumq; errores inessent, quos aliquis pudor reuerens concelaret: ea omnia sine graui periculo, libertate per uinum data detegi, & ad corrigendum medendumq; fieri opportuniora. Atq; etiã hoc Plato ibidem dicit, non defugiendas esse neq; respuendas huiuscemodi exhortationes, aduersum propulsandam uini uiolentiam. Neq; ullum unquam continentem prorsus ac temperantem satis fideliter uisum eße, cuius uita, uictusq; non inter ipsa errorum pericula, & in medijs uoluptatum illecebris explorata sit. Nam cui Libentiæ Gratiæq; omnes conuiuiorum incognitæ sint, quiq; illarum omnino expers sit, si eum fortè ad participandas eiusmodi uoluptates aut uoluntas tulerit, aut casus induxerit, aut neceßitas compulerit, deliniri plerunq; & capi, neq; mentem animumq; eius consistere, sed ui quadam noua ictum labascere. Congrediendum igitur censuit, & tanquam in acie quadam cum uoluptarijs rebus, cumq; ista uini licentia cominùs decernendum, ut aduersum eas non fuga simus tuti, nec abstinentia,

Libentiæ.

stinentia, sed uigore animi & constanti præsentia, moderatoq; usu temperantiam continentiamq; tueamur: & calefacto simul refotoq; animo, si quid in eo uel frigidæ tristitiæ, uel torpentis uerecundiæ fuerit, diluamus.

QVID M. CICERO DE PARTICVLA ista Au, senserit scripserit'q;, quæ præposita est uerbis aufugio & aufero: & an in uerbo autumo eadem ista hæc præpositio esse uideri debeat.

CAPVT III.

Legimus librũ Ciceronis, qui inscriptus est Orator. *In eo libro Cicero cùm dixisset uerba hæc: Aufugio, & Aufero, composita quædam esse ex præpositiõe Ab, & ex uerbis Fugio & Fero: sed eam præpositionem, quò fieret uox pronunciatu audituq; lenior, uersam mutatamq; esse in Au syllabam, cœptumq; esse dici Aufugio & Aufero, pro Absugio & Abfero. Cùm hæc, inquam, ita dixisset, tum posteà ibidem super eadẽ particula ita scripsit: Hæc, inquit, præpositio præter hæc duo uerba, nullo alio in uerbo reperietur. Inuenimus autem in commentario Nigidiano, uerbũ Autumo cõpositum ex Ab præpositiõe, & uerbo æstumo: dictũq; intercise Autumo, quasi ab æstumo quod significaret totum æstumo, tanquàm abnumero. Sed (quod sit cum honore multo dictum P. Nigidij hominis eruditißimi) audacius hoc argutiusq; esse uidetur, quàm uerius. Autumo enim non solùm significat,* Aufugio. Aufero. Autumo.

sed

sed & dico, & opinor, & censeo: cum quibus uerbis præpositio ista neq; cohærentia uocis, neq; significatione sententiæ cõuenit. Præterea uir acerrimæ in studio literarum licentiæ M. Tullius *non sola esse hæc duo uerba dixißet, si reperiri poßet ullum tertiũ.* Sed *illud magis quæri inspicitq; dignum est, uersa'ne sit & mutata* Ab *præpositio, in* Au *syllabã, propter lenitatem uocis: an potiùs* Au *particula sua sit propria origine: & * proinde, ut pleraque aliæ præpositiones à* Græcis, *ita hæc quoq; inde accepta sit: sicuti est in illo uersu* Homeri:

Au particula.
* perinde

αὐέλυσαν μὲν πρῶτα, καὶ ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν,
καὶ ἄβρομοι αὐίαχοι.

HISTORIA DE VENTIDIO BASSO ignobili homine, quem primum de Parthis triumphasse memoriæ traditum est.

CAPVT IIII.

IN *sermonibus nuper fuit seniorum hominũ & eruditorum, multos in uetere memoria altißimũ dignitatis gradum ascendisse ignobilißimos priùs homines & despicatißimos:* Nihil adeò *tamen de quoquam tantæ admirationi fuit, quantæ fuerunt quæ de* Ventidio Basso *scripta sunt.* Eum Picentem *fuisse genere, & loco humili: & matrem eius à* Pompeio Strabone, Pompeij Magni *patre, bello sociali, quo* Asculanos *subegit, captã cum ipso esse.* Mox *triumphante* Pompeio Strabone, *eum quoq; puerum inter cæteros ante currum*

Ventidius Bassus.

Im-

Imperatoris sinu matris uectum esse. Pòst cùm adoleuisset, uictum sibi ægrè quæsisse, eumq; sordidè inuenisse comparandis mulis & uehiculis magistratibus, qui sortiti prouincias forent, præbenda publicè coduxisse. In isto quæstu notum esse cœpisse C. Cæsari, & cum eo profectũ esse in Gallias. Tum quia in ea prouincia satis nauiter uersatus esset, & deinceps ciuili bello mandata sibi pleraq; impigrè & strennuè fecisset: non modò in amicitiam Cæsaris, sed ex ea in amplißimum quoq; ordinem peruenisse. Mox Tribunum quoq; plebis, ac deinde Prætorem creatum: atq; in eo tempore iudicatum esse à senatu hostem cum M. Antonio. Pòst uerò coniunctis partibus, non pristinam tantùm dignitatem recuperasse, sed pontificatum, ac deinde cõsulatum quoq; adeptum esse. Eamq; rem tam intoleranter tulisse Pop. Rom. qui Ventidium Bassum meminerat curandis mulis uictitasse, ut uulgò per uias uerbis uersiculi proscriberentur:

Concurrite omnes augures, aruspices,
Portentum inusitatum conflatum est recens,
Nam mulos qui fricabat, Consul factus est.

Eundem Bassum Suetonium Tranquillus præpositum esse à M. Antonio prouincijs Orientalibus, Parthosq; in Syriam introrumpentes, tribus ab eo prælijs fusos scribit, eumq; primũ omnium de Parthis triumphasse, & morte obita publico funere sepultum esse.

Ver-

VERBA PROFLIGO A PLERISQVE dici impropriè inscitéq́.

CAPVT V.

Sicut alia uerba pleraq́; ignoratione & inscitia improbè dicentium, quæ non intelligant, deflexa ac deprauata sunt à ratione recta & consuetudine: ita huius quoq́; uerbi quod est Profligo significatio uersa & corrupta est. Nam quum ab affligendo, & ad perniciem interitumq́; deducēdo, inclinatum id tractumq́; sit: semperq́; eo uerbo, qui diligenter locuti sunt, ita usi sint, ut profligare dicerent prodigere & deperdere, profligatasq́; res quasi proflictas & perditas appellarint: nunc audio ædificia & templa, & alia ferè multa, quæ propè absoluta affectaq́; sunt, in profligato esse dici, ipsaq́; esse iam profligata. Quapropter urbanißimè respondisse Prætorem non indoctum uirum barbatulo cuidam ex aduocatorum turba, Sulpitius Apollinaris in quadā epistola scriptum reliquit. Nam cùm ille, inquit, tabula audaculus ita postulasset, uerbaq́; ita fecisset: Omnia uir clarißime negocia, de quibus te cogniturum esse hodiè dixisti, diligentia & uelocitate tua profligata sunt: unum id solùm relictum est, de quo rogo audias. Tum Prætor satis ridiculè: An illa negocia, de quibus iam cognouisse me dicis, profligata sint, equidem nescio. Hoc autem negocium quod in te incidit, proculdubiò, siue id audiam, siue nō audiam, profligatum est. Quod significare autem uolunt,

Profligo.

sunt, qui profligatum dicunt, ij qui Latinè locuti sunt, non profligatum, sed affectum dixerunt, sicut M. Cicero in oratione, quam habuit de Prouincijs consularibus. Eius uerba hæc sunt: Bellum affectũ uidemus, & , uerè ut dicam, penè confectum. Item infrà. Nam ipse Cæsar, quid est, quod in prouincia commemorari uelit, nisi ut ea, quæ per eum affecta sunt, perfecta Reipublicæ tradat? Idem Cicero in Oeconomico: Cùm uerò affecta iam propè æstate, uuas à sole mitescere tempus est. Affectum.

IN LIBRO M. CICERONIS DE GLORIA secundo, manifestè est erratum in ea parte, in qua scriptum est super Hectore & Aiace.

CAPUT VI.

IN lib. M. Tullij, qui est secundus de Gloria, manifestus error est non magnæ rei. Quem errorem esse possit cognoscere non aliquis eruditorum, sed qui tantùm legerit ὁμήρου τ' η. Quamobrem non tam id mirabamur, errasse in eam rem M. Tullium, quàm non esse animaduersum hoc posteà, correctumq́; uel ab ipso, uel à Tyrone liberto eius diligẽtissimo homine, & librorũ patroni sui studiosissimo. Ita enim scriptum in eo libro est apud eundem Poëtam: Aiax cum Hectore congrediens depugnandi caussa, agit ut sepeliatur, si sit fortè uictus: declaratq́; se uelle, ut suum tumulum multis etiam pòst seculis prætereuntes, sic loquantur: Ciceronis error.

Hic

Hic situs est, uitæ iampridem lumina linquens,
Qui quondam Hectoreo perculsus concidit ense.
Fabitur hoc aliquis, mea semper gloria uiuet.

Huius autem sentētiæ uersus, quos Cicero in linguam Latinam uertit, non Aiax apud Homerum dicit, neq; Aiax agit ut sepeliatur: sed Hector dicit, & Hector de sepultura agit priùs, quàm sciat, an secum depugnandi caussa congressurus sit Aiax:

ἀνδρὸς μὲν τόδε σῆμα πάλαι κατατεθνειῶτος
ὅν ποτ᾽ ἀριστεύοντα κατέκτανε φαίδιμος ἕκτωρ.
ὥς ποτέ τις ἐρέει, τὸ δ᾽ ἐμὸν κλέος οὔποτ᾽ ὀλεῖται.

Manifestus error.) M: Tullius in epistolis ad Atticũ ingenuè fatetur, id genus memoriæ errores non semel commissos: uerùm deprecatur crimẽ uel culpam potiùs hoc potissimũ nomine, quòd altissimis philosophiæ cõtemplationibus & reipublicæ curis occupatus, non quiuerit se ad adminicula hæc demittere. cuiusmodi errorẽ apud Ciceronem eundem libro de Diuinatione secundo, Politianus obseruauit in Miscellaneis capite quinquagesimotertio, quòd uidelicet Agamemnonem Homericum, pro Vlysse nominet.

Ἀνδρός μὲν τόδε.) Id est, uiri quidẽ est hoc monimentum olim demortui, quem quondam fortiter pugnantem occidit illustris Hector. Sic olim quispiam dicet, aut hæc mea gloria nunquam peribit.

OBSERVATVM ESSE IN SENIBVS, quòd annum ferè ætatis tertium & sexagesimum agãt, aut laboribus, aut interitu, aut clade aliqua insignitum: atq; inibi super eadem obseruatiõe exemplum appositum epistolæ diui Augusti ad Caium Nepotem.

CAPVT VII.

Ann° lxiij. climacteri.

OBseruatum in multa hominũ memoria, expertumq;

tumq; est in senioribus plerisq; omnibus sexagesimum tertium uitæ annum cum periculo & clade aliqua uenire, aut corporis, morbiq; grauioris, aut uitæ interitus, aut animi ægritudinis. Propterea qui rerum uerborumq; istiusmodi studio tenētur, eum ætatis annum appellant κλιμακτηρικόν. *Nocte quoq; ista proxima superiore, cùm librum epistolarum* D. *Augusti, quas ad Caium Nepotem suum scripsit, legeremus, duceremurq; elegantia orationis, neq; morosa, neq; anxia, sed facili herclè, & simplici: idipsum in quadam epistola super eodem anno scriptum offendimus.* Eiusq; *epistolæ exemplum hoc est:* IX. Calen. *Octobres:* Aue mi *Cai, meus ocellus iucundissimus, quem semper mediusfidius desidero, cùm à me abes: sed præcipuè diebus talibus, qualis est hodiernus, oculi mei requirunt meum Caium, quem (ubicunque hoc die fuisti) spero lætum & beneualentem celebrasse quartum & sexagesimum natalem meum. Nam, ut uides,* κλιμακτῆρα *communem seniorum omniū tertium & sexagesimum annum euasimus. Deos autem oro, ut mihi quantumcumq; superest temporis, id saluis nobis traducere liceat, in statu Reipub. felicissimo* ἀνδραγαθούντων ὑμῶν, καὶ διαδεχομένων.

cus, id est. scalarius.

Meus ocellus.) Quæ uehementer chara habemus, ea oculorū exprimimus nomine, propterea quòd nobilissimus omnium sensuum sit oculus: ac propterea homini charissimus. Catullus in epigrammate quodā, indicans suum non uulgarem erga quendam amorem, sic, inquit:

Ni te oculis plus meis amarem.

ἀνδραγαθούντων ὑμῶν, καὶ διαδεχομένων.) Probè agentibus uobis, & succedentibus scilicet mihi in imperio.

LOCVS EX ORATIONE PHAVORINI ueteris oratoris, de cœnarum atq; luxuriæ exprobratione: qua usus est, cùm legem Liciniam de sumptu minuendo suasit.

CAPVT VIII.

Cum legeremus orationem ueterem Phauorini, non indiserti uiri: quam orationem totã, ut meminisse possemus, odio esse herclè istiusmodi sumptus atque uictus perdidicimus. Verba quæ apposuimus Phauorini, hæc sunt: Præfecti popinæ atque luxuriæ negant cœnam lautam esse, nisi quum libétissimè edis, tum auferatur, & alia esca melior atque amplior succenturietur. Is nunc flos cœnæ habeatur inter istos, quibus sumptus & fastidium pro facetijs procedit. Qui negant ullam auem, præter ficedulam, totam comesse oportere. Cæterarum auium atque altilium, nisi tantum apponatur, ut à cluniculis inferiori parte saturi fiant, conuiuium putant inopia sordere. Superiorem partem auium atque altilium qui edunt, eos palatum non habere. Si proportione crescit luxuria, & debere epulas crescere. Videte quid relinquitur, nisi ut delibari sibi cœnas iubeant; ne edendo defatigentur: quando stratus auro, argento, purpura, amplior aliquot hominibus, quàm dijs immortalibus adornantur.

Phauorinus in luxũ epularum. Popina est officina lauticiarũ uel culina. Id est, subijcietur uelut ad numerũ centuriarũ, translatione sumpta à re militari.

Præ-

Præter ficedulam.) Ficedulę apud Pli. li. 10. ca. 19. auiculæ sunt, quæ formam simul coloremq́ mutant, adeò ut nomen ficedularum non nisi autumno habeant. Postea enim μελανκόρυφη, nimirùm à uerticis nigrore, Significat enim Græcis μέλαν nigrum, & κορυφή uertex.

QVOD CAECILIVS POETA FRONtem genere uirili, non poëticè, sed cum probatione & cum analogia appellauit.

CAPVT IX.

Verè ac disertè Cæcil. hoc in subditicio scripsit: Nam ij sunt inimici pessimi fronte hilaro, Corde tristi: quos neq; ut apprehendas, neque ut mittas, scias. Hos ergo uersus, *cùm de quodam istiusmodi homine sermones essent, in circulo fortè iuuenum eruditorũ dixi.* Tum de Grammaticorũ *uulgo quispiam nobiscum ibi assistens, non sanè ignobilis: Quanta, inquit, licentia audaciaq; Cæcilius hic fuit, cùm* Fronte *hilaro, non* Fronte *hilara dixit, & tam immanem solœcismum nihil ueritus est.* Imo, *inquam, potiùs nos & quàm audaces & quàm licentes sumus, qui* Frontem *improbè indocteq; non uirili genere dicimus: quum & ratio proportionis, quæ analogia appellatur, & ueterum autoritas, non hanc, sed hunc frontem debere dici suadeant: Quippe* M. Cato *in quinta* Originum, *ita scripsit:* Postridie *signis collatis, æquo fronte, peditatu, equitibus, atque alijs; cum hostium legionibus* pu-

pugnauit. Recto *quoq; fronte idem Cato, eodem in libro dicit. At ille semidoctus Grammaticus: Missas, inquit, autoritates facias, quas quidem ut habeas, posse fieri puto: sed rationem dic, quam non habes.* Atq; ego *his eius uerbis, ut tum ferebat ætas, irritatior :* Audi, *inquam mi magister rationem falsam quidē, sed quam redarguere falsam esse, tu non queas:* Omnia, *inquam, uocabula tribus literis finita, quibus* Frons *finitur, generis masculini sunt, si in genitiuo quoq; casu eadem syllaba finiantur, ut mons, pons, frons. At ille contrà renitens:* Audi, *inquit, discipule plura alia consimilia, quæ non sint generis masculini.* Petebant *ibi omnes, ut uel unum statim diceret.* Sed *cùm homo uultum intorqueret, & non hisceret, coloresq; mutaret, tum ego intercessi: Et uade, inquam, nunc, & habeto ad requirendum* XXX. *dies.* Postquàm *inueneris, repetes nos.* Atque *ita hominem nulli rei, ad indagandum uocabulum, quo rescinderet finitionem fictam, dimisimus.*

Per hyperbolen, id est traiectionē uocis sic M. Tullius traduxit.

Rescindere.) Est exautorare. Translatio sumpta est ab hortulanis, qui quidē plantātes, superflua rescindūt.

DE VOLVNTARIO ET ADMIRANdo interitu uirginum Milesiarum.

CAPVT X.

Plutarchus *in librorum, quos* περὶ ψυχῆς *inscripsit primo, cū de morbis dissereret in animos hominum incidētibus, uirgines dixit* Milesij *nominis, ferme*

Miletus urbs est illu

mē quot tum in ea ciuitate erant, repentè sine ulla eui denti caussa, uoluntatem cœpisse obeundæ mortis, ac deinde plurimas uitam suspendio amisisse. Id cùm acciderct in dies crebrius, neq; animis earum mori perseuerantium medicina adhiberi quiret: decreuisse Milesios, ut uirgines, quæ corporibus suspensis demortuæ forent, ut eæ omnes nudæ cum eodē laqueo, qui essent præuinctæ, efferrentur. Post id decretum, uirgines uoluntariam mortem non petisse, pudore solo deterritas tam inhonesti funeris.

Stris ipsius Cariæ regionis in Ionibus sitæ, ut testatur Stephanus. Milesiæ uirgines.

VERBA SENATVSCONSVLTI DE EXIgēdis urbe Roma philosophis: item uerba edicti Cens. quo improbati & coërciti sunt, qui disciplinam Rhetoricam instituere & exercere Romæ cœperant.

CAPVT XI.

CAio Fannio Strabone, M. Valerio Messala COSS. senatusconsultum de philosophis & rhetoribus latinis factum est. M. Pomponius Præt. senat. cōsuluit, quòd uerba facta sunt de philosophis, & rhe toribus, de ea re ita censuerunt, ut M. Pomponius Prætor animaduerteret, curaretq; (uti ei è Reip. fideq; sua uideretur) uti Romæ ne essent. Aliquot deinde annis post id senatusconsultum, Cn. Domitius Aenobarbus, & L. Licinius Crassus censores de coërcendis rhetoribus Latinis ita edixerunt: Renunciatum est nobis esse homines, qui nouum genus disciplinæ instituerunt, ad quos iuuentus in ludum conueniat: eos sibi nomen im-

posuisse Latinos rhetoras. Ibi homines adolescentulos dies toto desidere. Maiores nostri, qui liberos suos discere, & quos in ludos itare uellent, instituerunt. Hæc noua, quæ præter consuetudinem ac morem maiorum fiunt, neq; placent, neq; recta uidentur. Quapropter & ijs, qui eos ludos habent, & ijs, qui eò uenire consueuerunt, uisum est faciundum, ut ostenderemus nostram sententiam, nobis non placere. Neq; illis solùm temporibus nimis rudibus, necdum Græca doctrina expolitis, philosophi ex urbe Roma pulsi sunt, uerùm etiam Domitiano imperante, senatusc. eiecti, atq; urbe & Italia interdicti sunt. Qua tempestate Epictetus quoq; philosophus propter id senatusconsultum, Roma decessit.

Philosophi rhetoresq; urbe eiecti.

Epictetus philosoph⁹

LOCVS EX ORATIONE GRACCHI de parsimonia ac de pudicitia sua memoratissimus.

CAPVT XII.

CAius Gracchus cùm ex Sardinia rediјt, orationem ad populum in concione habuit. Ea uerba sunt hæc: Versatus sum, inquit, in prouincia, quomodò ex usu uestro existimabam esse, non quomodò ambitioni meæ conducere arbitrabar, nulla apud me fuit popina, neq; pueri eximia facie stabãt: sed in cõuiuio liberi uestri modestiùs erant, quàm apud principẽ. Pòst deinde hæc dicit: Ita uersatus sum in prouincia, ut nemo posset uerè dicere, assem aut eo plus in muneribus me

Pocillatores intellige, qualis apud poëtas celebratur Gany-

me accepisse, aut mea opera quempiam sumptum fecisse. Biennium enim fui in prouincia, si ulla meretrix domum meam introiuit, aut cuiusquàm seruulus propter me solicitatus est, omnium nationum postremissimum nequissimum'que existimato. Cum à seruis eorum tam castè me habuerim, inde poteritis considerare, quomodo me putetis cum liberis uestris uixisse, atque ibi ex interuallo. Itaque, inquit, Quirites cùm Roma profectus, zonas quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli. Alij uini amphoras, quas plenas tulerunt, eas argento plenas domum reportauerunt.

medes ab aquila raptus, ut loui pocula subministraret.

Ex interuallo, id est, paulopòst.

Postremissimum.) Superlatiuum à superlatiuo fecit, & est Archaismus, id est, obscurum, quoties antiquum aliquid in orationem conspergitur, sicut anteà dixit, nulli rei, pro nullius rei.

DE VERBIS INOPINATIS, QVAE utroq; uersum dicuntur, & à Grammaticis communia uocantur.

CAPVT XIII.

VTor, & uereor, & hortor, & consolor, communia uerba sunt, ac dici utroque uersum possunt, uereor te, & uereor abs te, id est, tu me uereris: utor te, & utor abs te, id est, tu me uteris: hortor te, & hortor abs te, id est, tu me hortaris: consolor te, & consolor abs te, id est, tu me consolaris. Testor quoq; & interpretor, significatione reciproca dicun-

Communia uerba multa.

tur. Sunt autem uerba hæc omnia ex altera parte inusitata: & an dicta sint in eam quoq; partem quæri solet, Afranius in consobrinis:

* bisco Hem * iste parentum est uitabilis liberis,
Vbi malunt metui, quàm uereri se à suis.

Hic Vereri ex ea parte dictum est, quæ est non usitatior. Nouius in Ligararta Licinaria, uerbum quod est Vtitur, ex contraria parte dicit: Quia suppellex multa, quæ non utitur, emitur tamen, id est, quæ usui non est. M. Cato in quinta Origine: Exercitum, inquit, suum pransum paratum, cohortatum eduxit foras, atq; instruxit. Consolor quoque in partem alteram, prætérquàm dici solitum est, in epistola Q. Metelli, quam cùm in exilio esset, ad Cn. & ad L. Domitios dedit: Ac cùm animum, inquit, uestrum erga me uideo, uehementer consolor, & fides, uirtusq; uestra mihi ante oculos uersatur. Testata itidem & interpretata, eadem ratione dixit M. Tullius in primo libro de Diuinatione, ut Testor, Interpretorq; uerba communia uideri debeant. Sallustius quoque eodem modo, Dilargitis proscriptorum bonis, dicit: tanquàm uerbum Largior sit ex uerbis communibus. Veritum autem sicut Pudi-

Veritū impersonaliter. tum, & Pigitum, non personaliter per infinitum modum dictum esse, nòn à uetustioribus tātùm uidemus, sed à M. quoq; Tullio in secundo de Finibus. Primùm, inquit, Aristippi Cyrenaicorumq; omnium, quos non

est

est ueritū in ea uoluptate, quæ maxima dulcedine sensum moueret, summum bonum ponere. Dignor quoq;, & Veneror, & Confiteor, & Testor, habita sunt in uerbis communibus, sicut illa in Vergilio dicta sunt:

Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo. Et:

Cursusq; dabit uenerata sacerdos.

Confeßi autem æris, de quo facta confeßio est in XII. tabulis scriptum est his uerbis: Aeris confeßi, rebusq; iudicatis XXX. dies iusti sunto. Itē ex ijsdem tabulis id quoq; est: Quæ si erit testatior, libripēs ue fuerit, in testimonium feriatur, improbus, intestabilisq; esto. Pensator stipis ponderandæ. Posthac ei testimonio nihil credatur.

QVOD METELLVS NVMIDICVS FIguram orationis nouam ex orationibus Græcis mutuatus est.

CAPVT XIIII.

Apud Q. Metellum Numidicum, in lib. Accusationis in Val. Messalam tertio, nouè dictū esse annotauimus. Verba ex oratione eius hæc sunt: Cùm se sciret in tantū crimen uenisse, atq; socios ad senatū quæstum flētes uenisse, sese maximas pecunias exactos esse. Pecunias se maximas exactos, id nobis uidebatur Græca figura dictum. Græci enim dicunt, εἰσεπράξατό με ἀργύριον. Id significat, exegit me pecuniam. Quòd si id dici potest, etiam exactus esse aliquis pecuniam dici potest. Cælius quoq; eadem figura in Hypobolimeo Aeschino usus uidetur: Id est, subdititio uel suppositiтio.

Ego illud minus nihilo exigor portorium.

Id est, nihilò minus exigitur de me portorium.

ἐισεπράξατό με.) Exegit me argentum, id est, extorsit mihi pecuniam. Solent Græci crebrò uti accusatiuo pro dandi casu.

Portoriū.) Vectigal quod penditur à nautis in portu.

PASSIS VELIS, ET PASSIS MANIBUS dixisse ueteres, non à uerbo suo, quod est Patior, sed ab alieno, quod est Pando.

CAPVT XV.

Passum à Pando.

AB eo quod est Pādo, Passum ueteres dixerūt, non Pansum, & cum præpositione Expassum, non Expansum. Cæcilius in Synaristusis:

Expassum.

Heri uerò prospexisse eum se ex tegulis,
Hæc nunciasse, & flammeum expassum domi.

Capillo quoq; esse mulier passo dicitur, quasi porrecto, & expāso. Et paßis manibus, & uelis paßis dicimus, quod significat diductis atq; distētis. Itaq; Plautus in milite glorioso, a, litera in, e, mutata, p cōpositi uocabuli morē, dispeßis dicit, pro eo quod est, Dispaßis:

Dispessis.

Credo ego isthoc exemplo tibi esse eundum extra
Portam, dispeßis manibus, patibulū cùm habebis.

Synaristusis.) Comprandentibus, simul prandentibus, est enim inscriptio Græca à σύν præpositione, & ἀρισ῀ω quod est prandeo.

Flammeum.) Id est, linteum flammei coloris, dicuntur enim flammea uestimenta, colore flammas imitātia.

A litera in e.) Solet enim, a, in declinationibus & cōpositionibus plerunq; transire in e, ut ago egi, frango fregi, atq; id genus alia.

DE NOVO GENERE INTERITVS Crotoniensis Milonis.

ÇA-

CAPVT XVI.

Milo Crotonienſis athleta illuſtris, quẽ in Chronicis ſcriptum eſt † Olympiade prima coronatum eſſe, exitus habuit uitæ miſerandum & mirandũ. Cùm iam natu grandis artẽ athleticã didiciſſet, iterq́; faceret fortè ſolis in locis Italiæ ſylueſtribus, quercum uidit proximè uiã, patulis in parte media ramis hiantem. Tum experiri (credo) etiam tunc uolens, an ullæ ſibi reliquæ uires adeſſent, immiſſis in cauernas arboris digitis, diducere & reſcindere quercum conatus eſt. Ac mediam quidem partẽ diſcidit diuellitq́;. Quercus autem in duas diducta partes, cùm ille quaſi perfecto, quod erat connixus, manus laxaſſet, ceſſante ui, redijt in naturam, manibusq́; eius retentis incluſisq́;, ſtricta denuò & cohæſa dilacerandum hominem feris præbuit.

Id eſt, obſeruationibus temporum.

Id eſt, omiſiſſet & reliquiſſet.

Hiſtoria eſt ſcripta apud Valerium Maxim. De mortib⁹ nõ uulgaribus.

† Prima Olympiade.) Locus hic non caret mendo, teſte Camerte in annot. ad Solinũ. Fuit enim Milo Crotoniẽſis temporibus Tarquinij Superbi, ut teſtatur Solinus ca. 4. & Gellius infra li. 17. ca. 21. quem conſtat principatum iniſſe anno 4. Olympiadis 61.

Prima Olympiade.) Id eſt, primo certamine, quod quinto quoq; anno tum primũm celebrandum eſt inſtitutum. Vnde & quinquennale tempus Olympiadis nomine poſteà ab autoribus deſignari ſolitũ eſt, per quas & Græci numerabant.

QVAM OB CAVSAM NOBILES PVeri Athenienſium tibijs canere deſierint, cùm patrium iſtum morem canendi haberent.

CAPVT XVII.

Alcibia-

Alcibiades. ALcibiades Atheniensis, quum apud auunculum Periclē puer artibus ac disciplinis liberalibus erudiretur, & arceßi Pericles Antigenidam tibicinem iußisset, ut eum canere tibijs (quod honestißimum tum uidebatur) doceret: traditas sibi tibias cùm ad os adhibuisset, inflassetq́; pudefactus oris deformitate, abiecit infregitq́;. Ea res cùm percrebuisset, omnium tum Atheniensium consensu, disciplina tibijs canendi desita est. Scriptum hoc est in commentario Pamphilæ nono & uigesimo. Pamphila.

In commentario Pamphilæ.) Hæc Pamphila, si Suidę credimus, mulier nobilis & docta fuit, filia Soteridę, patria uerò Pamphila fuit Epidauria, cuius dicūtur esse uiginti tria commentaria, & libri in abbreuiationem Ctesiæ: tum & epitómeta rerum historicarum numerosa, & de dubitationibus uolumina: postremò de rebus quoque uenereis. Hæc Suidas.

QVOD PVGNA BELLI CIVILIS VIctoriaq́; C. Cęsaris, quā uicit in Pharsalicis campis nunciata prædictaq́; est per cuiusdam Cornelij sacerdotis uaticinium, eodem ipso die in Italia Patauij.

CAPVT XVIII.

QVo C. Cæsar, & Cn. Pompeius die ciuile bellū signis collatis in Thessalia † conflixerunt, res accidit Patauij in Trāspadana Italia, memoria digna. Cornelius quidam sacerdos, & loco nobilis, & sacerdotij religionibus uenerādus, & castitate uitæ sanctus, repentè mota mente conspicere se procul dixit, pugnā acerrimā pugnari: ac deinde alios cedere, alios urgere:

† cōfecerunt

Cornelius sacerdos.

cædem,

cædem, fugam, tela uolantia, instauratione pugnæ, impreßionem, gemitus, uulnera, perinde ut si ipse in prælio uersaretur, coràm uidere sese uociferatus est: ac postea subitò exclamauit, Cæsarem uicisse. At Cornelij sacerdotis ariolatio leuis tum quidem uisa est & uecors. Magnæ mox admirationi fuit, q̄ nō modò pugnæ dies, qua in Thessalia pugnata est, neque prælij exitus, qui erat prædictus, idē fuit: sed omnes quoq; pugnandi reciprocæ uices, & ipsa exercituū duorum conflictatio uaticinantis motu atq; uerbis repræsentata est.

VERBA MARCI VARRONIS MEMORIA digna, ex Satyra quæ inscribitur περὶ ἐδεσμάτων.

CAPVT XIX.

Non paucißimi sunt, in quos potest cōuenire id, quod M. Varro dicit in Satyra, quæ inscribitur περὶ ἐδεσμάτων. Verba hæc sunt: Si quantum operæ sumpsisti, ut tuus pistor bonum faceret panē, eius duodecimam philosophiæ dedisses, ipse bonus iampridem esses factus. Nunc illum qui norūt, uolunt emere milibus centum. Te qui nouit, nemo centußis.

Nemo recte tum assibus emeret.

NOTATA QVAEDAM DE EVRIPIDIS poëtæ genere, uita, moribusq;, deq; eiusdem fine uitæ.

CAPVT XX.

Euripidis genus.

Euripidis poëtæ matrem, Theopōpus agrestia holera uendentē uictum quæsisse dicit. Patri autem eius nato illo responsum est à Chaldæis, eum puerum cùm adoleuisset uictorē in certaminibus fore. Id ei puero fa-

Id est, uendendo, Græcè dixit.

ro fatū eſſe pater interpretatus athletam debere eſſe, roborato exercitatoq; filij ſui corpore, Olympiā certaturū eū inter athletas pueros deduxit. Ac primo quidem in certamine per ambiguam ætatem receptus non eſt. In honorē Theſei. *Pòſt Eleuſinio, & Theſeo certamine pugnauit, & coronatus eſt. Mox à corporis cura ad excolendi animi ſtudium trāſgreſſus, auditor fuit Phyſici Anaxagoræ, & rhetoris Prodici:* Prodicus rhetor. *in morali aūt Philoſophia, Socratis. Tragœdiam ſcribere natus annos duodeuiginti adortus eſt. Pilochorus refert, in Inſula Salamine ſpeluncam eſſe terram & horridā, quam nos uidimus, in qua Euripides tragœdias ſcriptitarit. Mulieres ferè omnes in maiorē modū exoſus fuiſſe dicitur: ſiue quòd natura abhorruit à mulierū cœtu, ſiue quòd ſimul duas uxores habuerat, cùm id decreto ab Athenienſibus facto ius eſſet, quarū matrimonij pertedebat. Eius odij in mulieres Ariſtophanes quoq; meminit* ἐν ταῖς προτέραις θεσμοφοριαζούσαις *in his uerſibus:*

Theſmophoria feſta Cereris.

Νῦν οὖν ἁπάσαισι παραινῶ καὶ λέγω,
Τοῦτον κολάσαι τὸν ἄνδρα πολλῶν οὕνεκα.
Ἄγρια γὰρ ἡμᾶς ὦ γυναῖκες δρᾷ, ἐν ἀγρίοις
Τοῖς λαχάνοις αὐτὸς * τραφείς.

*τρεφείς.

Alexander Aetolus. Alexander autem Aetolus hos de Euripide uerſus compoſuit:

Ὁ δὲ ἀναξαγόρου τρόφιμος ἀρχαίου:
Στρυφνός μὲν ἐμοί γε ἔοικε προσειπεῖν

Καὶ

Καὶ μισογέλως· ὁ τωτάζειν. οὐ δὲ * πάροινον * Fortasse παρ᾽ οἴνου.
Μεμαθηκὼς * ἄλλοτι γράψαι τοῦτ᾽ ἂν, * Fortasse ἀλτ᾽ ὅτι.
μέλιτος, καὶ σειρήνων ἐτετεύχει.

Is cùm in Macedonia apud Archelaum regem esset, uteretur& eo rex familiariter, rediens nocte ab eius cœna, canibus à quodã æmulo immissis dilaceratus est, & ex his uulneribus mors secuta est. Sepulchrum autem eius & memoriam Macedones eo dignati sunt honore, ut in gloriæ quoq; loco prædicarent: οὔποτε σὸν μνῆμα Εὐριπίδης ὤλετο που; quòd egregius poëta morte obita sepultus in eorum terra foret. Quamobrẽ cùm legati ad eos ab Atheniensibus missi petissent, ut ossa Athenas in terram illius patriam permitterent transferri, maximo consensu Macedones in ea re deneganda perstiterunt.

Id est, nunquàm tua memoria, tuum monimentum, Euripides peribit.

Olympiam.) Vrbem Achaiæ.

Post Eleusinos,) Ab Eleusi uico Attico, ubi sacra solennia celebrabãtur in honorẽ Cereris quærentis filiã Proserpinam, sunt inde Eleusina sacra appellata.

Philochorus.) Atheniensis philosophus & astrologus fuit, qui, ut autor est Suidas, reliquit librum de condita Salamina insula, quæ confinis est Atticæ regioni, ut tradit Stephanus.

ἐν ταῖς προτέραις, &c.) In prioribus Cereris sacra celebrãtibus: tradit enim Suidas, Cereris sacra, θεσμοφορία dicta, unde Aristophanes τεσμοφοριάσω uerbũ declinauit.

νῦν οὖν ἁπάσαισι παραινῶ.) Nũc ergo uniuersis scilicet mulieribus uobis moneo & dico, hũc uidelicet Euripidẽ punire uirũ multorũ caussa: agrestia uel rustica quędam in mulieres facit, ꝙ agrestib⁹ mulierib⁹ ipse enutritus sit.

ὁ δὲ Ἀναξαγόρου τρόφιμος, &c.) Alumnus Anaxagoræ ueté-

ueteris rusticus quidem, ut mihi uidetur, in alloquendo & fabulando.

QVOD A POETIS IOVIS FILII PRVdentissimi, humanissimiq́ue. Neptuni autem inhumanissimi & ferocissimi traduntur.

CAPVT XXI.

Aeacū, qui apud inferos uestigandi colligēdo præfectus erat, atque ob æquitatē inter iudices relatus.

PRæstantißimos uirtute, prudentia, uiribus, Iouis filios poëtæ appellauerūt, ut Aeacum, et Minoa, & Sarpedona: ferocißimos & immanes, & alienos ab omni humanitate, tanquàm è mari genitos, Neptuni filios dixerunt, Cyclopa & Cercyona, & Lestrygonas.

Cercyona.) Latronem qui obsessis uiis prope Eleusin, homines isthinc illinc commeantes grassando interimere solebat, autor Suidas.

Lestrygonas.) Populos Siciliæ antiquissimos, à quibus Cyclopum fabula putatur deriuata.

HISTORIA DE SERTORIO DVCE, deq́ue æstu eius, cōmenticiis simulamētis, quibus ad Barbaros milites cōtinendos cōciliandosq́ue sibi utebatur.

CAPVT XXII.

Astutia Sertorij.

SErtorius uir acer egregiusq́ue dux, et utēdi, regendiq́ue exercitus peritus fuit. Is in temporibus difficilimis mentiebatur ad milites, si mendaciū prodesset: & literas cōpositas pro ueris legebat, & somniū simulabat, & falsas religiones conferebat, si quid istæ res eius apud militum animos adiutabant. Illud adeò Sertorij nobile est: Cerua alba eximiæ pulchritudinis, & uiuacißimæ celeritatis, à Lusitano ei quodā dono data est. Hanc sibi oblatam diuinitus, & instinctam Dianæ numine, colloqui secū, monereq́ue & docere, quæ utilia factu

Ea quæ noctu uidētur, ea uisa dicūtur, sic Cicero in Diuin.

factu essent, persuadere omnibus instituit. Ac si quid durius uidebatur, quod imperandū militibus foret, à cerua sese monitum tum prædicabat. Id cùm dixerat, uniuersi, tanquam si Deo, libentes parebāt. Ea cerua quodam die, cùm incursio esset hostium nunciata, festinatione ac tumultu consternata in fugā sese *prorupit, atq; in palude proxima delituit, & posteà requisita, perisse credita est. Neq; multis diebus pòst, inuentam esse ceruam Sertorio nūciatur. Tum qui nunciauerat, iussit tacere: ac ne cui palàm diceret, interminatus est: præcepitq;, ut eam postero die repentè in eum locum, in quo ipse cum amicis esset, immitteret. Admissis deinde amicis postridie, uisum sibi esse ait in quiete, ceruā quæ perierat, ad se reuerti: &, ut priùs cōsueuerat, q; opus esset facto, prædicare. Tum Sertorio, quod imperauerat, significāte, cerua emissa in cubiculum Sertorij introrupit. Clamor factus, & orta admiratio est: eaq; hominum barbarorum credulitas Sertorio in magnis rebus magno usui fuit. Memoriæ proditum est ex ijs nationibus, quæ cum Sertorio faciebant, cùm multis prælijs superatus esset, neminem unquam ab eo desciuisse, quanquam id genus hominum esset mobilissimum.

Vel per pleonasmū adiectū est si, uel, quod mihi magis arridet, si Deo dixit pro ignoto alicui Deo, quomodo Gellius noster & antè usus est libro secundo.

*proripuit,

DE AETATIBVS HISTORICORVM nobilium, Hellanici, Herodoti, Thucydidis.

CAPVT XXIII.

Hellanicus, Herodotus, Thucydides, historiæ scriptores, in ijsdem temporibus ferè laude in-

Hellanicus. Herodotus. Thucydides

genti floruerunt, & non nimis longè distantibus fuerunt ætatibus. Nam Hellanicus *in initio belli* Pelopon*nesiaci fuisse quinq; & sexaginta annos natus uidetur,* Herodotus *tres & quinquaginta,* Thucydides *quadraginta. Scriptum hoc in lib.* XI. *Pamphilæ.*

QVID VOLCATIVS SEDIGITVS IN LIbro, quē de poëtis scripsit, de Comicis Latinis iudicarit.

CAPVT XXIIII.

Sedigitus.

SEdigitus in libro, quē scripsit de poëtis, quid de ijs sentiat, qui Comœdias fecerunt, & quem præstare ex omnibus cæteris putet, ac deinceps quo quenq; in loco & honore ponat, his uersibus suis demonstrat:

Comici Latini.

Multos incertos certare hanc rem uidimus,
Palmam poëtæ Comico cui deferant:
Eum, me iudice, errorem dissoluam tibi,
Vt contrà si quis sentiat, nihil sentiat.
*Cæcilio palmam statuo * de Comico.*
Plautus secundus facilè exuperat cæteros.
Dein Næuius qui seruet, precio in tertio est.
Si quid quarto detur, dabitur Licinio.
Pòst insequi Licinium facio Attilium.
In sexto consequitur hos Terentius.
Turpilius septimum, Trabea octauum obtinet.
Nono loco esse facilè facio Luscium.
Decimum addo antiquitatis caussa Ennium.

* *dandam comico.*

DE VERBIS QVIBVSDAM NOVIS, QVAE in Cn. Matij Mimiambis offenderamus.

CAPVT XXV.

CN. Matius uir eruditissimus in Mimiambis suis nõ absurdè, neq; absonè finxit: Recentatur, pro eo quod Græci dicunt ἀνανεῦται. Versus, in quibus hoc uerbum est, hi sunt: Recẽtatur, id est, denuò nascitur.

Iamiam albicaßit Phœbus, & recentatur,
Commune lumen hominibus, & uoluptas.

Idem Matius in hisdem Mimiambis, Edulcare dicit, quod est dulciùs reddere, in his uersibus: Edulcare.

Quapropter edulcare conuenit uitam,
Curasq; acerbas sensibus gubernare.

In Mimiambis.) Iambicis uersibus, imitatorijs, significat enim Græcis μιμέω imitor quippiam quouis modo, uel gestu corporis, uel uerborum figura.

ἀνανεῦται.) Id est, renouatur, à νέος, quod nouum significat: unde uerbum νέω nouo, as, are, & ἀνὰ præpositio in compositione significat rursum, sic ἀνανέω renouo.

QVIBVS VERBIS ARISTOTELES PHIlosophus definierit syllogismum, eiusq; definitionis interpretamentum uerbis Latinis factum.

CAPVT XXVI.

ARistoteles, quid syllogismus esset, his uerbis definiuit: λόγος ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει διὰ τῶν κειμένων. Eius definitionis non uidebatur habere incommodè interpretatio facta hoc modo: Syllogismus est oratio, in qua consensis quibusdam & concessis, aliud quid, quàm quæ concessa sunt, per ea, quæ concessa sunt, necessariò conficitur. Id est, oratio uel ratio in qua positis uel cõcessis quibusdã scilicet antecedẽtib⁹, aliud quiddam à positis ex necessitate contingit.

QVID SINT COMITIA CALATA, QVID curiata, quid centuriata, quid tributa, quid cõsilium. Atque inibi quædam eiusmodi.

CAPVT XXVII.

Comitia calata.

IN libro Lælij Felicis ad Q. Mutium primo, scriptũ est, Labeonem scribere: Calata comitia esse, quæ pro collegio pontificum habentur, aut regis sacrorum, aut flaminum inaugurandorum caussa. Eorum autem alia esse curiata, alia centuriata. Curiata per lictorẽ, curiatim calari, id est, conuocari: centuriata per cornicinẽ. Hisdẽ comitijs, quæ calata appellari diximus, & sacrorum detestatio, & testamenta fieri solebant. Tria enim genera testamentorum fuisse accepimus: Vnũ, quod calatis comitijs in concione populi fieret: alterum in procinctu, cùm uiri ad præliũ faciẽdum in aciem uocabantur: tertiũ per familiæ emancipationem, cui æs & libra adhiberetur. In eodem Lælij Felicis libro hæc scripta sunt: Is qui non uniuersum populũ, sed partem aliquã adesse iubet, non comitia, sed & + consiliũ edicere debet: Tribuni autẽ neq; aduocant patricios, neq; ad eos referre de re ulla possunt. Ita ne leges quidẽ propriè, sed plebiscita appellantur, quæ Trib. Pleb. ferentibus accepta sunt. Quibus rogationibus antè patricij non tenebãtur, donec Q. Hortensius Dictator eam legẽ tulit, ut eo iure, q̃ plebes statuißet, omnes Quirites tenerentur. Item in eodem libro hoc scriptũ est: Cùm ex generibus omnium suffragium feratur, Curiata comitia

Curiata. Centuriata

Denotãdorũ, nisi quis malit intelligere iuramenta, quæ per sacrorũ testationẽ confirmari solent.

+ cõcilium

plebiscita.

tia esse: Cùm ex censu & ætate, Centuriata: Cùm ex regionibus & locis, Tributa. Centuriata autem comitia intrà pomœrium fieri nefas esse: quia exercitum extra urbē imperari oporteat, intrà urbem imperari ius non sit. Propterea Centuriata in campo Martio haberi, exercitumq; imperari præsidij caussa solitum, quoniam populus esset in suffragijs ferendis occupatus.

Comitia calata.) Dicta est hæc uox Græca origine, à uerbo καλέω. quod uoco significat, unde uetustas rudis calare dixit Latina forma, pro uocare: unde & Calendę dicuntur autoribus Grāmaticis, quòd is dies per præconem calari, id est, proclamari consueuerit.

Tertium per familiæ emancipationem.) Quod autore Iustiniano, Instit. lib. 2. tit. de Testamentis, longo pòst tēpore superioribus accessit, quod dicebatur per æs & librā, scilicet quod per emancipationem, id est, imaginariam quandā uenditionē agebatur, quinq; testibus & libripende ciuibus Rom. puberibus præsentibus, & eo, qui familiæ emptor dicebatur. Est autē emancipatio, imaginaria uenditio quædā, ea res ita agitur: Adhibitis nō minus quàm quinq; testibus ciuibus Rom. puberibus, & eo, qui libripens dicitur, is, qui mancipiū accipit, æs tenens ita dicit: Hunc ego hominē ex iure Quiritum meū esse aio, hicq; mihi emptus est hoc ære, æneaq; libra deinde ære percutit libram, idq; æs daret, à quo mancipiū accipit, precij, uel quasi precij loco.

QVOD ERRAVIT CORNELIVS NEPOS, cùm scripsit Ciceronem tres & uiginti annos natum, caussam pro Sexto Roscio dixisse.

CAPVT XXVIII.

Cornelius Nepos & rerum memoriæ non indiligens, & M. Ciceronis, ut qui maximè, amicus familiarisq; fuit. Atq; is tamē in primo librorū, quos de Cornelij Nepotis erratum.

uita illius cõposuit, errasse uidetur, cùm eum scripsit tres & uiginti annos natũ, primam caussam iudicij publici egisse, Sextum Roscium parricidij reum defendisse. Dinumeratis quippe annis à Q. Cæpione & Q. Serrano, quibus Consulibus, ante diem III. nonas Ianuarij M. Cicero natus est, ad M. Tullium, & Cn. Dolobellam, quibus COSS. caussam priuatã pro Quintio Apud Aquilium Gallũ iudicem dixit, sex & uiginti anni reperiuntur. Neq; dubium est, quin post annum, quã pro Quintio dixerat: Sextum Roscium reum parricidij defenderit, annos iam septem & uiginti natus, L. Sylla Felice, & Q. Metello Pio Consulibus. In qua re etiam Fenestellam errasse Pedianus Asconius animaduertit, q eum scripserit sexto & uigesimo ætatis anno pro Sexto Roscio dixisse. Longior aũt Nepotis quàm Fenestellæ error est: nisi quis uult in animũ inducere, studio amoris & amicitiæ adductum, amplificandæ admirationis gratia, quadriennium Nepotẽ supreßisse, ut M. Cicero orationem florentem dixisse pro Roscio admodùm adolescens uideretur. Illud adeò ab utriusq; oratoris studiosis animaduersum & scriptũ est, quòd Demosthenes & Cicero pari ætate illustrißimas orationes in caußis dixerint: Alter κατὰ ἀνδροτίωνος, καὶ κατὰ τιμοκράτους, septem & uiginti annos natus, alter anno minor pro P. Quintio, septimo & uigesimo pro sexto Roscio. Vixerunt quoque nõ nimis

numerum

numerum annorum diuersum: alter treis & sexaginta annos, Demosthenes sexaginta.

QVALI FIGVRA ORATIONIS, ET quàm noua L. Piso Annalium scriptor usus sit.

CAPVT XXIX.

D*Væ istæ in loquẽdo figuræ, notæ satis usitatæq; sunt:* Mihi nomen est Iulio, &: Mihi nomen est Iulij. *Tertiam figuram nouã herclè reperi apud* Piso*nem in secundo Annalium.* Verba Pisonis *hæc sunt:* L. Tarquiniũ *collegam suũ, quia* Tarquiniũ *nomen esset, metuẽre,* Eumq; *orat, uti sua uoluntate* Romã *contendat: quia* Tarquiniũ *(inquit) nomen esset:* Hoc *perinde est, tanquam si ego dicam:* Mihi nomen est Iulium. Mihi nomẽ est Iulium.

VEHICVLVM, QVOD PETORRITVM appellatur, cuiatis linguæ uocabulũ sit, Græcæ an Gallicæ.

CAPVT XXX.

Q*VI ab alio genere uitæ detriti iam & retorriti, ad literarũ disciplinas seriùs adeunt, si fortè ijdẽ garruli natura & subargutuli sunt, oppidò quã fiunt in literarum ostẽtatione inepti & friuoli.* Quod *genus profectò ille homo est, qui de petorritis nuper argutissimas nugas dixit.* Nam *cùm quæreretur, petorritum quali forma uehiculũ, cuiatisq; linguæ uocabulum esset, & faciẽ uehiculi ementitus est longè alienam falsamq;, & uocabulum* Græcũ *esse dixit: atq; id significare uolucres rotas interpretatus est: commutataq; una litera, petorritum esse dictum uolebat quasi* Petorritum

petorrotum.Scriptum etiam hoc eſſe à Valerio Probo contendit.Ego, cùm Probi multos admodùm cõmentationũ libros inquiſicrim,neq; ſcriptũ in his inueni,nec uſquàm alioquin Probum ſcripſiſſe credo. Petorritũ enim eſt non ex Græca dimidiatum:ſed totum trans Alpibus factum:nam eſt uox Gallica. Id ſcriptum eſt in libro M.Varronis decimoquarto Rerum diuinarum. Quo in loco Varro cùm de petorrito dixiſſet,eſſe id uerbum Gallicum,lanceam quoque dixit non Latinũ, ſed Hiſpanicum uerbum eſſe.

Lancea.

Petorr.) Volans rota,ut ſit uocabulum Græcolatinũ, dictũ à uerbo Grꝗco πέταμαι,quod ſignificat uolo: & Latino rota rotæ. Verùm hoc commentum nõ ſolùm refellitur hoc loco à Gellio,ſed etiam à Fabio lib.Inſtitut.1.

QVAE VERBA LEGAVERINT RHODII ad hoſtium ducem Demetrium,cùm ab eo obſideretur ſuper illa inclyta Ialyſi imagine.

CAPVT XXXI.

Rhodum inſulam celebritatis antiquiſſimæ,oppidumq; in ea pulcherrimum ornatiſſimumq; obſidebat oppugnabatq; Demetrius dux ætatis ſuæ inclytus:cui à peritia,diſciplinaq; faciendi obſidij,machinarumq; ſolertia,ad capienda oppida repertarũ, cognomentum πολιορκητὴς fuit.Tum ibi in obſidione illa, ædes quaſdam publicè factas, quæ extra urbis muros cum paruo præſidio erant,aggredi & uaſtare atq; abſumere igni parabat.In his ædibus erat memoratiſſima illa imago Ialyſi,Protogenis manu facta illuſtris pictoris:

Demetrius dux.

Obſidij nouè d.xii.

Vrbium deſtructor, expugnator,à πόλις quod urbem ſignificat, & ὀρ-κίω rapio & deſtruo.

ctoris: cuius operis pulchritudinem præstantiamq́; ira percitus Rhodijs inuidebat. Mittũt Rhodij legatos ad Demetrium *cum his uerbis:* Quæ, *malùm (inquiunt) ratio est, ut tu imaginem istam uelis incendio ædium facto disperdere?* Nam *si nos omnes superaueris, & oppidum hoc totum ceperis, imagine quoq; illa integra & incolumi per uictoriã potieris: sin uerò nos uincere obsidendo nequiueris, petimus cõsideres, ne turpe tibi sit, quia non potueris bello* Rhodios *uincere, bellum cum* Protogene *mortuo gessisse.* Hoc ubi ex legatis *audiuit, oppugnatione desita, & imagini & ciuitati pepercit.*

Ialysi Protogenis.) Meminit illius Protogenis Plin. auunculus lib. Nat. hist. 3. 5. cap. 10. magna cum laude: ubi & hãc Ialysi imaginem celebrat, atq; inter omnia artificiosa Protogenis opera eam tabulam cunctis miraculo fuisse dicit, etiam sua ętate, quippe delatam ex Gręcia Romam. Et quoniã Plinius in ea imagine canes expressos dicit, suspicior Ialysum hunc uenatorem fuisse, & si nonnulli trahunt ad equum sudore anhelantem, quem expresserit protogenes.

Mittũt Rhodij legatos.) Plinius hæc paulò diuersiùs. nam in ea ipsa obsidione Protogenem pictorem fiducia artis perfectissimæ fretum, pinxisse tabulas in suburbano hortulo narrat: quem cùm hostis Demetrius missis legatis rogasset, qua fiducia extra muros propè in hostis sui castris ageret. Respondit Protogenes: Quoniam sciebam Demetrium regem cum hostibus, non cum artibus bellum gerere.

A. GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII

LIBER XVI.

VERBA MVSONII PHILOSOPHI GRAECę, digna atque utilia audiri obseruariq́. Eiusdem utilitatis sententia à M. Catone multis antè annis Numantię ad equites dicta.

CAPVT I.



Dolescentuli cùm etiam tum in scholis essemus, ἐνθυμημάτιον hoc Græcum quod apposui, dictum esse à Musonio philosopho audiebamus: & quoniam uerè atq; luculentè dictum, uerbis'que est breuibus & rotundis uinctum, perquàm libenter memineramus: ἄν τι πράξῃς καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει: ἄν τι ποιήσῃς αἰσχρὸν μετὰ ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει. *Posteà ipsam istã sententiam in Catonis oratione, quam dixit Numantiæ, apud eqtes positam legimus. Quæ & si laxioribus paulò longioribusq́; uerbis comprehensa est præ quàm illud Græcum, quod diximus: quoniam tamen prior tempore antiquiorq́; est, uenerabilior uideri debet. Verba ex oratione hæc sunt: Cogitate cum animis uestris, si quid uos*

Id est, si quippiam feceris bonum, honestũ, cum labore, labor quidem perit, honestum autẽ ipsum manet, si quippiam feceris turpe cum uoluptate suaue quidem,

uos per laborem rectè feceritis, labor ille à uobis citò recedet: bene factum à uobis dum uiuetis non abscedet. Sed si quæ per uoluptatem nequiter feceritis, uoluptas citò abibit: nequiter factum illud apud uos semper manebit. dulce illud abit, at turpe manet ipsum.

Ἐνθυμημάτιον.) Græcam hanc sententiolam acutam. Est enim autor Marcus Tullius in Topicis ad Trebatiũ, omnem quidem sententiã apud Græcos enthymematis nomine comprehendi. Attamẽ propriè sibi uendicare hãc appellationem eas sententias, quæ sint simul & breuissimæ & angustissimæ, ut quæ colligãtur ex contrariis. Vnde & Aristoteles motus tum in Dialecticis, tum in Rhetoricis, syllogismum imperfectum enthymema uocat, ut qui sit breuior & acutior perfecto.

CVIVSMODI SIT LEX APVD DIALEcticos percontandi differendiq́ue, & quæ sit eius legis reprehensio.

CAPVT II.

LEgem esse aiunt disciplinæ dialecticæ, si de quapiam quæratur disputeturq́ue: atque ibi quod rogêre, ut respondeas: tum, ne amplius quid dicas, quàm id solum, quod es rogatus, ut aias, aut neges. Eamq́ue legem qui non seruent, & aut plus, aut aliter quàm sunt rogati respondeant, existimantur rudes indoctiq́ue esse, disputandiq́ue morem atq́ue rationem non tenere. Hoc quidem quod dicunt, in plerisque disputationibus proculdubiò fieri oportet. Indefinitus nanque inexplicabilisq́ue sermo fiet, nisi interrogationibus responsionibusq́ue simplicibus fuerit determinatus. Sed enim esse Dialecticæ capitones.

quæ

quædam uidentur, in quibus si breuiter, & ad id, quod rogatus fueris, respondeas: capiare. Nam, si quis his uerbis interroget, Postulo ut respondeas: Desieris'ne facere adulterium, an non? utcunq; Dialectica lege rẽspõderis, siue aias, siue neges, hærebis in captione: tam si te dicas adulteriũ, quàm si neges. Sed quod minus est in interrogatione, id est addendum. Nam qui facere aliquid non desinit, nõ id necessariò etiam fecit. Falsa igitur est species istius captionis: & nequaquam procedere ad id potest, ut colligi concludiq; posit, eum facere adulterium, qui se negauerit facere desisse. Quid autem legis istius propugnatores in nulla captiũcula faciẽt, in qua hærere eos necessum est, si nihil amplius, quàm quod interrogati erunt, respõderint? Nam si ita ego istorum aliquem rogem: Quicquid non perdidisti, habeas'ne, an non habeas? postulo aut aias aut neges. Vtcunq; breuiter responderit, capietur. Nam, si non habere se negauerit, quod nõ perdidit: colligetur, oculos eum non habere, quos non perdidit. Sin uerò habere se dixerit: colligetur, eum habere cornua, quæ non perdidit. Rectiùs igitur cautiusq; ita respondebitur: Quicquid habui, id habeo, si id non perdidi. Sed huiuscemodi responsio non fit ea lege, quam diximus. Plus enim, quàm quod rogatus est, respõdet. Et propterea id quoq; ad eam legem addi solet, nõ esse captiosis interrogationibus respondendum.

Qua-

QVANAM RATIONE EFFICI DIXErit Erasistratus medicus, si cibus forte deerit, ut tolerari aliquantisper inedia possit, & tolerari fames: Verbáq; ipsa Erasistrati super ea re scripta.

CAPVT III.

CVm Phauorino Romæ dies plerunq; totos eramus, tenebatq; animos nostros homo ille fandi dulcißimus: atq; eũ quoquò iret, quasi ex lingua prorsum eius capti, prosequebamur: ita sermonibus usque quaq; amœnißimis demulcebat. Tum ad quendã ægrũ cùm isset uisere, nosq; cum eo unà introissemus, multaq; ad medicos, qui tum fortè istic erant ualetudinis eius gratia, oratiõe Græca dixisset: Ac ne hoc quidẽ, inquit, mirum uideri debet, quòd quum antehàc semper edundi fuerit appetens, nunc post imperatam inediam tridui, omnis eius appetitio pristina elanguerit. Nam quod Erasistratus scriptum reliquit, inquit, propemodùm uerum est: Esuritionem faciunt inanes patentesq; intestinorum fibræ, & caua intus uentris, & stomachi uacua biantia: quæ ubi aut cibo complentur, aut inanitate diutina contrahuntur & cõniuent, tunc loco, in quem cibus capitur, uel stipato, uel adducto, uoluntas capiendi eius desiderandiq; restinguitur. Scythas quoque ait eundem Erasistratum dicere, cùm sit usus ut famem longiùs tolerent, fascijs uentrem strictißimè circumligare. Ea uentris compreßione esuritionem posse depelli creditum est. Hæc tum Phauorinus,

Qui Phauorinus dictus est dulcis Syren ob eloquẽtiam suam, Pisistratus in uita eiusdem.

Esurio.

Scytharum mos.

nus, multaq; istiusmodi alia affabilißimè dicebat. Nos autem posteà, cùm librum fortè Erasistrati legeremus Διαιρέσεων *primum, idipsum in eo libro, quod Phauorinum audiebamus dicere, scriptū offendimus. Verba Erasistrati ad eam rem pertinentia, hæc sunt :* Ἐλογιζόμεθα οὖν παρὰ τὴν ἰσχυρὰν σύμπτωσιν τῆς κοιλίας εἶναι τὴν σφόδρα ἀσιτίαν ἢ ὅτι τοῖς ἐπιπλέον ἀσιτοῦσι κατὰ προαίρεσιν ἐν τοῖς πρώτοις χρόνοις ἡ πεῖνα παρακολουθεῖ, ὕστερον δὲ οὐκέτι. *Deinde paulùm infrà:* εἰθισμένοι δέ εἰσι καὶ οἱ σκύθαι ὅταν διά τινα καιρὸν ἀναγκάζονται ἀσιτεῖν, ζώναις πλατείαις τὴν κοιλίαν διασφίγγειν ὡς τῆς πείνης αὐτοὺς ἧττον ἐνοχλούσης. σχεδὸν δὲ καὶ ὅταν πλήρης ἡ κοιλία ᾖ, διὰ τὸ κένωμα ἐν αὐτῇ μηδὲν εἶναι, διὰ τοῦτο οὐ πεινῶσιν: ὅταν δὲ σφόδρα συμπεπτωκυῖα ᾖ, κένωμα οὐκ ἔχει.

In eodem libro Erasistratus uim quandam famis nō tolerabilem, quam Græci βούλιμον ἢ βούπειναν *appellant, in diebus frigidißimis multò faciliùs accidere ait, quàm cùm serenum atq; placidum est. Atq; eius rei caussas, cur is morbus in eo plerunq; tempore oriatur, nondum sibi esse compertas dicit. Verba, quibus, id dicit, hæc sunt:* ἄπορον δὲ καὶ δεόμενον ἐπισκέψεως, καὶ ἐπὶ τούτου, καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν βουλιμιώντων, διατί ἐν τοῖς ψύχεσι μᾶλλον τὸ σύμπτωμα τοῦτο γίνεται ἢ ἐν ταῖς εὐδίαις.

Quoniam λιμὸς & πεῖνα per se famem significant. βοῦ autem particula in compositione amplificare solet, nimirū à bouis magnitudine, quæ & Græcis βοῦς appellatur.

ἐλογιζόμεθα οὖν παρὰ τὴν.) Putabamus iuxta fortem compressionem uētris, esse ualde magnam inediam: ete

nim

him uehementer multum abstinentibus à cibo secundũ propositum, id est, ex decreto, in primis temporibus fames sequitur, & afficit: posterius autem non amplius.

εἰθισμένοι.) Assueti autem sunt & Scythę quando, id est, cùm propter quandam occasionem coguntur abstinere à cibo, cingulis latis uentrem constringere tanquã fame ipsos minus turbante & cruciante. Fermè autem & quãdo plenus uẽter fuerit, propter uacuum in ipso uentre nullum, propter hoc non esuriunt, scilicet Scythæ ipsi. Quando autem ualde compressus uẽter fuerit, uacuum non habet.

ἀπορίη.) Dubium autem indigensq; consideratione in hoc, & in reliquis intolerabiliter esurientibus, propter quid in frigoribus magis accidẽs hoc sit, quàm serenitatibus & caloribus. Aristoteles in Problematis uersimilẽ rei huius caussam refert, quòd uidelicet hyemis tẽpore, frigus circumfusum calorem interiorem reprimat, nec effluere sinat: quod & aqua offusa frigida aduehit qppe quæ calorẽ concludat & arceat, ne foras se promat. Deniq; per hyemem omnibus accidit, calidiorem suã esse partem interiorem: at in sole ui nulla arcente, calor effluit, atq; ocyùs euanescit. Iam uerò facilis cõcoctio, quę à calore iuuatur, famem exauget: cruditas autem, quam stomachi frigiditas conciliat, cibi appetentiam non agnoscit.

QVO RITV QVIBVS'QVE VERBIS FEcialis Po. Rom. bellũ indicere solitus sit ijs, quibus Po. Rom. bellum fieri iusserat. Et item in quæ uerba conceptum fuerit iusiurandum de furtis militaribus sanciendis, & uti milites scripti intra prædictum diẽ in loco certo frequentarẽt, causis quibusdã exceptis, propter quas id iusiurandum remitti æquum esset.

CAPVT IIII.

Cincius in libro III. de re militari: Fecialem Populi Romani bellũ indicentem hostibus, telumq; in agrum eorum iacientem, hisce uerbis uti scripsit:

Quòd

Hermundulus. Quòd populus Hermundulus, hominesq; populi Hermunduli, aduersus populum Romanum bellum fecêre, deliquereq;, quodq; populus Romanus, cum populo Hermundulo, hominibusq; Hermundulis bellum iußit: ob eam rem ego populusq; Romanus populo Hermundulo, hominibusq; Hermũdulis, bellum indico facioq;. Item in libro eiusdem Cincij de re militari quinto, ita scriptum est: Cùm delectus antiquitùs fieret, & milites scriberentur, in iusiurandum eos Tribunus militaris adigebat, in uerba hæc: in Magistratu C. Lælij C. filij C O S. L. Cornelij P. Filij C O S. in exercitu decẽq; milia passuum propè, furtum non facies dolo malo, solus, neq; cum pluribus, pluris numi argentei, in dies singulos. Extra hastam, hastile, ligna, pabulum, utrem, follem, faculam, si quid ibi inueneris, sustuleris'ue, quod tuum non erit, quod pluris numi argentei erit, uti tu ad C. Lælium C. filium COS. L. 'ue Cornelium P. Filium COS. siue ad quem eorum * iusserit, proferas: aut profitebere in triduo proximo, quicquid inueneris, sustuleris'ue dolo malo, aut domino suo, cuium id censebis esse, reddes, uti quod rectè factum esse uoles. Militibus autem scriptis dies præfiniebatur, quo die adessent, & ut citati C O S. responderent. Deinde ita concipiebatur iusiurandum, ut adessent, his additis exceptionibus, nisi harunce aliqua caussa erit. Funus familiare, Feriæ uindemiales, Calendæq;, quæ non eius rei caussa

Iurisiurandi militaris formula.

Extra hastã.) præter. Vtrẽ.) quo uinum potum'ue in exercitũ uehere liceat, id quod hodiè adhuc fit in regionibus Hispaniæ.

*ius erit,

Id est, celebritatis mẽstruæ.

caussa in eum diem collatæ sint, quo is eo die minus ibi esset: Morbus sonticus, Auspicium'ue, quod sine piaculo præterire non liceat: Sacrificium'ue anniuersariũ, quod rectè fieri non posset, nisi ipsius eo die ibi sit: Ius Hostis'ue, status condictus'ue dies cum hoste: si cui eorum harunce quæ caussa erit, eum se postridiè, quàm per eas caussas licebit, eo die uenturum, aditurumq; eum, qui cum pagũ, uicum, oppidum'ue delegerit. Itẽ in eodem libro uerba hæc sunt: Miles cùm die, qui prædictus est, aberat, neq; excusatus erat, infrequens dabatur. Itẽ in libro sexto hoc scriptum est: Alæ dictæ exercitus equitum ordines, quòd circùm legiones dextra sinistraq;, tanquàm alæ in auium corporibus, locabantur. In legione sunt centuriæ sexaginta, manipuli triginta, cohortes decem.

Id est, sine scelere expiatione dignum.

Alæ militares.

Legio.

Collatæ.) Id est, institutæ.

Caussa eius rei.) Id est, effugiendæ militiæ.

Auspicium.) Scilicet neglectum, uel contrarium malum omen.

Infrequens.) Pro desertore habebatur, antiquitus enim, autore Pompeio, infrequens miles dicebatur, qui à signis suis abierat, in quem haud aliter animaduertebatur, quàm in hostem.

VESTIBVLVM QVID SIGNIFICET, deq; eius uocabuli rationibus.

CAPVT V.

Pleraq; uocabula, quibus uulgò utimur, neq; tamen liquidò scimus, quid ea propriè atq; uerè significent, sed incompertam & uulgariam traditio-

Macrob. li. 6. cap. 8.

Vestibulum atrium.

nem rei non exploratæ secuti, uidemur magis dicere quod uolumus, quàm dicimus. Sicuti est Vestibulum, uerbum in sermonibus celebre atq; obuium non omnibus tamen, qui illo facilè utuntur, satis spectatum. Animaduerti enim quosdam, haudquaquam indoctos uiros opinari, Vestibulum esse partem domus primorem, quã uulgus atriũ uocat. * Cæcilius Gallus in lib. de significatione uerborum, quæ ad ius ciuile pertinent, secundo, Vestibulum esse dicit non in ipsis ædibus, neque partem ædium, sed locum ante ianuam domus uacuum, per quẽ à uia aditus accessusq; ad ædeis est: quum dextra sinistraq; inter ianuam tectaq;, quæ sunt uiæ iuncta, spacium relinquitur: atque ipsa ianua procul à uia est area uacanti intersita. Quæ porrò huic uocabulo ratio sit, quæri multum solet. Sed quæ scripta legi, ea fermè omnia inconcinna atq; absurda uisa sunt. Quid Sulpitium autem Apollinarem memini dicere, uirum eleganti scientia ornatum, huiuscemodi est: Ve particula, sicuti quædam alia, tum intentionem, significat, tum minutionem. Nam Vetus, & Vehemens, alterum ab ætatis magnitudine compositũ,* elisumq; est, alterum à mentis ui atque impetu dicitur. Vescũ aũt & quod ex Ve particula, & Esca copulatũ est, utriusq; diuersæ significationis uim capit. Aliter enim Lucretius Vescum salem dicit ex edendi intentione, aliter Lucilius Vescum appellat cum edendi fastidio.

* A quibus Gallus

Ve particula.

Vetus.

Vehemens.

* elicitũq;

Vescum.

Prouocat enim autoribus medicis, uel maximè edẽdi

stidio. Qui domos igitur amplas antiquitùs faciebãt, locum antè ianuam relinquebant, qui inter fores domus, & uiam medius esset. In eo loco qui dominũ eius domus salutatum uenerant, priusquàm admitterẽtur, consistebant, & neq; in uia stabant, neque intra ædes erant. Ab illa ergo grãdis loci cõsistione, & quasi quadam stabulatione, uestibula appellata sunt, spacia (sicuti diximus) grãdia, ante fores ædium relicta, in quibus starent qui uenissent, priùs quàm in domum intromitterentur. Meminisse autem debebimus, id uocabulum non semper à ueteribus propriè, sed per quasdam tralationes esse dictum: quæ tamen ita sunt factæ, ut ab ista, de qua diximus, proprietate non longè desciuerint, sicut illud in VI. *Verg.*

appetitũ falis acrimonia, adeò ut rustici nullo alio cõdimento pecoribus appetitũ excitare soleant, quo & Verg. noster uescum salẽ dixit, libr. de agricultura 4. Fastidiũ tollentẽ. Sic alibi: Salices carpetis amaras.

Vestibulum ante ipsum, primusq; in faucibus Orci
Luctus, & ultrices posuêre cubilia curæ.

Non enim Vestibulum priorem partem domus infernæ esse dicit, quod obrepere potest, tanquàm si ita dicatur: sed loca duo demonstrat extra Orci *fores, uestibulum & fauces: ex quibus & uestibulum appellat ante ipsam domum, & ante ipsa* Orci *penetralia. Fauces autem uocat iter angustum, per quod ad uestibulum adiretur.*

HOSTIAE QVAE DICVNTVR BIDENTES, quid sint, & quã ob caussam ita appellatæ sunt: super ea re P. Nigidij, & Iulij Higini sententiæ.

CAPVT VI.

REdeuntes Græcia, Brundusium nauem aduertimus. Ibi quispiam linguæ Latinæ literator Romæ à Brundisinis accersitus, experiundum sese uulgò dabat. Imus ad eum nos quoque oblectamenti gratia Erat enim fessus atq; languens animus de æstu maris. Legebat barbarè insciteq; Vergilij VII. in quo libro hic uersus est:

Centum lanigeras mactabat ritè bidentes.

Et iubebat rogare se, si quis quid omnium rerum uellet dicere. Tum ego indocti hominis confidentiam demiratus: Doces'ne, inquam, nos magister, cur bidētes dicantur: Bidentes, inquit, oues appellatæ: idcircoq; lanigeras dixit, ut oues planiùs demonstraret. Posthac, inquam, uidebimus, an oues solæ (ut tu ais) bidentes dicantur: & an Pomponius Attellanarum poëta, in Gallis transalpinis errauerit, cùm hoc scripsit:

Pōponius. Id est, sacrificaturum. Porco ex castrato.

Mars tibi uoueo facturum,

Si unquam redierit, bidenti uerre.

Sed nunc ego à te rogaui, ecquam scias esse huiusce uocabuli rationem. Atque ille nihil contatus, sed nimium quantum audacter: Oues, inquit, bidentes dictæ, quòd duos tantùm dentes habeant: Vbi terrarum, quæso te, inquam, duos solos per naturam dentes habere ouem uidisti? Ostentū enim est, & piaculis factis procurandum. Tum ille permotus mihi, & irritatus. Quære, inquam, ea potiùs, quæ à Grammatico quærenda sunt.

Bidentes.

Id est, expiādū, luēdum, placādum.

Nam

Nam de ouium dentibus opiliones percontantur. Face *tias nebulonis hominis risi, & reliqui.* P. *autem* Nigi*dius in libro, quem de* Extis *composuit, bidentes appellari, ait, non oues solas, sed omnes * bimas hostias: neq; tamen dixit apertiùs, cur bidẽtes.* Sed *quod ultrò existimabamus, id scriptum inuenimus in* Commenta*rijs quibusdam ad ius* Pont. *pertinentibus.* Bidẽtes *primò dictas litera immissa: quasi biennes: tum longo usu loquendi corruptam esse uocem, & ex* Bidennibus Bi*dentes factum, quoniam id uidebatur esse dictu faciliùs* Higinus *tamen* Iulius, *qui ius* Pont. *non uidetur ignorasse, in quarto librorum, quos de* Vergilio *fecit appellari bidentes scripsit hostias, quæ per ætatem duos dentes altiores haberent. Verba illius ipsa posui:* Quæ *bidens est, inquit, hostia oportet habeat dentes octo: sed ex his duo cæteris altiores, per quos appareat, ex minore ætate in maiorem transcendisse.* Hæc Higini *opinio an uera sit, non argumentis, sed oculis iudicari poterit.*

Id est, pastores ouium.

*Ex Macrobio lib. 6. c. 4. 9. legẽdum uidetur, bimas bestias.

Posteriori opinioni Higini de Bidẽtib⁹ assentitur Nonius Marcellus.

Latinæ linguæ literator.) Sunt qui literatum à literatore distinguant, ut Græci Grãmaticum à Gramatista, & illum quidẽ absoluté, hunc mediocriter doctum existiment. quorum opinionẽ quidam etiam exemplis confirmat. Nam apud maiores, ait, cùm familia alicuius uenalis produceretur, nõ temerè quẽ literarum in titulo, sed literatorẽ proscribi solitum esse, quasi non perfectum in literis, sed imbutum. Hæc Suet. Trãquillus in lib. de illustribus Grammaticis scribit.

Attellnaarum). Fabularum, quæ primùm cœptæ

sunt in Atellis oppido Volscorum.

Facto sacrificio.) Factis piaculis, id est, sacrificijs, quę expiant.

QVOD LABERIVS VERBA PLERAque licentius petulantiusq; finxit: & quòd multis item uerbis utitur, de quibus an sint Latina, quęri solet.

CAPVT VII.

Verba noua facta à Laberio.

Laberius in Mimis quos scriptitauit, oppidò quã uerba finxit prælicēter. Nam & Mēdicimonium dicit, & Mœchimonium, & Adulterionem, Adulteritatemq; pro adulterio, & Depudicauit pro stuprauit, & Abluuiū pro diluuio: & quod in Mimo ponit, quē * *Cophinum inscripsit, Manuatus est, pro furatus. Et item in Fullone, furem manuarium appellat:*

Theophinum.

Manuari, inquit, pudorem perdidisti.

Vetera uestimenta qui innouat dicitur fullo.

Multaq; alia huiusmodi nouat, neq; nō obsoleta quoq; & maculantia ex sordidiore uulgi usu ponit, quale est in Staminarijs:

Tollet bona fide uos Orcus nudas in Catomium.

Et elutriare lintea, & Labādria dicit, quæ ad lauandum sint data, & * *Collicior, inquit, in Fullonicam.*

*Colticr, Id est, emoruel conducor.

Ecquid properas, ecquid percurris Caldonia?

Item in Restione, Calabariunculos dicit, quos uulgus Calaburriones. Item in Compitalibus, malas Malaxaui. Item in Cacomemnone:

Festa sunt q in compitis fiebant.

Hic est, inquit, ille gurdus, quem ego
Me abhinc duos menses ex Africa

Veni-

Venientem excepisse tibi narraui.

Item in Mimo, qui inscribitur Naca, L. *Cippum dicit, & Obbam, & Cameliam, & Pictacium, & Capitium: Induis, inquit, capitium tunicæ pictacium. Prætereà * in Anna, per anna, Gubernium pro gubernatore, & Planum pro sycophanta, & Manum pro pumilione, dicit: quanquam Planum pro sycophanta M. quoq; Ci cero in oratione scriptum reliquit, quam pro Cluentio dixit. Atque item in Mimo, qui Saturnalia inscriptus est, Botulum pro farcimine appellat, & hominem *Lecnam pro leui. Item in Necromātia Cocionē peruulgatè dicit, quem ueteres Arulatorē dixerunt. Verba Laberij hæc sunt: Duas uxores, hoc herclè plùs negocij est, inquit cocio, sex ædiles uiderant. Sed enim in Mimo, quem inscripsit Alexandream, eodem quidem modo, quo uulgus, sed propè Latineq; usus est Græco uocabulo. Emplastrum enim dixit* ὀυδ'ετέρως. *nō genere fœminino, ut isti nouitij semidocti. Verba ex eo Mimo apposui:*

* Manna p annua.

*Leucunam De uaricinio ex mortuis.

Emplastrū neutri generis.

Quid iusiurandum? Emplastrum æris alieni.

Mendicimonium.) Pro mendicitate.

Mœchimonium.) Pro mœchatione.

Manuari.) Pro furari, utitur & Cato de re Rust.

In Staminarijs.) A mulierib⁹ textricibus, q̄ sic fortè à Laberio dicātur, ꝙ in stamine texendo occupentur.

Catomium.) Videtur Catomiū dixisse pro loco, quo quo apud Græcos ueteres supplicium sumebatur de adulteris, id in hunc modū fiebat, ut tradit interpres Aristophanis, pariter & Suidas. Deprehensus in adulterio,

tantisper uellicabatur pudēda, dum mulctā cōstitutam persolueret: id quod uocabulum Græca origine detortum quoque significat.

Elutriare.) Id est, è luto purgare.

In fullonicam.) Id est, in officinam fullonis.

Caldonia.) Appellari hoc loco suspicor eā muliercu lam in fullonica, quę calfaciēdis aquis præsit in caldarijs uasis, in quibus aliquid calefit. Appellant aūt ueteres scriptores & caldum & caldum elisa i.

Calaburriones.) Hos suspicor fuisse præcones, qui concionem aduocarint in curiam, cui nomen Calabra, qua tantùm rerum sacrarum cura gerebatur, autore Festo Pomp.

Malas.) Genas.

Malaxaui.) Molliui & fucaui. Formato uocabulo à malaxo, as, are, nimirùm ex Græcis, apud quos μαλάττω, cuius futurum est μαλάξω mollio significat.

Cacomemnone.) Infelix Cacomemnon dicitur.

Gurdus.) Gurdos pro stolidis accipit uulgus, ab Hispanis originem duxit, ut opinor.

Inscribitur Nacca.) Pellis caprarū. Gręci enim, autore Suida, naccas uocant caprarum pelles, quo uocabulo & Horatius usus est in Serm.

Cippum.) Pro cippū ciccum legēdum opinor, quod autore Varrone de lingua Latina, apud ueteres significabat membranam malorum punicorum.

Et Obbam.) Obba uasis genus est apud Nonium Marcellum.

Et cameliā.) Arbitror uestē significari, uel camelorū pellibus sutā, uel, q̄d magis placet, quæ colore sit pullo. Hunc enim colorē Festus tradit Camelinum dici.

Pictaciū.) Autore Marcel. tegmē est capitis, quod pithaciū appellatur, à Laberio tanq̄ philosophicū, nimirū nouiter ducto uocabulo à Pithaco Mitilenæo, qui unus ex septē illis Sophis fuit. At si pictaciū legere malueris, à pictura & uariegatione trahi potest:

In Anna parenna.) Id est, fabula cui titulus sic est inditus, quę dea apud Oui. Fast. li. 3. de se sic loquitur.

B'an-

Blandi sum Nympha Numici.

Amne perenne latens, Anna perenna uocor.

Planum pro sycophanta.) Planos errones dixit, ex Græco uocabulo πλανύπω, id est, erro.

Botulum pro farcimine.) Quod bolis connexum est & confertum, ut ait Festus Pomp.

Arulatorē.) Ex Græco dictum est, quia id genus hominum sequebatur merces, ut si quid caderet, tolleret, lũcelli'q; aliquid faceret.

QVID SIGNIFICET, ET QVID A NOstris appellatũ sit ἀξίωμα, q̃d Dialectici dicũt, & quædam alia, quę prima in disciplina Dialectica traduntur.

CAPVT VIII.

Cvm in disciplinas Dialecticas induci atq; imbui uellemus: necessum fuit audire atq; cognoscere quas uocāt Dialectici εἰσαγωγὰς, tũ in primo περὶ ἀξιωμάτων discēndũ, quæ M. Varro aliâs profata, aliâs proloquia appellat. Commētarium de proloquijs Lælij docti hominis, q magister Varronis fuit, studiosè quæsiuimus, eumq; in Pacis bibliotheca repertũ legimus. Sed in eo nihil edocēter neq; ad instituendũ explanatè scriptũ est. Fecisseq; uidetur eum librum Lælius sui magis admonēdi, quàm aliorũ docendi gratia. Rediuimus igitur necessariò ad Græcos libros, ex quibus accepimus ἀξίωμα definitũ esse his uerbis: λεκτὸν αὐτοτελὲς ἀποφαντὸν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ. Hoc ego superſedi uertere, quia nouis & inconditis uocibus, utēdum sit, quas pati aures per insolentiam uix possent. Sed M. Varro in libro de lingua Latina ad Ciceronem IIII. & XX. expeditißimè ita finit. Proloquium est*

* Quidā nõ habent.

Proloquiũ.

sententia, in qua nihil desideratur. Erit autem planius, quid istud sit, si exemplū eius dixerim. Ἀξίωμα igitur siue id Proloquiū dicere placet, huiusmodi est. Annibal Pœnus fuit: Scipio Numantiā deleuit: Milo cædis damnatus est: Neq; bonū est uoluptas, neq; malum. Et omnino quicquid ita dicitur plena atq; perfecta uerborū sententia, ut id necesse sit aut uerū, aut falsum esse: id à Dialecticis ἀξίωμα, id est, oratio uerum aut falsum plenè significās, appellatum est à M. Var. sicuti dixi, Proloquiū, à M. aūt Cicerone Pronunciatū: quo ille tamē uocabulo tantisper uti se attestatus est, quoad melius, inquit, inuenero. Sed quod Græci συνημμένον ἀξίωμα, dicunt, id alij nostrûm Adiunctum, alij Connexum dixerūt. Id Connexum tale est: si Plato ambulat, Plato mouetur: Si dies est, sol super terras est. Itē quod illi συμπεπλεγμένον, nos uel Coniūctum, uel Copulatū dicimus, quod est eiusdem modi: P. Scipio Pauli filius, & bis COS. fuit, & triūphauit, & censura functus est, & collega in censura L. Mumij fuit. In omni autem coniūcto si unum est mēdacium, etiam si cætera uera sunt, totum esse mendacium dicitur. Nam si ad ea omnia, quæ de Scipione illo uera dixi, addidero, & Annibalem in Africà superauit, quod est falsum: uniuersa quoque illa, quæ coniunctè dicta sunt, propter hoc unum, quod falsum accesserit, quia simul dicentur, uera non erunt. Est item aliud, quod Græci

Coaptatū, pleriq; conditionalem Propositionem hodiè uocant, ut Boëthius.

Græci Διεζευγμένον ἀξίωμα, nos distinctum proloquium dicimus, Id huiuscemodi est: Aut malum est uoluptas, aut bonum, aut neq; bonum, neque malum est. Omnia aūt quæ disiunguntur, pugnātia esse inter sese oportet, eorūq; opposita ἀντικείμενον Græci dicūt: ea quoq; ipsa inter sese aduersa esse. Ex omnibus, quæ disiunguntur, unū esse uerū debet, falsa cætera. Quòd si aut nihil omnium uerum, aut omnia, pluráue, quàm unum, uera erunt, aut quæ disiuncta sunt, non pugnabunt: aut quæ opposita eorū sunt, contraria inter sese non erunt: tunc id disiunctum mendāciū est, & appellatur παραδιεζευγμένον: sicut hoc est, in quo quæ opposita, non sunt contraria: aut curris, aut ambulas, aut stas. Nam ipsa quidem inter se aduersa sunt, sed opposita eorum non repugnant. Non ambulare enim, & non stare, & non currere, contraria inter sese non sunt: quoniam contraria ea dicuntur, quæ simul uera esse non queunt. Poßis enim simul eodemq; tempore, neq; ambulare, neq; stare, neq; currere. Sed hoc iā breue ex Dialectica libamentū dedisse, nūc satis erit. Atq; id solum addendū admonēdumq; est, quod huius disciplinæ studium atq; cognitio in principijs quidem tetra & aspernabilis, insuauisq; esse, & inciuilis uideri solet: sed ubi aliquantū processeris, tum deniq; & emolumentum eius in animo tuo dilucebit, & sequetur quædam discendi uoluptas insatiabilis. Cui sanè si modum non

Perperā disiunctū, significat em̄ sæpè παρὰ præpositio uicium ei9 cum quo componitur.

non fecerit: periculũ non mediocre erit, ne,ut pleriq; alij,ut quoq; in illis Dialecticæ gyris atque mæandris, tanquàm apud Sirenios scopulos consenescas.

περὶ ἀξιωμάτων.) Id est,de pronunciatis,nã sic transferunt, qui uerbum uerbo reddere curant,ut Boëthius. Vtitur hoc uocabulo Aristoteles cùm in Topicis frequẽter,tum in Posterioribus resolutorĳs frequẽtissimè pro ea propositione maximè, quæ sua euidentia nititur: id quod & ratio uocabuli Græci indicat, ἄξιος enĩ dignus significat:undè ἀξίωμα deriuatur.

λεκτὸν &c.) Id est,ex se perfectum,explicatũ, quantũ in seipso est. Libro Academicarum quæst.4. Cicero rectiùs,ut mihi uidetur uocat axiomata Latinè effata, nimirum ab enunciando & effando, dicitq; fundamẽtum Dialecticesin his consistere.

Gyris atq; Mæãdris.) Mæandros dixit pro flexuosis & sinuosis,intricatisq; huius artis quęstionibus,allusione facta ad amnẽ Męandrũ,qui apud Pli.ita sinuosis est flexibus,ut sæpè credatur reuerti.

QVID SIGNIFICET VERBVM IN LIbris ueterum creberrimè positum,susq; deq;.

CAPVT IX.

Susq; deq; fero & habeo. *duobus

*SVsq; deq; fero, aut susq; deq; habeo (his enim *omnibus modis dicitur)uerbũ est ex hominũ doctorum sermonibus,in poëmatis quoq;, & in epistolis ueterũ scriptũ plurifariàm. Sed faciliùs reperias,qui id uerbũ ostentẽt,quàm qui intelligant. Ita pleriq; nostrûm,quæ remotiora uerba inuenimus, dicere ea properamus,non discere. Significat aũt,Susq; deq; ferre, æquo animo esse,& quod accidit non magni pendere, atq; interdum negligere & contẽnere:& propemodùm id ualet,quod dicitur ἀδιαφορεῖν.*

Labe-

Laberius in Compitalibus.

Nunc tu lentus es, nunc tu susq; deq; fers,
Materfamiliâs tua in lecto aduerso sedet,
Seruos sextantis uerbis nefarijs.

Seruos, id est, seruus. Id est, sutelis decepit te, & circũuenit.

Vtitur M. Varro in Sisenna, uel de historia: Quòd si nõ horum omnium similia essent principia, susq; deq; esset. Lucilius in iij.

Verùm hîc ludus, ibi susq; deq; omnia fuerunt.
Susq; & deq; fuêre, inquam, omnia ludus iocusq;.

Illud opus durum, ut Suetonius accessimus finem.

Επὶ τὸ λοιπόν.

Id est, deinceps.

Vt aiunt montes Aetnæ omnes atq; asperi Athones.

Materfamiliâs tua in lecto.) Dupliciter accipi potest, primò ut intelligas matremfamiliâs adulteram, quę in lecto aduerso, id est, aduersi adulteri cubet. Deinde sensus ualebit quoq;, si intelligas matremfamiliâs in lecto aduerso, quæ ægrotet.

Sextantis) Qui nullius precij homo est. Est enim sextans sexta pars assis. Vsus est aũt figura loquẽdi Gręca, Græci enim hominem contẽptum significare uolẽtes, dicunt quempiam trium obulorum esse.

Setinûm fines.) Setinorum, qui populi sunt in Campania, apud quos prouenit uinum Setinũ appellatum, quod omnibus Italicis generibus Augustus Cæsar prætulit, Autor Plinius lib. 3. & 14.

Aetnæ omnes asperi.) Id est, difficillimum iter, allusione facta ad montem Aetnam, qui, ut scribit Strabo, in Sicilia usqueadeò incendijs ęstuat, ut nemo propiùs accedere queat, de quo est & apud Vergilium, Aeneid. 3. Plinius lib. 3. cap. 8 Athones autẽ pro arduis dixit, nimirùm quòd Athos mons sit in finibus Thraciæ surgens omnium altissimus lapidosissimusq;, de quo est apud Plinium libro quarto,

QVID

QVID SINT PROLETARII QVID Capite censi, quid item sit in XII. Tabulis assiduus, quæ eius uocabuli ratio sit.

CAPVT X.

Ocium erat quodã die Romæ in foro à negocijs, & læta quædã celebritas feriarũ, legebaturq; in concessu fortè complurium Ennij liber ex Annalibus tertius, in eodem libro uersus hi fuêre:

Proletarius idest, ciuis pauper.

Proletarius publicitùs scutisq;, ferroq;
Ornatur: ferro muros, urbemq;, forumq;
Excubijs curant.

Tum ibi quæri cœptum est, quid est proletarius. Atq; ego aspiciens quempiam in eo circulo ius ciuile callẽtem, familiarem meum, rogabam ut id uerbum nobis enarraret. Et cùm ille se iuris, non rei Grammaticæ peritum esse respondisset: Eò maximè, inquàm, te dicere hoc oportet, quandò, ut prædicas, es iurisperitus. Nanq; Ennius uerbũ hoc ex XII. Tabulis uestris accepit, in quibus si rectè cõmemini, ita scriptum est: Assiduo uindex assiduus esto, Proletario ciui quis uolet uindex est. Petimus igitur ne Annalẽ hũc Q. Ennij, sed XII. Tabulas legi arbitrere: & quid sit in ea lege Proletarius ciuis, interpretere. Ego, uerò, inquit, dicere atq; interpretari hoc deberem, si ius Faunorũ & Ab originũ didicissẽ. Sed enim cũ Proletarij, et Assidui & Senates, & Vates et Subuades, et uigintiqnq; asses, & taliones, futurorumq; quæstiones cũ lance & licio euanue-

Assiduo, id est, locupleti & sub sumptu militandi.

Vades, qui pollicentur de hominũ uita.

euanuerit, omnisq; illa duodecim tabularũ antiquitas nisi in legis actionibus centumuiraliũ caussarum lege Aebutia lata consopita sit: studiũ scientiamq; præstare debeo iuris, & legũ, uocumq; earũ, quibus utimur. Tum fortè quendã Iuliũ Paulũ, poëtũ memoriæ nostræ doctißimum, prætereuntẽ conspeximus. Is à nobis salutatus, rogatusq; uti de sententia, deq; ratione istius uocabuli nos doceret: Qui in plebe (inquit) Romana tenuißimi pauperrimiq; erãt, neq; amplius q̃ mille quingentûm æris in centum deferebant, Proletarij appellati sunt: Qui uerò nullo, aut perq̃ paruo ære cẽsebantur, capite censi uocabantur. Extremus aũt census capite censorũ æris fuit CCCLXXV. Sed quoniã res pecuniaq; familiaris obsidis uice pignorisq; esse apud Remp. uidebatur, amorisq; in patriã fides quædam in ea firmamentumq; erat, neq; Proletarij, neque capite censi milites, nisi in tumultu maximo scribebãtur: quia familia his aut tenuis, aut nulla esset, Proletariorũ tamẽ ordo honestior aliquãtò, & re & nomine, quàm capite censorũ fuit. Nam & asperis Reip. temporibus, cũ iuuẽtutis inopia esset, in militiã tumultuariam legebantur: armaq; ijs sumptu publico præbebantur: & nõ capitis censione, sed prosperiore uocabulo, à munere officioq; prolis edendæ appellati sunt, quòd cùm re familiari parua minus possent Remp. iuuare, sobolis tamen gignendæ copia ciuitatẽ frequentarent,

Id est, iudicijs.
Lex Aebutia.
Id est, mille & D. asses.
Capite censi.
Id est, substanciam.

capite

capite censos autē primus C. Marius, ut quidā ferunt, bello Cimbrico difficillimis Reipublicæ tēporibus uel potius, ut Sallustius ait, bello Iugurtino, milites scripsisse traditur, quum id factum antè, in nulla memoria extaret. Aßiduus in XII. tabulis, & pro locuplete, & facilè munus faciēte, dictus ab aßiduis, id est, ære dando, cùm id tempora Reipublicæ postularent: aut à muneris pro familiari copia faciendi aßiduitate. Verba autem Sallustij in historia Iugurthina de C. Mario consule, & de capite censis hæc sunt: Ipse intereà milites scribere, non more maiorum, nec ex claßibus, sed ut libido cuiusq; erat, capite censos plerosq;. Id factum alij inopia bonorū, alij per ambitionē cōsulis memorabāt, q̃ ab eo genere celebratus auctusq; erat, & homini potentiā quærēti, egētißimus quisq; opportunißimus.

Aßiduus ab aßibus.

Vindex.) Id est, assertor eius in libertatē. i. defensor.

Sanates.) Dicti sunt populi qui suprà infraq; Romā habitarunt, quod nomen his fuit cùm defecissent à Romanis, breui pòst tempore rediêre in amicitiā, quasi sanata mente. Itaq; in XII. tabulis cautum est, ut idem iuris esset Sanatibus, quod fortibus, id est, bonis qui nunquam defecerant à Romanis.

Subuades) Qui subsistūt in locum priorum uadum.

Viginti asses.) Qui pendebantur ex lege duodecim tabularum ei, cui iniuria esset facta, qua de re libro secundo tractatur.

Lex talionis.) Quæ ita habet: Si membrum rupit meum, è pacto talio est.

Lance & licio.) Istam iuris antiquitatem tangit Gellius quoq; lib. 11. cap. 18. quo loco, ut conijcio ex uerbis Sexti Pomp. pro concepta comperta legendum erit:

Centum

Centumuirales caussæ.) A centumuiris dictæ sunt, nã cũm essent triginta quinque tribus, quæ etiam Curiæ dicebantur, terni & singulis tribubus sunt electi ad iudicãdum, qui centumuiri sunt appellati: & licet quinque amplius quàm centum essent, tamen facilioris expressionis gratia centumuiri dicebantur.

HISTORIA EX HERODOTI LIBRIS sumpta de Psyllorum interitu, qui in syrtibus Africanis colebant.

CAPVT XI.

Gens in Italia Marsorum, orta fertur esse à Circes filio Marso. Propterea Marsis hominibus, quorum duntaxat familiæ cũ externis cognationibus nondum etiam permistæ corruptæq; sunt, ui quadã genitali datũ, ut serpentium uirulentorũ domitores sint, & incantationibus herbarumq; succis faciant medelarum miracula. Hac eadem ui præditos esse quosdam uidemus, qui Psylli uocantur: quorum nomina super & genere, cũ in ueteribus literis quæsissem, in quarto denuq; Herodoti libro, fabulã hanc de Psyllis inuenimus: Psyllos quondã fuisse in terra Africa, cõterminos Nasamonibus, Austrumq; in finibus eorum quodã in tempore perquã ualidũ ac diutinũ flauisse. Eo statu aquam omnem in locis, in quibus colebãt, exaruisse: Psyllos re aquaria defectos, eã iniuriam grauiter Austro succensuisse: Decretũq; fecisse, uti armis sumptis ad Austrũ, perinde quasi ad hostem, iure belli res repetitũ proficiscerentur. Atq; ita profectis, uentum Austrum magno spiritus agmine uenisse obuiam: Eoq; uniuersos cum*

Marsi.

Naturali, quã à Cicer. auitam habuerunt.

Incantat. id est, carminibus magicis

Populis Lybiæ, quorũ meminit Stephanus.

Noue, id est, destitutos

*eosq;

*tumulis *omnibus copijs, armisq́;* cumulis montibusq́; arenarū superiectis operuisse. Eo facto Psyllos ad unū omneis interisse. Itaq; eorum fines à Nasamonibus occupatos.*

A Circes filio.) Circes deæ, quam Hom. Odyss. lib. 10. Solis filiam asserit, eamq́ magicam artem potissimū cal luisse, quòd uidelicet naturali quadam herbarum uicib' immixta, socios Vlyssis ex hominibus in sues trāsforma rit, manente nihilominus ratione humana.

Eadem ui.) Id est, potentia medendi. Quorundam, in quit Plinius, hominū tota corpora prosunt, ut ex his fa milijs, quæ sunt terrori serpentibus, tactu leuant ipsos ꝑ cussos, suctu'ue medico, quorū è genere sunt Psylli, Mar siq́;, & qui Ophiogenes uocātur in insula Cypro, ex qua familia legatus Hexagon nomine, à Consulibus Romę in dolium serpentium coniectus experimenti caussa, cir cummulcentibus linguis miraculum præbuit. Signū eius familiæ est, si modò adhuc durat, uernis tēporibus odo ris uirus, atq; eorum sudor quoque medebatur, non mo dò saliua.

DE IIS VOCABVLIS, QVAE CLOATIVS Verrius, aut satis commodè, aut nimis absurdè & illepi dè, ad origines linguæ Græcæ redegit.

CAPVT XII.

CLoatius Verrius in libris, quos inscripsit Verbo rum à Græcis tractorum non pauca herclè dicit Id est, perire siue ualere, in malam partem. *curiosè & sagaciter conquisita, neq; non tamen quæ dam futilia, & friuola. Errare, inquit, dictum est ἀπὸ τοῦ ἔῤῥειν. Versumq́; infert Homeri, in quo id uerbum est ἔῤῥε κακὴ γλήνη. Et illud:*

Ἔῤῥε ἐκ νήσου θᾶσσον ἐλέγχιστε ζωόντων.

Id est, lāguere, ęgrotā *Item Hallucinari, factum scripsit ex eo, quod dicitur Græcè ἀλύειν, undè elucū quoq; esse dictum putat, a, lite-*

litera in,e,cõuersa,tarditatem quandam animi & stuporem,qui hallucinantibus plerunque usu uenit. Item Fascinum appellat quasi βάσκανον, & Fascinare esse quasi βάσκαινειν. Commodè hæc sanè omnia & condecenter. Sed in lib.4. Fenerator, inquit, appellatus est, quasi φανερότερον ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι ἐπὶ τὸ χρηστότερον, quoniam id genus hominum speciem ostentent humanitatis & cõmodi esse uideantur inopibus numos desiderantibus. Idq; dixisse ait Hypsicratem quempiã grammaticum, cuius libri sanè nobiles sunt super ijs, quæ à Græcis accepta sunt: siue hoc autem ipse Cloatius, siue nescio qui alius nebulo effutiuit, nil potest dici insulsiùs. Fœnerator enim, sicut M. Varro in lib.5. de sermone Latino scripsit, à fœnore est nominatus. Fœnus autem dictum à fœtu, & quasi à fœtura quadam pecuniæ parientis, atq; increscentis: & idcirco & M. Catonem, & cæteros ætatis eius fœneratorem sine, a, litera pronunciasse tradit, sicuti fœtus ipse, & fœcunditas appellata.

esse, dissolu- rum esse, o stupescere.

φανερότερον .i. manifest- us ostẽdi- cõmodius

ἔρρε.) Vade in malam crucem ex insula citò abiectissimè uiuentiũ, libro Odysseæ undecimo Homeri, & sunt uerba Cyclopis.

Qui hallucinantibus.) Alij hanc etymologiam tanquam uiolentam respuunt, dicuntq; magis quadrare, ut dicatur ex ad præpositione & luceo, es, ere, ut sit hallucinor quasi ad lucem nitor.

Fascinum.) id est, deceptionẽ, ex inuidia enim apud Græcos habet nomen, quòd uidelicet ex inuidia quempiam fascinemus, id est, perstringamus oculos ita, ut se putet uidere quæ non uidet, hoc enim fascinare dicitur.

QVID SIT MVNCIPIVM, ET QVID à colonia differat, & quid sint municipes, quęq; sit eius uocabuli ratio ac proprietas. Atq; inibi quòd D. Adrianus in Senatu de iure atque uocabulo municipũ uerba fecit.

CAPVT XIII.

Municipes & municipia, uerba sunt dictu facilia, & usu obuia: & neutiquàm reperias qui hæc dicat, quin scire se planè putet quid dicat. Sed profectò aliud est, aliud dicitur. Quotus enim ferè nostrũ est, qui quum ex colonia Pop. Ro. sit, non & se municipem eße, & populares suos municipes esse dicat. q est à ratione, & ueritate longè auersum? Sic adeò & municipia quid, & quo iure sint, quantumq; à colonia differãt, ignoramus: existimamusq; meliore conditiõe esse colonias, quàm municipia. De cuius opinionis tam promiscuæ erroribus D. Adrianus in oratione, quam de Italicensibus, unde ipse ortus fuit, in Senatu habuit, peritißimè disseruit: mirariq; se ostẽdit, quòd & ipsi Italicenses, & quædã item alia municipia antiqua, in quibus Vticẽses nominat, quũ suis moribus legibusq; uti possent, in ius coloniarum mutari gestiuerint. Prænestinos autem refert maximo opere à Tiberio Imperatore petisse, orasseq;, ut ex colonia in municipij statũ redigerentur. Idq; illis Tiberiũ pro referenda gratia tribuisse, quòd in eorum finibus sub ipso oppido, ex capitali morbo reualuisset. Municipes ergo sunt ciues

Qui uterentur iure Italico.

Municipes.

Ro-

Romani ex municipijs, suo iure & legibus suis utētes, muneris tantùm cum Po.Rom *honorarij participes: à quo munere capessendo appellati uidentur, nullis alijs necessitatibus, neq; ulla* Po.Ro. *lege astricti, quum nunquàm populus eorū fundus factus esset.* Primos *autem municipes sine suffragij iure, Cerites esse factos, accepimus: Concessumq; illis, ut ciuitatis* Romanæ *honorē quidem caperent, sed negocijs tamen atq; oneribus uacarent, pro sacris bello* Gallico *receptis custoditisq;.* Hinc *tabulæ Cerites appellatæ uersa uice, in quas Censores referri iubebant, quos notæ caussa suffragijs priuabant.* Sed *coloniarum alia necessitudo est.* Non *enim ueniunt extrinsecùs in ciuitatē, nec suis radicibus nituntur, sed ex ciuitate quasi propagatæ sunt, & iura, institutaq; omnia* Po.Ro. *nō sui arbitrij habent.* Quæ *tamen cōditio quum sit magis obnoxia, & minus libera, potior tamen & præstabilior existimatur, propter amplitudinē maiestatemq;* Po.Ro. Cuius *istæ coloniæ, quasi effigies paruæ, simulacraq; esse quædam uidentur: & simul, quia obscura obliterataq; sunt municipiorum iura, quibus uti iam per ignorantiā nō queunt.*

Id est, in possessionē alicuius peruenisset.

Oneribus tributi pendendi scilicet

Id est, iure suffragiorū

Id est, affinitas, propinquitas erga pop. Romanum.

Coloniæ

Proprietas.) Id est germanitas, sic Plinius.

Cerites.) A Cere oppidi nomine, unde Cerites.

Sine iure suffragij.) Id est, ita ut non haberēt ius suffragandi Romæ, quum alio munere honorario fruerentur ciuium, &c.

QVOD M. CATO DIFFERRE DIXIT properare & festinare. Et quàm commodè Verrius Flaccus uerbum quod est Festinat, interpretatus est.

CAPVT. XIIII.

Propero. Festino.

FEstinare & Properare, idem significare, atq; in eãdem rem dici uidentur. Sed M. Cato id differre existimat, eáq; hoc modo diuisa uerba sunt ipsius ex oratione, quam de suis uirtutibus habuit: Aliud est properare, aliud festinare. Qui unũ qd maturè transigit, is properat: qui multa simul incipit, neq; perficit, is festinat. Verrius Flaccus, rationẽ uolens dicere differentiæ huius: Festinat, inquit, à fando dicitur: quoniã isti ignauiores, qui nihil perficere possunt, plus uerborum quàm operæ habent. Sed id nimis coactum atq; absurdum uidetur. Neq; tanti momenti esse potest prima in utroq; uerbo litera, ut propter eam unam tã diuersa uerba, Festinare & Fari, eadem uideri debeant. Cõmodius autẽ propriusq; uisum est, Festinare, quasi fessum esse. Nam qui multis simul rebus properandis defessus est, is iam non properat, sed festinat.

QVID THEOPHRASTVS MIRVM DE perdicibus scriptum reliquerit, & quid Theopompus de leporibus.

CAPVT XV.

Eadẽ tradit Plinius cum alijs id genus multis, lib. 11. ca. 36.

THeophrastus philosophorum peritißimus, oẽs in Paphlagonia perdices bina corda habere dicit: Theopompus in Bisaltia lepores bina iecora.

AGRIPPAS. A PARTVS AEGRI ET IM prosperi uicio appellatos. Déq; ijs Deabus, quæ uocantur Prosa, & Postuerta.

CAPVT XVI.

QVorũ in naſcendo non caput, ſed pedes primi extiterãt, qui partus difficilimus ægerrimusq; habetur, Agrippæ appellati uocabulo, ab ægritudine & pedibus. Confixos eſſe autem pueros in utero Varro dicit capite infimo nixos, ſurſum pedibus elatis, nõ ut hominis natura eſt, ſed ut arboris. Nam pedes cruraq; arboris appellat ramos: caput, ſtirpem atque caudicem. Quando igitur, inquit, contra naturam fortè cõuerſi in pedes, brachijs plerunq; diductis retineri ſolent, ægriusq; tunc mulieres enituntur. Huius periculi deprecãdi gratia, aræ ſtatuæ ſunt Romæ duabus Carmentibus: quarũ altera Poſtuerta nominata eſt. Proſa altera: à recti peruerſiq; partùs & poteſtate, & nõie. Nobiles Romani qui ſi nati ſunt. V de Plin. li. 7 cap. 4.

Duabus Carmentibus.) Id eſt, duabus quæ nomen habent à Carmenta Fatidica matre Euãdri, quam ueteres Latini Deę uice in Latio colebant, cuius & Liu. meminit lib. ab urbe cond. 1. & Solinus.

QVAE RATIO VOCABVLI SIT AGRI Vaticani.

CAPVT XVII.

ET agrum Vaticanum, & eiuſdẽ agri Deum præſidem appellatum acceperamus à uaticinijs, quæ ui atq; inſtinctu eius Dei in eo agro fieri ſolita eſſent. Sed præter hanc cauſſam M. Var. in libris Diuinarum, aliam eſſe tradit iſtius nominis rationem: nam ſicut Aius, inquit, Deus appellatus, araq; ei ſtatuta eſt, quæ eſt in infima noua uia, quòd eo in loco diuinitùs uox Vaticanus ager. Aius.

edita erat: ita Vaticanus Deus nominatus, penes quem essent uocis humanæ initia. Quoniam pueri simulatq; parti sunt, eam primã uocẽ ẽdunt quæ primùm in Vaticano, syllaba est. Idcircò uagire dicitur, exprimente uerbo sonum uocis recentis.

Noue Gellius dixit.

Penes quem.) Id est, in cuius potestate, nã penes potestatem apud me, aut locum significat.

LEPIDA QVAEDAM MEMORATV ET cognitu de parte geometriæ, quę ὀπτικὴ appellatur. Et itẽ alia, quæ μετρικὴ. Et tertia itidem, quæ dicitur κανονικὴ.

CAPVT XVIII.

Id est, mensuratiua

Id est, regulatiua.

Pars quædam geometriæ ὀπτικὴ appellatur, quæ ad oculos ptinet. Pars altera, quæ ad aureis, κανονικὴ uocatur, qua Musici in fundamento artis suæ utũtur. Vtraq; harum spacijs & interuallis linearum, & ratione numerorum constat. ὀπτικὴ facit multa demirãda, id genus, ut in speculo uno imagines unius rei plures appareant. Item ut speculum in loco certo positum, nihil imaginet, aliorsum translatum faciat imagines. Item si rectius speculum spectes, imago fiat tua eiusmodi, ut caput deorsum uideatur, pedes sursum. Reddit etiam caussas ea disciplina, cur istæ quoq; uisiones fallant, ut quæ in aqua cõspiciuntur, maiora ad oculos fiant: quæ procul ab oculis sunt, minora. Κανονικὴ autem lõgitudines, & altitudines uocis emetitur. longior mensura uocis ῥυθμὸς dicitur, altior μέλος. Est & alia species κανονικῆς, quæ appellatur μετρικὴ per

Id est modulatio.

Id est, cautus.

per quam syllabarum longarum, & breuiũ, & mediocrium iunctura, & modus cõgruens cũ principijs geometriæ, aurium mensura examinatur. Sed hæc, inquit M. Varro, aut omnino non discimus, aut prius desistimus, quàm intelligamus, cur discenda sint. Voluptas autem, inquit, uel utilitas talium disciplinarum in post principijs existit, cũ perfectæ absolutæq; sunt: in principijs uerò ipsis ineptæ & insuaues uidentur.

Iũctura. proportio.
Id est, libra aurium.

Linearum.) Directarum ex oculis ad rem uisibilem, quæ res speciem suam uicissim in oculorum receptaculũ remittit. Hoc autem quoniã uarijs, & diuersis modis fit, uariè quoq; perspectiuæ artis tradũtur rationes, quę hodie extant, partim apud Boëthium, partim Carolum Bouillum.

Vt in speculo uno.) Accidit hoc mirũ tantùm in speculo concauo, in quo contingit & ab uno tantùm puncto, & à duobus, & tribus, & quatuor, minimè autem à pluribus ad eundem oculum fieri reflexionẽ. Hinc in hoc speculo possibile est eiusdem rei, & unam tantùm, & duas, & tres, & quatuor imagines apparere, minimè autem plures. Fit quoque inde, ut in speculis concauis res interdũ maiores, interdum minores appareant.

SVMPTA EX HISTORIA HERODOTI lib. I. super fidicine Arione.

CAPVT XIX.

Celeri admodùm & cohibili oratione, uocumq; filo tereti & candido fabulam scripsit Herodotus super fidicine illo Arione: Vetus, inquit, & nobilis Arion cãtator fidibus fuit. Is loco & oppido Methymnæus, terra atq; insula omni Lesbius fuit. Eum Arionẽ rex Corinthi Periander amicũ amatumq; habuit artis

Arionis fabula.
Id est, coacta
Id est, rotũda textura

gratia. Is inde à rege proficiscitur, terras inclytas Siciliam atque Italiam uisere. Vbi eò uenit, auresq; omnium mentesq; in utriusque terræ urbibus demulsit: In quæstibus istic & uoluptatibus amoribusque hominum fuit. Is tum posteà grandi pecunia & re bona multa copiosus, Corinthum instituit redire. Nauē igitur & nautas, ut notiores amicioresq; sibi, Corinthios delegit. Sed eo Corinthios homine accepto, nauiq; in altum prouecta, prædæ pecuniæque cupidos cepisse cōsilium de necando Arione. Tum illum ibi pernicie intellecta, pecuniam cæteraque sua ut haberent, dedisse: uitam modò sibi ut parcerent, orauisse. Nautas precum eius harum commiseritum esse illatenus, ut ei necem afferre per uim suis manibus temperarent: sed imperauisse, ut iam statim corām desiliret præceps in mare. Homo, inquit, ibi territus spe omni uitæ perdita, id unum posteà orauit, ut prius, quàm mortem oppeteret, induere permitterent sua sibi indumenta, & fides capere, & canere carmen casus illius sui consolabile. Feros & immanes nauitas prolubium tum audiendi subit. Quod orauerat, impetrat. Atque ibi mox de more cinctus, amictus, ornatus, stansq; in summæ puppis foro, carmen quod orthium dicitur, uoce sublatissima cantauit. Ad postrema cantus, cum fidibus ornatúque omni sicut stabat canebatq;, eiecit sese procul in profundum. Nautæ haudquaquàm dubitantes,

Id est, desiderij dicitur nouè, eo tamen nihilo minus Apuleius utitur in 4.
Foro.) Id est, in tabulas.
Orthium.) Id est, erc-

tes,

tes quin periſſet, curſum, quem facere cœperant, tenuerunt. Sed nouum, & mirum, & pium facinus contigit: Delphinum repentè inter undas adnauiſſe, & dorſo ſuper fluctus edito uectauiſſe, incolumiq; cũ corpore & ornatu, Tænarum in terram Laconicã deuexiſſe. Tum Arionem prorſus ex eo loco Corinthum petiuiſſe: talem'que Periandro regi, qualis Delphino uectus fuerat, ſeſe obtuliſſe: eiq; rem, ſicuti acciderat, narrauiſſe. Regem iſthæc parum credidiſſe, Arionem, quaſi falleret, cuſtodiri iuſsiſſe. Nauitas requiſitos, ablegato Arione, diſsimulanter interrogaſſe, ecquid audiſſent in ijs locis, undè ueniſſent, ſuper Arione. Eos dixiſſe, hominem, cùm inde irent, in terra Italia fuiſſe, eumq; illic benè agitare, & ſtudijs delectationibusq́ue urbium florere, atque in gratia pecunia'que magna fortunatum eſſe. Tum inter hæc eorum uerba, Arionem cum fidibus & indumentis, cum quibus ſe in ſalũ eiaculauerat, extitiſſe: Nautas ſtupefactos, conuictosq;, ire inficias nõ quiſſe. Eam fabulam dicere Leſbios & Corinthios: atque eſſe fabulæ argumentum, quòd ſimulachra duo ahenea ad Tænarum uiſerentur, Delphinus uehens, & homo inſidens.

ἄω, & arduum, à Græca uoce ὄρθιος quod rectũ ſignificat.

Ad poſtrema, id eſt, ad ultima carminis cum perueniſſet.

Id eſt, prope oppidum Laconiæ.

A. GEL

A. GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII.

LIBER XVII.

QVOD GALLVS ASINIVS, ET LARGIVS Licinius sententiā M. Ciceronis reprehenderūt, ex oratiōe quā dixit pro M. Cęlio: & quid aduersus homines stolidissimos pro eadē sententia uerè dignè q; dici possit.

CAPVT I.

Vt Anaxagoras & Epicurus, & Lucianus, qui omnes Deos negarunt, et animā mortalem constituere.



T quidam fuerunt, monstra hoīm, q̄ de Dijs mortalibus impias falsasq; opiniones prodiderunt: ita nonnulli tam prodigiosi, tamq; uecordes exstiterunt (in quibus sunt Gallus Asinius, & Largius Licinius, cuius liber etiam fertur infando titulo Ciceromastix) ut scribere ausi sint, M. Ciceronem parum integrè, atq; impropriè, atq; inconsideratè locutum. Atq; alia quidem quæ reprehenderunt, neq; dictu neq; auditu digna sunt. Sed etenim hi in hoc, quo sibimetipsis præter cætera esse uisi sunt uerborum pēsitatores subtilißimi, cedo quale id sit cōsideremus.

Gall^9 Asin. Qui & in Liuio, ut cē set Fab. in 8. Patauinitatem quandā deprehēdit, id est, uicium patrij soli.

M. Cicero pro M. Cælio ita scripsit: *Nam quod obiectum est de pudicitia, quodq; oīm accusatorum, non criminibus, sed uocibus maledictisq; celebratum est, id nunq̄ tam acerbè feret M. Cælius, ut eam pœniteat nō deformem esse natum.* Non existimant uerbo proprio esse usum, q ait: *Pœniteat:* atq; id propè ineptum etiā

Vt displiceat ei quod sit formosus natus.

Pœnitere.

esse dicunt. Nam Pœnitere, *inquiunt, tum dicere solemus, cùm quæ ipsi fecimus, aut quæ de nostra uoluntate, nostroq; consilio facta sunt, ea nobis pòst incipiunt displicere, sententiamq; in ijs nostram demutamus.* Neminem *autẽ rectè ita loqui, pœnitere sese ꝙ natus sit, aut pœnitere ꝙ mortalis sit, aut ꝙ ex offenso fortè, uulneratoq; corpore, dolorẽ sentiat: quando istiusmodi rerum nec consilium sit nostrum, nec arbitrium, sed ea ingratis in corporibus nostris, ui ac necessitate naturæ nobis accidant.* Sicut *herclè, inquiunt, non uoluntariũ fuit* M. Cælio *quali forma nasceretur, cuius eum dixit non pœnitere: tanquã in ea caussa res esset, ut rationẽ caperet pœnitendi.* Est *hæc quidem, quam dicũt, uerbi huiusce sententia, &* Pœnitet, *nisi in uoluntarijs rebus, non probè dicitur: tametsi antiquiores uerbo ipso, alio quoque modo usitati sunt, &* Pœnitet *ab eo, quod est* Penè, *& à* Pœnuria *dixerũt.* Sed *id aliorsum pertinet, atq; alio loco dicetur.* Nunc *autẽ sub hac eadẽ significatione, quæ uulgò nota est, non modò ineptũ hoc nõ est, ꝙ* M. Cicero *dixit, sed festiuissimum adeò, & facetissimum est.* Nam *cùm aduersarij & obtrectatores* M. Cælij, *quoniam erat pulchro corpore, formã eius & faciem in suspiciones impudicitiæ accerserent: illudens* Cicero *tam absurdam criminationem, ꝙ formam, quã natura fecerat, uicio darent, eodẽ ipso errore, quem illudebat, sciens usus est, &* Non pœnitet, *inquit,*

Vt sit pœnitet, quasi parum mihi uidetur, quomodo Terentius in seipsum excrucuante, Me quantũ hic laboris sit pœnitet, Id est, parũ mihi uidetur omne quod hîc laboratur.

inquit, M. Cælium nõ deformem eſſe natũ:ut uel hac ipſa re, q ita dicebat, opprobraret aduerſarijs, ac per facetias oſtentaret, facere eos deridiculum, quòd perinde Cælio formam crimini darent, quaſi arbitriũ eius fuiſſet, quali forma naſceretur.

VERBA QVAEDAM EX Q. CLAVDII Annalium primo, curſim in legendo notata.

CAPVT II.

CVm librum ueteris ſcriptoris legebamus, conabamur poſteà memoriæ uegetandæ gratia indipiſci animo, ac recẽſere, quæ in libro eo ſcripta eſſent in utraſq; æſtimationes, laudis, aut culpæ admotamentis digna. Eratq; *hoc ſanè quàm utile exercitium ad conciliandas nobis, ubi ueniſſet uſus, uerborum ſententiarumq; elegantium recordationes.* Velut *hæc uerba ex* Q. *Claudij primo* Annali, *quæ meminiſſe potui, notaui, quẽ librum legimus biduo proximo ſuperiore.* Ar*ma, inquit, pleriq; abijciunt, atq;* + *inermi inlatebrant ſeſe.* Ibi *inlatebrant uerbum poëticum uiſum eſt, ſed non abſurdum neq; aſperum:* Ea, *inquit, dum fiunt,* La*tini ſubnixo animo: quaſi ſublimi, & ſupra nixo uerbum penè ſignificans & non fortuitum, demonſtratq; animi fortitudinem, fiduciamq;: quoniam quibus innitimur, ijs quaſi erigimur attollimurq;.* Domus, *inquit, ſuas quẽq; ire iubet, & ſua omnia fruiſci.* Rarius *quidem fuit in ætate* M. Tullij, *ac deinceps infrà rariſsimum: dubitatumq; eſt ab imperitis antiquitatis, an* La*tinum*

+inermes Inlatebrant Id eſt, audax. Id eſt, confirmato. Id eſt, caſibus obiectũ.

tinum foret. Non modò autem Latinum, sed iucundius amœniusq; etiam uerbum fruiscor factum est, quàm fruor: & ut fatiscor à fateor, ita fruiscor factum est à fruor. Q. Metellus Numidicus, qui castè pureq; lingua usus Latina uidetur, in epistola, quã exul ad Domitios misit, ita scripsit: illi uerò omni iure atq; honestate interdicti: Ego neq; aqua, neq; igni careo, & summa gloria fruiscor. Næuius in Attellana, quæ Partus inscripta est, hoc uerbo ita utitur: Fatiscor, id est, aperio, hio.

Quod magnoperè quæsierũt, id fruisci non queũt.

Qui non parsit, apud se fruitus est.

Et Romani, inquit, multis armis & magno commeatu, prædaq; ingenti copiantur. Verbum castrense est, nec facilè id reperias apud ciuilium caussarum oratores: exq; eadẽ figura est, qua Lignantur, & Pabulãtur, & Aquantur. Sole, inquit, occaso: Sole occaso, nõ insuaui uenustate est, si quis aurem habeat non sordidam, nec proculcatã. In XII. autem tabulis uerbũ hoc ita scriptum est: Ante meridiem caussam conscito, cùm perorant ambo præsentes. Post meridiem præsenti litem addicito: Si ambo præsentes, sol occasus, suprema tempestas esto. Nos, inquit, in medium relinquemus: Vulgus, In medio, dicit. Nam uicium isthuc putãt, si dicas: In mediũ ponere, id quoq; esse σόλοικον putãt. Et tamen probabilius significantiusq; sic dici uidebitur, si quis ea uerba non incuriose introspiciat. Græcè quoq;

In copias struuntur, uel abundat

Id est, lina parant

Id est, caussas agunt.

In medium relinquere

Id est, in medium ponere. Pugnatum in Gallos.

θεῖναι εἰς μέσον uicium id non est. Postquam nunciatum est, inquit, ut pugnatum esset in Gallos, id ciuitas grauiter tulit. In Gallos, mundius subtiliusque est, quàm cum Gallis, aut contra Gallos: Nam pinguiora hæc, obsoletioraque sunt. Simul, inquit, forma, factis, eloquentia, dignitate,

Id est, magnum apparatum.

In uiaticum, quodcunque id fuerit, quo utimur in itinere.

acrimonia, confidentia pariter præcellebat, ut facilè intelligeretur magnum uiaticum: Magnum uiaticum, pro magna facultate, & paratu magno, nouè positum est. Videturque Græcos secutus, qui ἐφόδιον sumptum uiæ ad aliarum quoque rerum apparatus traducunt, ac sæpè ἐφόδιον pro eo dicunt, quod est, institue & instrue. Nam Mar. inquit Manlius, quem Capitolium seruaße à Gallis suprà ostendi, cuiusque operam cum M. Furio Dictatore apud Gallos cumprimè fortem atque exuperabilem

Cumprimè.

Resp. sensit, is & genere, & ui, & uirtute bellica nemini concedebat. Apprimè crebrius est, Cumprimè rarius, traductumque ex eo est, quod Cum primis dicebant, pro quo est, In primis. Nihil sibi, inquit, diuitias opus esse.

Opus sibi diuitias.

Nos diuitijs dicimus, & uicium hoc orationis nullum est: ac ne id quidem est, quod figura dici solet. Recta enim isthæc oratio est, & ueteres complusculi ita dixêre. Nam ratio dici potest, cur rectius sit Diuitijs opus esse, quam Diuitias: nisi qui Grammaticorum noua instituta, ut τεμένων ἱερὰ obseruant. Nam hæc, inquit, maximè uersatur Deorum iniquitas, quòd deteriores sunt incolumiores: neque optimum quempiam inter nos

Templa sacranorum.

sinunt

sinunt diurnare. Inusitatè dixit Diurnare, *pro diu uiuere: sed ex ea figura est, qua dicimus* Perennare. *Cum his inquit, consermonabatur:* Sermonari, *rusticiùs uidetur, sed rectiùs.* Sermocinari *crebriùs est, sed corruptiùs. Sese, inquit, ne id quoq;, quod tum suaderet, facturum esse.* Ne id quoq;, *dixit pro* Ne id quidem: *infrequens nunc in loquendo, sed in libris ueterũ creberrimum.* Tanta, *inquit, sanctitudo fani est, ut nunquam quisq̃ uiolare sit ausus.* Sanctitas *quoq; &* Sanctimonia, *non minùs Latinè dicũtur, sed nescio quid maioris dignitatis est uerbum* Sanctitudo. *Sicuti* Marcus Cato *in* L. Veturium, Duritudinem, *quàm* Duriciem *dicere grauiùs putauit: Qui illius, inquit, impudentiã norat, & duritudinẽ. Cùm tãtus, inquit, arrabo penes Samnites* Po. Ro. *esset.* Arrabonem *dixit* DC. *obsides: & id maluit, quàm* Pignus, *dicere: quoniã uis huius uocabuli in ea sentẽtia grauior acriorq; est. Sed nũc* Arrabo *in sordidis uerbis haberi cœptus, ac multò rectiùs uidetur* Arra. *Quanquàm* Arram *quoq; ueteres sæpè dixerint. Et complureis, inquit, in laboribus miserrimas uitas exegerunt. Et hic motus in ocijs, inquit, consumptus.* Elegantia utrobiq; ex multitudinis numero quæsita est. *Cominius, inquit, qua ascẽderat, descẽdit, atq; uerba Gallis dedit. Verba Cominium dedisse Gallis dicit, qui nihil quicquã cuiquam dixerat. Neq; enim cũ Galli qui capitoliũ obsidebãt, ascẽdentẽ, aut descẽden-*

Diurnare

Rustici⁹ est hoc aliquãto, ꝑpthereã ꝙ simplici⁹ à primitiuo sermõe deriuat, sermocinari autẽ lõgiùs & coactiùs.

Sanctitudo. Duritudo.

Arra uel arrabo pign⁹ ob certitudinẽ alicuius contractus, q̃d datur dici potest.

Obsides q̃si obsides, q̃d uidelicet ob fidẽ seruandam dãtur.

Verba dedit.

tem.

tem uiderāt. Sed Verba dedit, haud secùs posuit, quàm si tu dicas: Latuit atq; obrepsit. Conualles, inquit, & arboreta magna erant. Arboreta ignobilius uerbū est, Arbusta celebratius. Putabant, inquit, eos, qui foras atq; qui in arce erāt, inter se commutationes & consilia facere. Commutationes, id est, collationes cōmunicationesq;, inusitatè dixit, sed non herclè inscitè, nec inelegāter. Hæc ego pauca interim super eo libro quorum memoria post lectionem suppetierat mihi, notaui in sermonibus fortè, quos de Tēporibus rerum ad usus hominum repertarum agitabamus.

Arboretum Arbustum.

Commutationes.

VERBA M. VARRONIS EX LIBRO quinto & XX. humanarum, quibus contra opinionem uulgariam interpretatus est Homeri uersum.

CAPVT III.

Arx Priami appellata fuit.

ADolescēs quispiam non indoctus, sparti, quoq; usum in terra Græcia diu incognitū fuisse dixit, multisq; post illum captum tempestatibus ex terra Hispania aduectum. Riserunt hoc ad illudendum, ex ijs, qui ibi aderant, unus atq; alter, malè homines illiterati: quod genus Græci ἀγοραίους appellant: atq; eū, qui id dixerat, librum legisse Homeri aiebant, cui uersus hic fortè deesset:

In quo fit mentio Sparti.

Ϗ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν, καὶ σπάρτα λέλυνται.

Tum ille prorsus irritatus: Non, inquit, in eo libro uersus, sed uobis planè magister defuit, si creditis in eo uersu Sparta id significare, q̄ nos Spartū dicimus. Maiorem

iorem enimuerò illi risum subijciũt:neq; id destiterũt, nisi liber ab eo prolatus esset M. Varronis uicesimusquintus humanarũ,in quo de isto Homeri uersu à Varrone ita scriptũ est:Ego Sparta apud Homerũ nõ plus Spartũ significare puto,quàm σπάρτυς,qui dicuntur in agro Thebano nati. In Græcia sparti copia modò cœpit esse ex Hispania. Neq; ea ipsa facultate usi Liburni,sed hi plerasq; naues loris suebant,Græci magis cannabo & stuppa cæterisq; satiuis rebus, à quibus σπάρτα appellabant.Quod quũ ita Varro dicat:dubito herclè an posterior syllaba in eo uerbo,quod apud Homerũ est,acuenda sit:nisi quia uoces huiuscemodi, cùm ex communi significatiõe in rei certæ proprietatem concedunt,diuersitate accentuũ separantur.

Populi adiacentes interiori sinui maris Adriatici.

Qm̃ uerbalia noĩa in τος coniugatiõe Græcorũ deducta, gñaliter in ultima sylla ba acuũtur.

ἀγοραῖοι.)Scurriles circulatores,circũforaneos,à Græca dictione ἀγορά,q̃d forũ significat,unde Latini huiusmodi leues homines & ridiculos,circũforaneos uocãt.

καὶ δὴ δοῦρα &c.) Atq; ligna putruerunt nauium, & sparta,id est,funes nautici soluti sunt. Verba sunt Agamemnonis secundo Iliados, fugam hortantis.

Qui dicuntur in agro &c.) Cũ quibus Cadmus Thebanus in Laconiam profectus,regioni illi nouum dedit nomen,uidelicet ut Sparta diceret,unde incolę Spartiatæ dictæ sunt, autore Steph.

Stuppa) Quod lini genus esse quoddam dicitur.

Satiuis.) Id est,quæ seruntur.

Appellabant. Scilicet nauium.

σπάρτα.) Sata,sic enim doctissimus Plin. eundem hũc Homeri locũ exposuit lib 19 ca. 1. Etenim de lini generibus loquẽs sic ait: Hinc fuisse & nauiũ armẽta, apud eũdem interpretati sunt eruditiores:quoniam cùm sparta

dixit, significauerit fata. Nimirum origo sumpta est à Græco uerbo ἀπίζω, quod fero significat, unde nomē uerbale πάρτος, quod fatus uel fatuus appellatur. Vnde Homerus in neutro genere pluratiuo numero ἀάρτα dixit.

QVID MAENANDER POETA PHILEMONI poëtæ dixerit, à quo sæpè indignè in certaminib' comœdiarum superatus est. Et quod sępissimè Euripides in tragedia ab ignobilibus poëtis uictus est.

CAPVT IIII.

Id ē, studijs partium suarum.

MAEnander à Philemone nequaquā pari scriptore in certaminibus comœdiarum, ambitu gratiaq; & factionibus sæpenumerò uincebatur: eum cùm forte habuisset obuium: Quæso, inquit, Philemon bona uenia, dic mihi, cùm me uincis, nō erubescis? Euripidē quoq; M. Varro ait, cùm quinq; & septuaginta tragœdias scripserit, in quinq; solis uicisse, quū cum uincerēt aliquot Poëtæ ignauißimi. Mænandrū autem alij centum & octo, partim centum & nouem comœdias reliquisse ferunt. Sed Apollodori scriptoris celebratißimi, hos de Mænandro uersus legimus in libro, qui in Chronica inscriptus est:

Quinquaginta quatuor comœdias Philemon edid. isse dicitur, autore Suida.

Triginta scilicet Apollodori recēsentur à Suida & Poëtę Tragici, & Comici.

κηφισιεὺς ὢν, ἐκ Διοπείθους πατρὸς,
πρὸς τοῖς ἑκατὸν πέντε γράψας δράματ' ἐξ-
έλιπε, πεντήκοντα καὶ δυοῖν ἐτοῖν.

Ex istis tamē centum & quinq; omnibus, solis eū octo uicisse, idem Apollodorus in eodem libro scripsit.

M. Varro.) Scilicet in libro de Poëtis. Apud Suidam alius est numerus in uita Mænandri, nisi fortè numerorum signa in Græco codicè corrupta sint.

Chronica.) Id est, ad suppotationē temporum pertinen-

nentia, siquidē χρόνος tēpus est, inde χρόνικος tēporalis,

Κηφισιεὺς ὤν, ἐκ &c. Id est, Cephisiēsis existēs, id est, ex uico Attico, cui nomē est Cephisia, ex Diopeto patre ad centum quinque scribens fabulas deficit.

ἔξ ἔλιπε.) Id est, mortuus est quinquaginta & duorum annorum.

NEQVAQVAM ESSE VERVM QVOD minutis quibusdam rhetoricæ artificibus uideatur M. Cice. in lib. quē de Amicitia scripsit, uicioso argumēto usum ἀμφισβητούμενον ἀντὶ ὁμολογουμένου posuisse: totumque id consideratius tractatum exploratumque.

CAPVT T.

Cicero in dialogo, cui titulus est, Lælius, uel de Amicitia, docere uolens, amicitiā non spe, expectationeque utilitatis, neque precij mercedisque caussa colendam: sed quod ipsa per sese plena uirtutis honestatisque sit, expetendam deligendamque esse, etiam si nihil opis, nihilque emolumenti ex ea percipi queat: hac sentētia, atque his uerbis usus est, eaque dicere facit C. *Lælium sapientem uirum, qui Pub. Africani fuerat amicißimus: Quid enim Africanus indigens mei? Ne ego quidē illius. Sed ego admiratione quadam uirtutis eius, ille uicißimi opinione fortasse nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit: auxit beneuolētiam consuetudo. Sed quanquam utilitates multæ & magnæ consecutæ sunt: non sunt tamen ab earum spe caussæ diligendi profectæ. Vt enim benefici liberalesque sumus, non ut exigamus gratiam (neque enim beneficiū fœneraremur, sed natura propensi ad liberalitatem sumus) sic amici*

tiam nō spe mercedis adducti, sed quod omnis eius fructus in ipso amore inest, expetendā putamus. Hoc cùm legeretur in cœtu fortè hominum doctorum, rhetoricus quidam sophista utriusq; linguæ callēs haud sanè ignobilis, ex istis argutulis & minutis doctoribus, qui τεχνικοὶ appellantur, atq; in differendo tamen non impiger, usum esse existimabat argumēto M. Tullium nō probo, neq; ἀποδεικτικῷ: sed eiusdē quæstiōis, cuius esset ea ipsa res, de qua quæreretur. Verbisq; id uitiū Græcis appellabat, quod accepisset ἀμφισβητούμενον, ἀντὶ ὁμολογουμένου. Nam beneficos, inquit, & liberales sumpsit ad confirmandū id, quod de amicitia dicebat: quū ipsum illud & soleat queri, & debeat, quisquis liberaliter & benignè facit, qua mēte, quóue consilio benignus liberalisq; fit. Vtrum, quia mutuam gratiam speret, & eum, in quē benignus sit, ad parem curam sui prouocet, quod facere plerią; omnes uidentur: An, quia natura sit beneuolus, benignitasq; eū per sese ipsa & liberalitas delectet, sine ulla recipiēdæ gratiæ prouocatione; quod est omniū fermè rarißimum. Argumenta aūt censebat, aut probabilia esse debere, aut perspicua, & minimè cōtrouersa. Idq; ἀπόδειξιν uocari dicebat, cùm ea, quæ dubia, aut obscura sunt, per ea quæ ambigua nō sunt, illustrātur. Atq; ut ostēderet, beneficos liberalesq; ad id, quod de amicitia quæreretur, quasi argumentū exēplum ue sumi non oportere:

Callens linguæ.

re: Eodē, inquit, simulachro, & eadē rationis imagine, amicitia inuicē pro argumēto sumi potest, si quis affirmet homines beneficos liberalesq; esse debere, non spe aliqua cōpendij, sed amore & studio honestatis. Poterit enim cōsimiliter ita dicere: Nanq;, ut amicitiā non spe utilitatis amplectimur: sic benefici liberalesq; non gratiæ recipiēdæ studio esse debemus. Poterit sanè, inquit, ita dicere: Sed neque amicitia liberalitati, neq; liberalitas amicitiæ præbere argumētum potest, quum de utroq; pariter quæratur. Hæc ille rhetoricus artifex dicere quibusdā uidebatur peritè & sciēter: sed uidere licet, eū uocabula rerū uera ignorauisse. Nam beneficum & liberalē Cicero appellat, ita ut Philosophi appellandū esse cēsent, nō eū, qui, ut ipse ait, beneficia fœneratur, sed qui benignè facit nulla tacita ratiōe ad utilitates suas redundāte. Non ergo obscuro, neq; ambiguo argumēto usus est: sed certo, atq; perspicuo. Siquidē qui uerè beneficus liberalisq; est, qua mente benè aut liberaliter faciat, non quæritur. Alijs enim longè nominibus appellandus est, cùm & talia facit, sui potiùs, quàm alterius iuuandi caussa facit. Processisset autem argutatori isti fortasse reprehensio, si Cicero ita dixisset: Vt enim beneficè liberaliter quę facimus, nō ut exigamus gratiam: uideretur enim beneficè facere, etiam in nō beneficum cadere posse, si id per aliquam circumstantiam fieret, non per ipsam perpetuæ Beneficus, & liberalis.

benignitatis constantiam. Sed quum beneficio liberalesq; dixerit, neq; aliusmodi isti sunt, quàm cuius esse eos suprà diximus, illotis (quod aiũt) pedibus & uerbis reprehendit doctißimi hominis orationem.

Illotis pedibus.) Huic iudicio uulgi non statim applaudẽdum est, sed quod quisq; doctissimus decernit: quod uidelicet minuta illa artis præcepta tantùm docere queant, præstare autẽ facultatem uel benè scribendi, uel rectè loquẽdi non queant. Est autem τέχνη, id est ars. Iam uerò apud Platonẽ in Gorg. Socrates multis modis probat, benedicẽdi scientiam, quàm rhetoricam uocant, latissimis finibus circumscribi, utpotè in quibus orbis ille coniunctim disciplinarum cõtineatur, quam sententiam deindè M. Cicero latiùs quoq; expressit lib. 1. de Oratore, & Fabius post Ciceronem.

FALSVM ESSE QVOD VERRIVS FLACcus in librorum secundo, quos de Obscuris Marci Catonis composuit, de seruo receptitio scriptum reliquit.

CAPVT VI.

Qua phibebãtur filię à solida hęreditate, cuius meminit & M. Cicero in dialogo de Senectu. Recepticius seruus. id ẽ, rursus acceptus.

MArcus Cato Voconiam legem suadens, uerbis hisce usus est: Principiò nobis *mulier magnã in dotẽ attulit, tũ magnã pecuniam recipit, quam in uiri potestate non committit: eam pecuniã uiro dat mutuam: posteà, ubi irata facta est, seruum recepticium sectari atq; flagitare uirum iubet.* Quærebatur, Seruus *recepticius* quid *esset*. Liberi statim *quæsiti, allatiq; sunt* Verrij Flacci *de* Obscuris *Catonis.* In libro *secundo scriptum inuentum est:* Recepticiũ *seruum dici nequam, & nulli precij: qui cùm uenũ esset datus, redhibitus ob aliquod uicium, receptusq; sit:* Propterea, *inquit,*

inquit, seruus eiusmodi sectari maritum, & flagitare pecuniam iubebatur, ut eo ipso dolor maior, & contumelia grauior uiro fieret, quòd eũ seruus nihili, petendæ pecuniæ caussa cõpellaret: Cum pace autẽ, cumq; uenia istorũ, si qui sunt, qui Verrij flacci autoritate capiuntur, dictum hoc sit. Recepticius enim seruus in ea re, quam dicit Cato, aliud omnino est, q̃ Verrius scripsit: atq; id cuiuis facile intellectu est. Res enim proculdubiò sic est. Quando mulier dotem marito dabat, tum quæ ex suis bonis retinebat, neq; ad uirũ transmittebat: ea recipere dicebatur. Sicuti nũc quoq; in uenditionibus quæ excipiuntur, neq; ueneunt. Quo uerbo Plautus quoq; in Trinumo usus est, in hoc uersu:

Posticulum hoc recepit, cùm ædes uendidit.

Particulam quandam, quæ post eas ædeis erat, nõ uendidit, sed retinuit. Ipse etiam Cato mulierem demonstrare locupletem uolens: *Mulier, inquit, & magnam dotem dat, & magnam pecuniam recipit:* Hoc est, & magnam dotẽ dat, & magnam pecuniã retinet. Ex ea igitur re familiari, quam sibi dote data retinuit, pecuniam uiro mutuã dat. Eam pecuniam cùm uiro fortè irata repetere instituit, apponit flagitatorẽ seruũ recepticium, hoc est, proprium seruum suum, quem cum pecunia reliqua receperat, neq; dederat doti, sed retinuerat Non enim seruo mariti imperare hoc mulierẽ fas erat, sed proprio suo. Plura dicere, quibus hoc no- Seruus recepticus,

strum tuear, supersedeo. Ipsa enim sunt per sese euidētia, & quod à Verrio dicitur, & quod à nobis. Vtrum ergo uidebitur cuiq; uerius, eo utatur.

Recepticiū sectari.) Id est, quē quoq; reseruauit sibi in suis bonis. Flagitare) Id est, importunè petere.

VERBA HAEC EX ATINIA LEGE: Quod surreptum erit, eius rei æterna autoritas esto. P. Nigidio & Q. Scæuolæ uisa esse non minùs de præterito furto, quàm de futuro cauisse.

CAPVT VII.

Atinia lex, id est, condictio illa furtiua cū principe ipso nō intermoritur, sed in heredē q̄q; competet.

Legis ueteris Atiniæ uerba sunt: Quod surreptū erit, eius rei æterna autoritas esto. Quis aliud putet in hisce uerbis, q̄ de tēpore tantùm futuro legē loqui. Sed Q. Scæuola patrem suum, & Brutum, & Manilium uiros apprimè doctos quæsisse ait, dubitasseq́;, utrum'ne in pòst facta modò furta lex ualeret, an etiā in antè facta: quoniam quod surreptum erit, utrunque tempus uideretur ostēdere, tam præteritum quàm futurum. Itaq; P. Nigidius ciuitatis Romanæ doctißimus, super dubitatione hac eorum scripsit in xxiiij. Commentariorum Grammaticorum. Atq; ipse quoq; idem putat incertam esse temporis demonstrationem. Sed angustè perquàm & obscurè disserit, ut signa rerum ponere uideas ad subsidiū magis memoriæ suæ, q̄ ad legētium disciplinam. Videbatur tamen hoc dicere:

Esse & erit.

Verbum Esse & Erit, quādo per sese ponuntur, habēt atq; retinēt tempus suum. Cùm uerò præterito iungun tur, uim tēporis sui amittūt, & in præteritū cōtendūt.

Cùm

Cùm enim dico, In campo eſt, In comitio eſt, tẽpus inſtans ſignifico. Itẽ cùm dico, In campo erit, tẽpus futurum demonſtro. At cùm dico: Factũ eſt, Scriptum eſt, Subreptum eſt: quanquã Eſt uerbum tẽporis ſit præſentis, confunditur tamẽ cum præterito, & præſens eſſe deſinit. Sic igitur, inquit, etiã iſtud, ꝙ in lege eſt, ſi diuidas ſeparesq́; duo uerba hæc, Subreptũ & Erit, ut ſic audias, Subreptum tanquàm Certamẽ erit, aut Sacrificium erit: tum uidebitur in pòſt futurum loqui. Si uerò copulatè permiſteq́; dictum intelligas, ut Subreptũ erit, non duo, ſed unũ uerbũ ſit: idq́; unica patiendi declinatione fit. tum hoc uerbo nõ minùs præteritũ tempus oſtenditur, quàm futurum.

IN SERMONIBVS APVD MENSAM Tauri Philoſophi quæri agitariq́; eiuſmodi ſolita: cur oleum ſæpè & facilè, uina rariùs congelaſcant, acetum haud ferè unquàm: & cur aquæ fluuiorum fontiumq́; durentur, mare gelu non duretur.

CAPVT VIII.

PHiloſophus Taurus accipiebat nos Athenis cœna plerũq;, ad id dici ubi iam ueſperauerat. Id enim eſt tempus iſthic cœnandi frequens. Eius cœnæ fundus & fundamentum omne erat in olla una lentis Aegyptiæ & cucurbitæ inibi minutim cæſæ. Ea quodã die, ubi paratis & expectãtibus nobis allata atq; impoſita menſæ eſt, puerum iubet Taurus oleum in ollã indere. Erat is puer genere Atticus, ad annos maximè natus octo, feſtiuiſsimus, ætatis & gentis argutijs ſcatens.

Veſperauerat.

Lentis, inqt Pli. duo gña ſunt in Aegypto: alterũ rotũdius ni griusq́; alterũ ſua figura, inuenio

Guttum

apud autores æquanimitatẽ fieri uescentibus ea libro 18. ca.12.

Guttum Samium oretenus imprudens inanẽ, tanquàm si inesset oleum, affert, conuertitq; eum: & (ut solitum est) circumegit per omnẽ partem ollæ manum, nullum inde ibat oleum. Aspicit puer guttum atrocibus oculis stomachabundus, & concussum uehemẽtiùs iterum in ollam uertit. Idq; cùm omnes sensim atq; summissim rideremus, tũ puer Græcè, & id quidẽ perquàm Attice, μὴ γελᾶτε, *inqt,* ἔνι τὸ ἔλαιον, ἀλλ' οὐκ ἴσε οἵα φρὶκη περὶ τὸ ὄρθρον γέγονε τήμερον κεκρυστάλλωται. *Verbero, inquit ridẽs Taurus, nònne is curriculò atq; oleum petis? Sed cùm puer foras emptum isset, nihil ipse ista mora offensior. Olla, inquit, oleo indiget, & (ut uideo) intolerandũ feruet: cohibeamus manus, atq; intereà, quoniam puer nunc admonuit solere oleũ congelascere, consideremus quidẽ, cur oleũ sæpè & facilè stet, uina rarẽter congelascant. Atq; aspicit me, & iubet, quid sentiam, dicere. Tum ego respondi, coniectare me uinũ idcircò minùs citò coalescere, quòd semina quædam caloris in sese haberet, essetq; natura ignitus, ob eam rem dictum esse ab Homero* αἴθοπα οἶνον, *nõ (ut alij putarent) propter colorem. Est quidẽ (inquit Taurus) ita ut dicis: nam fermè conuenit, uinum ubi potũ est, calefacere corpora. Sed non secùs oleũ quoq; calorificum est, neq; minorẽ uim in corporibus calefaciẽdis habet. Ad hoc, si isthæc, quæ calidiora sunt, difficiliùs gelu cogũtur: cõgruẽs est, ut quæ frigidiora sunt,*

Macro. li. 7. ca. 12. Nam αἴθω feruco significat & uro, indè autor est Suida, quòd naturã calefaciẽdi habet, & proptereà aspectu igneo quod uidet αἴθοπις dicitur.

sunt, facilè cogantur. Acetū autem omniū maximè frigorificum est, atq; id nūquam tamen concrescit. Num igitur magis causa oleo coaguli celerioris in leuitate est: faciliora enim ad coëundū ideo uidētur, quæ leuatiora leuioraq; sunt. Præterea id quoque ait quæri dignum, cur fluuiorū & fontiū aquæ gelu durentur, mare omne incongelabile sit: tametsi Herodotus, inquit, historiæ scriptor, contra omniū fermè, qui hæc quæsiuerūt, opinionē, scribit mare Bosphoricū, quod Cimmeriū appellatur, earumq; partium mare omne quod Schyticū dicitur, gelu stringi & consistere. Dum hæc Taurus, intereà puer uenerat, & olla deferbuerat, tempusq; esse cœperat edendi & tacendi.

Et cucurbitæ.) De quibus uide Pli. lib. 19. ca. 5.

Gentis argutijs.) Cuius generis uernaculus sermo pꝛæ cæteris Græciæ gentis purus, lepidus, & festiuus semper existimatus est, adeò ut q elegantissimè loqueretur Græcè, is Atticè diceretur loqui, undè & Xenophon ille suauissimus scriptor Attica musa dictus.

Guttum Samium.) Vasa ore angusto facta ita ut liquor guttatim, inde effluat, gutta sunt dicta, sic Marcus Varro de lingua Latina. Porrò Samia dicuntur, ꝙ in insula Samo ex eius regionis terra confingantur, de quibus loquitur Plinius lib. 35.

Perq̄ Atticè.) Quoniam est in his uerbis natiuus quidam Atticismus, non possunt satis commodè uerti, in uerbo uerò τήμερον peculiaris quædam gratia ex literæ mutatione est, cōmunis enī lingua σήμερον dicit. Corinthius de linguarū uarietate, & Plutarchus in Homerum scribens, sunt autores.

Vina rarētercongelascant.) Alexander Aphrodisiensis Peripateticus in problematis sic quærit, cur oleum

& aquæ

& aqua sæpè & facilè gelu duretur: uinũ acetũ parũ aut rarẽtur aut nunquã congelascant? Quoniã, inquit, nulla in eo exuperat qualitas, sed medio potiùs constat tẽperamento, refrigerari ob eam rem citò non potest, atq; adeò uehemẽter ut stringatur & cõsistat: aqua quia frigida est, faciliùs seipsa frigidior redditur, itaq; gelascit. At garum, quia tenue & calidũ est, idcircò minùs perriget, & uinum quoq; eadem illa de caussa potest resistere: acetum uerò quia partibus tenuissimis constat, incongelabile est. Hęc Alexander. Porrò de mari non gelascente caussa forsan fuerit, quòd sit salsum omne mare, salis autẽ natura mirificè calefacit, adeò ut constet salsamenta, non facilè gelu concrescere. Itaq; quòd aliud mare concrescit alio celeriùs, iuxta Herodoti sententiam, hinc est quòd aliud alio minùs est salsum.

DE NOTIS LITERARVM QVAE IN C. CAEsaris epistolis reperiũtur, deq; alijs clandestinis literis ex ueteri historia petitis, & quid σκυτάλη sit Laconica.

CAPVT IX.

Libri sunt epistolarum C. Cæsaris ad C. Oppium, & Balbum Cornelium, qui res eius absentis curabant. In his epistolis quibusdam in locis inueniũtur literæ singulariæ, sine coagmẽtis syllabarũ, quas tu putes positas inconditè. Nam uerba ex his literis confici nulla possunt. Erat autẽ conuentum inter eos clandestinum, de commutando situ literarum, ut inscriptio quidem alia aliæ locũ & nomẽ teneret: sed in legẽdo locus cuiq; suus & potestas restitueretur. Quænam uerò litera pro qua subderetur, antè ijs (sicuti dixi) complacebat, qui hanc scribendi latebram parabant. Est adeò Probi Grammatici commentarius, satis curiosè factus

Id est, hãc latentẽ & occultã significationẽ literarum.

fictus de occulta literarum significatione epistolarum C. Cæsaris scriptarum. Lacedæmonij autem ueteres, cùm dißimulare & occultare literas publicè ad impetores suos missas uolebant, ne si ab hostibus exceptæ forent, consilia sua noscerentur, epistolas id genus factas mittebant. Surculi duo erant teretes, oblonguli, pari crassamento, eiusdemq; longitudinis, derasi, atque †tornati consimiliter. Vnus imperatori in bellũ proficiscenti dabatur; alterũ domi magistratus cũ iure atq; cum signo habebant. Quando usus uenerat literarum secretiorum, circũ eum surculũ lorum modicæ tenuitatis, longum aũt quantũ rei satis erat, complicabant, uolumine rotũdo & simplici: ita ut oræ adiunctæ undiq; & cohærentes lori, quod plicabatur, coïrent. Literas deinde in eo loro per transuersas iũcturarũ oras, uersibus à summo ad imum proficiscẽtibus inscribebant. Id lorũ literis ita perscriptis reuolutũ ex surculo, Imperatori commẽti illius conscio mittebant. Resolutio aũt lori, literas truncas atq; mutilas reddebat, membraq; earũ & apices in parteis diuersißmas spargebat. Propterea, si id lorũ in manus hostiũ inciderat, nihil quicq̃ coniectari ex eo loro quibat. Sed ubi ille, ad quẽ erat missum, acceperat: surculo cõpari, quẽ habebat, capto, ad finẽ perinde, ut debere fieri sciebat, circũplicabat, atq; ita literæ p ambitũ eundẽ surculi, coalescẽtes, rursum coïbant, integramq; & incorruptam † ornati

episto

datumq́; domini affert. Atq; ille id non esse frustra ratus, quod erat mandatũ, fecit. Ita literæ perlatæ sunt.

QVID DE VERSIBVS VERGILII PHAuorinus exist: marit, quibus in describenda flagrantia montis Aetnæ, Pindarum poëtam secutus est, Collataq́; ab eo super eadem re utriusq; carminia dijudicata.

CAPVT X.

PHauorinũ Philosophũ, cùm in hospitis sui Antiatem uillam æstu anni concesßisset, nosq́; ad eũ uidendum Roma uenissemus, memini super Pindaro Poëta & Vergilio in hunc ferè modũ disserere: Amici, inquit, familiaresq́; Pub. Vergilij, in ijs quæ de ingenio moribusq́; eius memoriæ tradiderunt, dicere eũ solitũ ferunt, párere se uersus more atque ritu ursino. Nanq; ut illa bestia fœtum êderet ineffigiatum informemq́;, lambendoq́; id posteà, quod ita êdidisset, conformaret & fingeret: proinde ingenij quoq; sui partus recentes rudi esse facie & imperfecta, sed deinceps tractando colendoq́; reddere ijs se oris & uultus liniamenta. Hoc uirum iudicij subtilißimi ingenuè atq; uerè dixisse, res (inquit) ipsa uerum indicium facit. Nam quæ reliquit perfecta expolitaq́;, quibusq́; imposuit sensus atque delectus sui supremã manum, omni poëticæ uenustatis laude florent. Sed quæ procrastinata sunt ab eo, ut pòst recẽserentur, & absolui (quoniã mors præuerterat) nequiuerunt, nequaq̃ poëtarum elegantißimi nomine atq; iudicio digna sunt. Itaq; cùm morbo oppressus, ad

Nouem uerò Lyricorum longè Pindarus princeps fuit, spiritus magni scientia, sententijs, figuris, beatißima rerũ uerborũq; copia, & uelut quodã eloquentiæ flumine, ꝑpter quæ Horatius eũ meritò credidit nemini imitabilem, Fabius, lib. 10.

sus aduentare mortem uideret, petiuit orauitq; à suis amicißimis impense, ut Aeneida, quã nondũ satis elimauisset, abolerent. In ijs autem (inquit) quæ uidentur retractari & corrigi debuisse, is maximè locus est, qui de mõte Aetna factus est. Nã cũ Pindari ueteris poetæ carmẽ, quod de natura & flagrantia montis eius compositũ est, æmulari uellet, eiusmodi sententias et uerba molitus est, ut Pindaro quoq; ipso, q nimis opima pinguiq; esse facundia existimatus est, insolẽtior hoc quidẽ in loco tumidiorq; sit. Atq; uti uosmetipsos, inquit, eius, quod dico arbitros faciã: carmẽ Pindari, quod est super monte Aetna, quantulũ mihi memoriæ est dicã.

Pindarus in Pythiis Epodo 1. Specie prima.

τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλά-
του πυρὸς ἁγνόταται
Ἐκ μυχῶν παγαί. ποταμοὶ
Δ' ἁμέραισι μὲν προχέοντι, ῥόον καπνοῦ
Αἴθων'. ἀλλ' ἐν ὄρφναισι, πέτρας
φοίνισσα κυλινδομένα φλόξ, ἐς βαθεῖ-
αν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ
κεῖνος δ' ἀφαίστοιο κρουνούς, ἑρπετὸν
Δεινοτάτους ἀναπέμ-
πει. τέρας μὲν θαυμάσιον τι ἐδέ-
σθαι, θαῦμα δὲ καὶ παριόν
των ἀκοῦσαι.

Audite nunc (inquit) Vergilij uersus, quos inchoasse eum ueriùs dixerim quàm fecisse.

Portus

Portus ab accessu uentorum immotus, & ingens
Ipse, sed horrificis iuxtà tonat Aetna ruinis.
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem,
Turbine fumantem piceo, & cadente fauilla.
Attollitq; globos flammarum, sidera lambit.
Interdum scopulos, auulsaq; uiscera montis
Erigit eructans, liquefactaq; saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoq; exæstuat imo.

De his reb⁹ consule Macrob: li. 5. qui totum hoc caput elegantissimè, ut decuit interpretē, tractat.

Iam principiò (inquit) Pindarus ueritati magis obsecutus, id dixit quod res erat, quodq; istic usu ueniebat, quodq; oculis uidebatur, interdiu fumare Aetnam, noctu flammigare. Vergilius autem, dum in strepitu sonituq; uerborū conquirendo laborat, utrum tēpus nulla discretione facta confundit. Atq; ille Græcos quidem fontes imitatus, igneis eructare, & fluere amnes fumi, & flammarum fulua, & tortuosa uolumina in plagas maris ferre, quasi quosdam igneos omnes, luculentè dixit. At hic noster, atram nubē turbine piceo & fauilla fumantē, ῥοόν καπνοῦ αἴθωνα interpretari uolēs crassè & immodicè conggessit Globos quoque flāmarum, quod ille κρουνοὺς dixerat, duriter & ἀκύρως transtulit. Item quod ait, sidera lambit, uacanter hoc etiā (inquit) accumulauit & inaniter. Neq; non id quoq; inenarrabile esse ait, & propemodùm insensibile, quòd nubem atram fumare dixit turbine piceo, & fauilla candente. Non enim fumare (inquit) solent, neq; atra esse,

quæ sunt candentia: nisi si candente dixit peruulgatè & impropriè, pro feruenti fauilla, non pro lignea & relucenti. Nam candens scilicet est à candore dictum, non à calore. Quòd saxa autem & scopulos eructari & erigi, eosdemq; ipsos statim liquefieri & gemere, atque glomerari sub auras dixit, hoc (inquit) nec à Pindaro scriptũ, nec unquàm fando auditum, & omnium quæ monstra dicuntur, monstrosissimum esse.

Candens.

QVOD PLVTARCHVS IN LIBRIS Sympofiacis opinionem Platonis de habitu atq; natura stomachi, fistulęq; eius, quę τραχεῖα dicitur, aduersùm Erasistratum medicum tutatus est, autoritate adhibita antiqui medici Hippocratis.

CAPVT XI.

ET *Plutarchus, & alij quidam docti uiri, reprehensum esse ab Erasistrato nobili medico Platonem scripsere, quòd potũ dixit defluere ad pulmonẽ: eoq; satis humectato, dimanare per eũ, quia sit rimosior, & confluere inde in uesicam: erroris q; istius fuisse Alcæũ ducẽ, q in poëmatis suis scriberet, τὸν πνεύμονα οἴνῳ, τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται. Ipsum autẽ Erasistratum dicere, duas esse quasi canaliculas quasdã, uel fistulas, easq; ab oris faucibus proficisci deorsum, per earumq; alteram deduci delabiq; in stomachum esculẽta omnia & poculẽta, ex eoq; ferri in uentriculũ, qui Græcè appellatur ἡ κάτω κοιλία, atque ibi subigi digeriq;, ac deinde aridiora ex ijs recrementa in aluum conueni*

Id est, pulmonem uino, suminã enim ipsius pulmonis cõtrahitur.

cõuenire, quod Græcè κῶλον dicitur, humidiora peruehens in uesicam. Per alteram autẽ fistulam, quæ Græcè nominatur τραχεῖα ἀρτηρία, spiritum à summo ore in pulmonem, atq; inde rursum in os & in narcis commeare, perq; eandem uiam uocis quoq; fieri meatum. Ac ne potus cibusq; aridior, quem oporteret in stomachum ire, procideret ex ore, laberetúrq; in eandem fistulã, per quã spiritus reciprocatur, eaq; offensione intercluderetur animæ uia, impositã esse arte quadam et ope naturæ, inde apud duo ista foramina, quæ dicitur ἐπιγλωττὶς, quasi claustra quædam mobilia, conniuentia uicißim, & resurgentia. Eamq; ἐπιγλωττίδα inter edendum bibendumq; operire atque protegere τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν, ne quid ex esca potúue incideret in illud quasi æstuantis animæ iter. Ac propter eà nihil humoris influere in pulmonem, ore ipso arteriæ communito. Hæc Erasistratus medicus aduersum Platonem. Sed Plutarchus in libro Symposiacorum, autorem Platonis sententiæ Hippocratem dicit fuisse, idemq; esse opinatos & Philistiona Locrum, & Dioxippum Hippocraticum, ueteres medicos & nobiles: atq; illam, de qua Erasistratus dixerit ἐπιγλωττίδα, nõ idcirco in eo loco constitutam, ne quid ex potu influeret in arteriam (nam pulmoni quoq; fouendo rigandoq; necessarios humores uideri) sed appositam quasi moderatricem quandam, arbitramq; prohibendi

Quasi appendix lingula.

Rr 3 admis-

admiscendiue, quod ex salutis usu uenit: uti edulia quidem omnia defenderet ab arteria, depelleretq; in stomachum: potum autem partiretur inter stomachũ & pulmonem. Et quod ex eo admitti in pulmonem per arteriam deberet: non rapidum id neq; uniuersum, sed quadam quasi obice sustentatum ac repressum, sensim paulatimq; transmitteret, atq; omnem reliquum in alteram stomachi fistulam deriuaret.

Alceum.) Lyricorum carminum scriptorẽ adeò nobilem, ut apud Fabium in 10. aureo plectro donetur, referaturq; in numerum nouem Lyricorum.

DE MATERIIS INFAMIBVS QVAS Græci ἀδόξους appellant, à Phauorino exercendi gratia disputatis.

Id est, inopinatas, præter opinionẽ ab ἀ, quod priuat, & δόξα, quod opinionem significat.

Et Thersitæ & febris quartanæ.

INfames materias, siue quis mauult dicere inopinabiles, quas Græci ἀδόξους καὶ ἀτόπους ὑποθέσεις appellant, & ueteres adorti sunt, non sophistæ solùm, sed philosophi quoque, & noster Phauorinus oppidò quàm libens in eas materias dicebat, uel ingenio expergificando ratus idoneas, uel exercendis argutijs, uel edomãdis usu difficultatibus: sicut cùm Thersitæ laudes quæsiuit, & cùm febrim quartis diebus recurrentẽ laudauit. Lepida sanè multa, & non facilia inuentu in utranque caussam dixit, eaq; scripta in libris reliquit. Sed in febris laudibus testem etiã Platonem produxit, quem scripsisse ait: qui quartanam passus conualuerit, uiresq; integras recuperauerit, fidelius constantiusq;

postea

postà ualiturum. Atq; inibi in eisdē laudibus non herclè hac sententiola inuenustè lusit. Versus, inquit, est longo hominum æuo probatus:

ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ. Idē, aliquādo nouerca existit dies aliquando mater. Vsus est Hesiodus secundo Georgic.

Eo uersu significatur, nō omni die benè, esse posse, sed isto benè, atq; alio malè. Quod cùm ita sit, inquit, ut in rebus humanis benè aut malè uice alterna sit: hæc biduo medio interuallata febris, quantò est fortunatior in qua est μία μητρυιὰ, δύο μητέρες.

Non sophistæ solùm.) Id est, rhetores, cuiusmodi fuit Gorgias Leontinus, cuius & hodiè extat in hoc genere encomium Helenæ meretricis festiuissimis argumentis oppletū & Isocrates rhetorū princeps, quia acurata oratione laudes Busyridis Tyranni prosequutus est, & Glauco apud Platonē lib. de Rep. iniusticiā laudat, & Lucia. Muscam encomio celebras, & Synesius caluiciā, Picus Mirandula barbariam, atq; id genus multa.

Thersitæ laudes) Qui, ut Home. lib. Illiados 2. dicit, deformosissimus omniū erat, qui ad Troiam uenerant, ut qui esset strabo oculis, claudus altero pede, cuiq; humeri curui ad pectus contracti essent, tū caput acuminatum, cui rarissimus desuper inesset capillus, postremo q graculi in mortem uerba incondita, & multa spargeret.

QVIN PARTICVLA, QVOT QVALESque uarietates significationes habebat, & quàm sæpè in ueterum scriptis obscura sit.

CAPAT XIII.

QVin particula, quam Grammatici coniunctionem appellant, uarijs modis sententijsq; connectere orationem uidetur. Aliter enim dici putatur, quum quasi increpantes, uel interrogantes, uel exhortantes dicimus: quin uenis? quin legis? quin fugis? Quin particula.

aliter cùm ita confirmamus: Non dubium est, quin M. Tullius omnium sit eloquentißimus: aliter aũt cùm sic componimus, quod quasi priori uidetur contrarium: Nõ idcirco causas Isocrates nõ defendit, quin id utile esse & honestũ existimarit. A quo illa significatio non abhorret, quæ est in tertia Origine M. Catonis: Haud eos (inquit) eò postremùm scribo, quin populi & boni, & strenui sient. In secunda quoq; Origine M. Cato nõ longè secùs hac particula usus est: Neq; satis (inquit) habuit, quòd eũ in occulto uitiauerat, quin eius famã prostituerit. Prætereà animaduertimus Quadrigariũ in octauo Annaliũ particula ista usum esse obscurißimè. Ipsius uerba posuimus: Romam uenit: uix superat quin triũphus decernatur. Itẽ in sexto Annali eiusdem uerba hæc sunt: Penè factũ est, quin castra relinquerẽt, atq; cederent hosti. Non me autẽ præterit, dicere aliquem posse de summo pectore, nihil esse in his uerbis negocij. Nam Quin utrobiq; positum pro ut, planißimumq; esse, si ita dicas: Romam uenit, uix superat, ut triumphus decernatur. Item alio in loco: Penè factum est, ut castra relinquerent, atq; cederent hosti. Sed utãtur sanè, qui tam expediti sunt, perfugijs commutationum in uerbis, quæ non intelliguntur: utantur tamen, ubi id facere poterunt, uerecundiùs. Hanc uerò particulam, de qua diximus, nisi quis didicerit compositam, copulatamq; esse, neq; uim tãtùm coniungendi habere,

sed

ſed certa quadam ſignificatione factam: nunquam pro fectò rationes ac uarietates iſtius comprehẽſurus eſt. Quod quia lõgioris diſertationis eſt, poterit, cui ociũ eſt, reperire hoc in P. Nigidij cõmentarijs, quos Grammaticos inſcripſit.

Quin triũphus.) Senſus ſic habet: Venit imperator Romam, ubi uix autoritate ſua euincere poterat, atque perficere, ut ſibi triumphus non decerneretur. Eſt enim compoſitum Quin ex qui ne: quo integro uſus eſt Terent. in And. Ego id agam mihi qui ne detur.

SENTENTIAE EX P. MIMIS SELEctæ lepidores.

CAPVT XIIII.

Publius Mimos ſcriptitauit, dignusq́; habitus eſt, qui ſuper Laberio iudicaretur. C. autẽ Cæſarem ita Laberij maledicentia & arrogantia offendebat, ut acceptiores & procatiores ſibi eſſe Publij, quàm Laberij Mimos prædicaret. Huius Publij ſentẽtiæ feruntur pleræq; lepidæ, & ad communem ſermonum uſum commodatiſsimæ. Ex quibus ſunt iſtæ ſingulis uerſibus circumſcriptæ, quas libitum herclè eſt adſcribere: Laberij arrogantia.

Malum conſilium eſt, quod mutari non poteſt.
Beneficium dando accipit, qui digno dedit,
*Feras, non culpes, quod * uitari non poteſt.* *mutari
Cui plus licet, quàm par eſt, plus uult, quàm licet.
Comes facundus, in uia pro uehiculo eſt.
Frugalitas miſeria eſt rumoris boni.
Hæredis fletus, ſub perſona riſus eſt.

Furor fit læsa sæpiùs patientia.

Improbè Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit,

Ita amicum habeas, posse ut fieri inimicum putes.

Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam.

Nunquàm periculum sine periculo uincitur.

scito *Nimium altercando ueritas amittitur.*

*Pars beneficij est, quod petitur si * bellè neges.*

QVOD CARNEADES ACADEMICVS Helleboro stomachum purgauit, scripturus aduersus Zenonis Stoici decreta. Deq; natura medelaq; Hellebori candidi, & nigri.

CAPVT XV.

Carneades. Id est, superiorem uentrem. Id est, ebulliret.

Carneades Academicus scripturus aduersum Stoici Zenonis libros, superiora corporis Helleboro candido purgauit, ne quid ex corruptis in stomacho humoribus ad domicilia usq; animi redundaret, et constantiam uigoremq; mentis labefaceret. Tanta cura, tanto apparatu uir ingenio præstanti ad refellenda, quæ scripserat Zeno, aggressus: Id cùm in historia Græca legissem, quod Helleboro candido scriptũ erat quid esset, quæsiui. Tum comperi duas species Hellebori esse discerniculo coloris insignes, candidi, & nigri. eos autem colores non in semine Hellebori, neq; in uirgultis, sed in radice dignosci. Candido stomachum & uentrem superiorem uomitionibus purgari: nigro aluum, quæ inferior uocatur, dilui. Vtriusque esse hanc uim,

Etiam hoc sumptum est ex Plin. lib. 25. ca. 5.

Id est, lauari, purgari.

uim, ut humores noxios, in quibus caussæ morborum sunt, extrahant. Esse autem periculum, ne inter caussas morborum omni corporum uia patefacta, ea quoque ipsa, in quibus caussa uiuendi est, exinaniantur, amissoq; omni naturalis alimoniæ fundamento, homo exhaustus intereat. Sed Helleborum sumi posse tutissimè in insula Anticyra, Plinius Secundus in libris naturalis historiæ scripsit. Propterea Liuium Drusum, qui Tribunus plebis fuit, cùm morbum, qui comitialis dicitur, pateretur, Anticyram nauigasse, & in ea insula Helleborum bibisse ait, atq; ita morbo liberatum. Prætereà scriptum legimus, Gallos in uenatibus tingere Helleboro sagittas, quod ijs ictæ exanimatæ feræ teneriores ad epulas fiant. Sed propter Hellebori contagium uulnera ex sagittis facta circuncidere latiùs dicuntur. ablui, solui.

Carnedes Academicus) Academici philosophi erant, qui extra Athenas in gymnasio quodam ab Ecademo instituto philosophabantur. unde primum locus Ecademia est dictus, & tandem literæ mutationem Academia.

Album helleborum.) Dioscorides inquit Italos ueratrum album dicere consueuisse.

Insula Anticyra.) Quæ est in Phocide Atticæ regione. Nã et alterã quandã refert Strabo Massiliẽsibus uicinã, factũ hinc est argutũ prouerbium. Nauigare Anticyras, pro ea quod est, insaniæ medelã quærere. Putatur eius herbæ apud Anticyras haustus insaniam depellere. Et Stephanus Cosmographus narrat Herculem à quodam Anticyrense, insania liberatum, per Hellebori haustum.

ANATES PONTICAS VIM HABERE uenenis detegendis potentem. Atq; inibi de Mithridatis regis in id genus medicamenti solertia.

CAPVT XVI.

Anates Ponticae ueneno uictitant.

*medicae

ANates Ponticas dicitur edundis uulgò uenenis uictitare. Scriptum etiam à Leneo Cn. Pompei liberto, Mithridatem illum Ponti regem, * medicinae rei & remediorum id genus solertem fuisse, solitumq; earum sanguinem miscere medicamentis, quae digerendis uenenis ualent, eumq; sanguinē uel potētißimū eße in ea confectione. Ipsum autem regē aßiduo taliū medelarum usu à clandestinis epularum insidijs cauiße. Quin & scientem quoq;, ultrò, & ostentandi gratia uenenum rapidum & uelox sæpenumerò hausiße, atque id tamen sine noxa fuisse. Quamobrē posteà cùm praelio populi Romani uict⁹, in ultima regni refugisset, et mori decreuisset, & uenena uiolentißima festinandae necis gratia frustra expertus esset, suo se ipse gladio trāsegit. Huius regis antidotus celebratißima est, quae Mithridatios uocatur.

Antidotus Mithridatios.

Antidotus.) Siue antidotum, Graecū est uocabulum, perinde ualens ac si dicas contra datum. Est enim compositio ex uarijs medicinis, quae datur contra uenena, alioqui nocitura, deriuatū est ab ἀντὶ, quod cōtra significat, & δόσκω do. Porrò Mithridatios Antidotus ita refertur apud Plin. lib. 23. ca. 8. his uerbis: In sanctuarijs Mithridatis maximi regis deuicti, Cneus Pom. inuenit in peculiari cōmentario, ipsius manu compositionē Antidoti, è duabus nucibus siccis, item ficis totidem, rutae folijs uiginti simul tritis, addito salis grano, & qui ieiunus sumat, nullum uenenum nociturum eo die.

MITHRIDATEM PONTI REGEM DVarum & uiginti gentium linguis locutum. Quintumq;

Ennium tria corda sese habere dixisse, quòd treis linguas percalluisset, Græcam, Oscam, Latinam.

CAPVT XVII.

Quintus Ennius tria corda habere sese dicebat, quòd loqui Græcè, & Oscè, & Latinè sciret. Mithridates autem Ponti atq; Bithiniæ rex inclytus, qui à Cneo Pompeio bello superatus est, duarum & uiginti gentium, quas sub ditione habuit, linguas percalluit: earumq; omnium gẽtium uiris haud unquam per interpretem locutus est: sed ut quenq; ab eo appellari usus fuit, perinde lingua & oratione ipsius, non minus scitè, quàm si gentilis eius esset, locutus est. Ennius tricor. Soli. uide cap. 5.

QVOD M. VARRO C. SALLVSTVM historię scriptorẽ deprehẽsum ab Annio Milone in adulterio scribit, & loris cæsum, pecuniaq; data dimissum.

CAPVT XVIII.

Marcus Varro in literis atque uita, fide homo multa, & grauis, in libro quẽ inscripsit Pius, aut de Pace, Caium Sallustium scriptorem seriæ illius & seueræ orationis, in cuius historia notiones censorias fieri atq; exerceri uidemus, in adulterio deprehensum ab Annio Milone, loris benè cæsum dicit, & cùm dedisset pecuniam, dimissum. Sallustius loris cæsus.

Notiones censorias.) Iudicia seuera Criticorũ scriptorũ, quos uetustas à iudicãdi seueritate sic uocitauit: κρίνω enim, iudico significat, unde critici dicti sunt. Verũ de cẽsoribus orationis Sallustianæ relege ca. 13. libri. 4.

QVID EPICTETVS PHILOSOPHVS dicere solitus sit hominibus nequã & impuris, disciplinas philosophiæ studiose tractãtibus: & quæ duo uerba obser-

obseruanda præceperit, omniũ rerum longè salubria.

CAPVT XIX.

PHauorinum ego audiui dicere, Epictetum Philosophum dixisse, plerosq; istos qui philosophari uidẽtur, philosophos esse huiuscemodi ἄνευ τοῦ πράττειν μέχρι τοῦ λέγειν: Id significat, Factis procul, uerbis tenus. Iã illud est uehementius, quod Arianus solitũ eũ dictitare, in libris quos de Dissertationibus eius cõposuit, scriptũ reliquit. Nã cùm (inquit) animaduerterat hominẽ pudore amisso importuna industria corruptis moribus audacem, confidentẽ lingua, cæteraq; omnia præterquàm animum procurantem, istiusmodi (inquit) hominem cùm uiderat, studia quoq; & disciplinas philosophiæ contrectare, & physica audire & meditari Dialectica, multaq; id genus theoremata suspicari sciscitariq;: inclamabat, Deûm atq; hominum fidem, ac plerunq; inter clamandum his eum uerbis increpabat: ἄνθρωπε ποῦ βάλλεις, σκέψαι εἰ κάθαρται τὸ ἀγγεῖον. ἂν γὰρ εἰς τὴν οἴησιν αὐτὰ βάλλῃς, ἀπώλετο· ἢν σαπῇ, οὖρος ἢ ὄξος γένοιτο ἄν, ἢ τι τούτων χεῖρον. Nil profectò iis uerbis grauiùs, nil ueriùs: quibus declarabat maximus philosophorum, literas atq; doctrinas philosophiæ, cùm in hominem falsum atq; degenerem, tanquã in uas spurcũ atq; pollutũ influxissent, uerti mutari, corrumpi, & quod ipse κυνικώτερον dixit, urinã fieri, aut si quid est urina spurcius. Præterea idem ille Epi-

Qui digessit in ordinẽ libros Epicteti, ut supra lib. 1. cap. 2.

Intolerãtiæ & incontinẽtiæ mala.

Epictetus, quod ex eodem Phauorino audiuimus, solitus dicere est, duo esse uicia multò omnium grauißima ac teterrima, intolerantiã & incontinentiam: cùm aut iniurias, quæ sunt ferẽdæ nõ toleramus, neq; ferimus: aut à q̃bus rebus uoluptatibusq; nos tenêre debemus, non tenemus. Itaq;, inquit, si quis hæc duo uerba cordi habeat, eaq; sibi imperando atq; obseruando curet, is erit pleraq; impeccabilis, uitamq; uiuet tranquillissimam. Verba duo hæc dicebat, ἀνέχου καὶ ἀπέχου.

Verbã semp in ore habẽtes, Id est, in multis. peccat, nos noué.

Procurantẽ.) Id est, cũ religione res magnas adeuntem & scientem uti bonis & dotibus suis. Videtur enim procurare hoc loco dictũ à Gellio pro religiosum esse, qui uerbi usus Gellio familiaris est, maximè loquẽti de rebus diuinis, & hostijs faciendis. Intelligo ergo procurantem animum, qui omnia religiose, & cũm quodam uelut timore aggreditur.

Salubria.) Id est, saluberrima, positiuus pro superlatiuo more Græcorum. Sic Verg.

Iuno sancta deorum, Id est, sanctissima.

ἄνω.) Aduerbiũ est, quod plerunq; ponitur pro præpositione. hic infinitiuus pro nomine ponitur.

Theoremata.) Id est, contemplationes rerum diuinarum, id quod etymologia uocabuli indicat. Siquidem θεὸς deus significat & ὁράω uideo: unde compositum est uerbum θεοράω, quasi deum contemplor, atq; hinc nomen theorema.

ἄνθρωπε ποῦ βάλλεις.) Id est, homo quò iacis, scilicet p̃cepta philosophiæ, considerato si & purgatum est uas, si enim ad opinionem corruptam, putridam, ipsa scilicet præcepta iacias, perierunt. Si putruerunt, urina aut acetum fieri possunt, aut aliquid his peius.

κυνικώτερον.) Id est, mordacius, caninius unde & Cynici philosophi dicti sunt, quòd canum ritu inuerecũdi essent, & maximè liberè in hominũ uitas inueherentur.

EX-

EX SYMPOSIO PLATONIS SVMPTA uerba, numeris coagmētisq; uerborū ſcitè modulatisq; & aptè, exercendi gratia in Latinam orationem uerſa.

CAPVT XX.

Sympoſium Platonis apud Philoſophum Taurum legebatur. Verba illa Pauſaniæ, inter conuiuas amorem uice ſua laudantis. Ea uerba ita prorſum amauimus, ut meminiſſe etiam ſtuduerimus. Sūt adeò, quæ meminimus, uerba hæc: πᾶσα γὰρ πρᾶξις ὧδε ἔχει. αὐτὴ ἀφ' ἑαυτῆς πραττομένη, οὔτε καλὴ, οὔτε αἰσχρά. οἷον ὃ νῦν ἡμεῖς ποιοῦμεν, ἢ πίνειν ἢ λαλεῖν ἢ διαλέγεσθαι. οὐκ ἔστι τούτων αὐτὸ καλὸν οὐδὲν, ἀλλ' ἐν τῇ πράξει, ὡς ἂν πραχθῇ τοιοῦτον ἀπέβη, καλῶς μὲν γὰρ πραττόμενον, καὶ ὀρθῶς, καλὸν γίγνεται. μὴ ὀρθῶς δὲ αἰσχρόν. οὕτω καὶ τὸ ἐρᾶν καὶ ὁ ἔρως, οὐ πᾶς ἐστὶ καλὸς, οὐδὲ ἄξιος ἐγκωμιάζεσθαι, ἀλλ' ὁ καλῶς προτρέπων ἐρᾶν.

Id eſt, officio ſuo ſcilicet laudandi quod in orbem per omnes conuiuas apud Platonem ibat.

Hæc uerba ubi lecta ſunt, atque ibi Taurus mihi, Heus, inquit, tu ῥητορίσκε *(Sic enim me in principio recens in diatribā acceptū appellitabat, exiſtimans eloquentiæ unius exercendæ gratia Athenas ueniſſe) Vides ne, inquit,* ἐνθύμημα *crebrū, & coruſcum, & connexum, breuibusq; & rotundis numeris, cum quadam æquabili circumactiōe deuinctum? Habes ne nobis dicere in libris rhetorum ueſtrorum tā aptè, tamq; modulatè compoſitam orationem? Sed hos, inquit, tamen numeros cenſeo uideas* ὁδοῦ πάρεργον. *Ad ipſa enim Platonis penetralia, ipſarumq; rerum pondera & digni-*

Id eſt, qui rhetoribus operam nauas. Græcis enim ῥήτωρ eloques dicitur, unde fit ῥητορίσκος cuius uocatiuus eſt ῥητορίσκε.

gni-

gnitates pergendum est, non ad uocularum eius amœnitatẽ, nec ad uerborũ uenustates diuersitandum. Hæc *admonitio* Tauri *de orationis* Platonicæ *modulis, non modò non repreßit, sed instruxit etiam nos ad elegantiam* Græcæ *orationis uerbis Latinis affectandã. Atq; uti quædã animaliũ parua & uilia, ad imitandũ sunt, quas res cunq; audierint uiderint'ue petulantia: proinde nos ea, quæ in* Platonis *oratione demirabamur, non æmulari quidẽ, sed lineas umbrasq; facere ausi fuimus uelut ipsum hoc est, quod ex illis ijsdẽ uerbis eius effinximus: Omne, inquit, omnino factũ sic sese habet: neq; turpe est, quantum in eo est, neq; honestum: uelut quas nunc facimus ipsi res, bibere, cantare, disserere.* Nihil *nanq; horum ipsum ex sese honestũ est: quale, cùm fieret modò, factum est, tale extitit. Si rectè honesteq; factum est, tum honestum fit: sin parum rectè, turpè fit. Sic amare, sic amor nõ honestus omnis, neq; omnis laude dignus, sed qui facit, nos ut honestè amemus.*

Factũ omne neq; turpe, neq; honestum.

πᾶσα γὰρ πρᾶξις ὧδε ἔχει.) Id est, om̃is enim actio sic se habet, ut ipsa in seipsa facta, neq; honesta', neq; turpis sit, quale hîc nũc nos facimus, aut bibere, aut loqui disserere, nõ enim est horũ secũdùm seipsum honestũ aliq̃d, sed in actione, ut quidẽ factũ fuerit, huiusmodi euadit, honestè quidẽ factum & rectè, q̃d fit honestum: nõ rectè autem factum, turpe, sed & ipsum amare, &c.

Vides ἐνθύμημα.) Opinor hoc loco Dialecticorum nomine intelligi non puerilia syllogismorũ struendorum præcepta, sed quæ Aristoteles τὰ μετὰ φυσικά, id est, ea, quæ naturalium rerum caussas transcendunt, de quibus Aristotelis libri extant, Iam uerò ut in hunc modum suspi-

cer facit Plato noster, qui omnium principē disciplinarū, & reginā dialecticen uocat, in libris de Rep. nullū'q; admittit ad eius studiū, qui non ante in omniū liberalium disciplinarum cognitione sit uersatus.

ὁδοῦ πάρεργον.) Id est, præter uitæ tuæ institutum, sic enim Græci dicere solēt, quæcūq; obiter fiunt, & uelut aliud agendo. Vult autem Taurus uenustatem Platonicæ orationis succisiuis horis curandam: sapiētiam autē illam profundam, quam amplissima illa oratione conuestiuit, ex professo obseruandā, ei'q; adhibendum præcipuum studiū laborem.

QVIBVS TEMPORIBVS POST ROmam conditā, Græci Romani'q; illustres uiri floruerunt ante secundum bellum Carthaginiensium.

CAPVT XXI.

VT conspectum quēdam ætatum antiquissimarum, item uirorum illustrium, qui in his ætatibus nati fuissent, haberemus, ne in sermonibus fortè in conspectum aliquid super ætate atq; uita clarorum hominum temerè diceremus: sicuti sophista ille ἀπαίδευτος, qui publicè nuper disserens, Carneadem philosophum à rege Alexandro Philippi filio pecunia donatum, & Panætium Stoicum eum superiore Africano uixisse dixit: ut ab istiusmodi inquam temporum ætatumq; erroribus caueremus, excerpebamus ex libris, qui Chronici appellantur, quibus tēporibus floruissent Græci, simul atq; Romam uiri, qui uel ingenio uel imperio nobiles insignesq; post conditam Romā fuissent ante secundū bellum Carthaginiēsium, easq; nunc excerptiones nostris uarijs diuersisq; in locis factas, cur sim

Coram hominibus.

Publicè, id est, palàm omnibus.

Id ē, enotabamus.

Chronici libri.

sim digeßimus. Neq; enim id nobis negocium fuit, ut acri atq; subtili cura excellentiam in utraq; gẽte hominum συγχρονισμοὺς *cõponeremus: sed ut noctes istæ quadãtenus, his quoq; historiæ flosculis leuiter iniectis aspergerentur. Satis aũt uisum est, in hoc commentario de temporibus paucorum hominum dicere, ex quorum ætatibus de pluribus quoq;, quos nõ nominaremus, haud difficilis cõiectura fieri posset. Incipiemus enim à Solone claro: quoniam de* Homero & He*siodo, inter omnes ferè scriptores constitit ætatem eos egisse, uel iisdẽ ferè tẽporibus, uel* Homerũ *aliquantò antiquiorẽ, utrunq; tamen post* Romam *conditam uixisse, Siluijs Albæ regnantibus, annis post bellum* Tro*ianum (ut Caßius in primo Annalium de* Homero *atq;* He*siodio scriptum reliquis) plùs atque* XL. *ante* Ro*mam autem conditam, ut* Cornelius Nepos *in primo* Chronicorum *de* Homero *dixit, annis circiter* C. & LX. *Solonem ergo accipimus unum ex illo nobili numero sapientum, leges scripsisse* Atheniẽsium, Tarqui*nio* Prisco Romæ *regnãte, anno regni eius* XXXIII. *Seruio autem* Tullio *regnante,* Pisistratus Athenis *tyrannus fuit,* Solone *antè in exilium uoluntarium profecto: quoniam id ei prædicenti non creditum est. Posteà iam* Pythagoras Samius *in* Italiam *uenit* Tar*quinij filio regnum obtinente, cui cognomen tum* Su*perbus fuit.* Eisdemq; *tẽporibus occisus est* Athenis *ab*

Coueniẽtias tẽporum uel concursus.

Solonis tempora.

Hesiodus.

Homerus.

Pisistratus.

Pythagoras

Archilochū Cic. in 1. Tuscul. Romulo regnante claruisse dicit.

Harmodio, & Aristogitone Hipparchus Pisistrati filius, Hippiæ tyranni frater. Archilochum autē Nepos Cornelius tradit Tullo Hostilio Romæ regnante, iam tunc fuisse poëmatis clarum & nobilē. Ducētesimo deinde & sexagesimo anno post Romam conditam, aut nō lōgè ampliùs, uictos esse ab Atheniēsibus Persas memoriæ traditū est, pugna illa inclyta Marathonia Miltiade duce, qui post eam uictoriam damnatus à populo Atheniensi, in uinculis publicis mortem obijt. Tum Aeschylus Athenis Tragœdiarum poëta celebris fuit.

Aeschylus Aediles.

Romæ autē fermè istis temporibus tribunos, & ædiles, tum primùm per seditionem sibi plebes creauit. Ac nō diu post Cne. Martius Coriolanus exagitatus uexatusq; à Trib. pleb. ad Volscos, qui tum hostes erant, à Rep. desciuit, bellumq; Po. Rom. fecit. Pòst deindè paucis annis Xerxes rex ab Atheniensibus, & pleraque

Themistocles. Propè urbē Salaminam

Græcia Themistocle duce, nauali prælio, quod ad Salamina factum est, uictus fugatusq; est. Atq; inde anno ferè quarto, Menenio Agrippa, Marc. Horat. Puluillo C O S S. bello Veiente apud fluuium Cremeram, ab ijs

Fabij.

sex & trecēti patricij Fabij cum familijs suis, uniuersi ab hostibus circumuenti periērunt. Iuxta ea tempora

Empedocles. Decemuiri.

Empedocles Agrigētinus in philosophiæ naturalis studio floruit. Romæ autem per eas tēpestates Decemuiros legibus scribundis creatos constitit, tabulasq; ab ijs primò decē conscriptas, mox alias duas additas. Bellum

lum deinde in terra Græcia maximum Peloponnesiacum, quod Thucydides memoriæ mandauit, cœptũ est. circa annum ferè post conditam Romam trecẽtesimũ uicesimũ nonum, qua tempestate A. Posthumius Torquatus Dictator Romæ fuit: qui filium suũ, quòd cõtra suum dictum in hostem pugnauerat, securi necauit. Hostes tum Populo Romano fuerant Fidenates. Itaq; qui inter hæc tempora nobiles celebresq; erant, Sophocles, ac deinde Euripides tragici Poëtæ, & Hippocrates medicus, & Democritus philosophus, quibus Socrates Atheniensis natu quidem posterior fuit, sed quibusdam temporibus ijsdem uixerunt. Iam deinde Tribunis militaribus cõsulari imperio Remp. Romæ regentibus ad annum ferè conditæ urbis CCCXLVII. triginta illi tyranni præpositi sunt à Lacedæmonijs Atheniensibus, & in Sicilia Dionysius superior tyrannidem tenuit: paucisq; annis pòst Socrates Athenis capitis damnatus est, & in carcere ueneno necatus. Ea ferè tẽpestate Romæ M. Furius Camillus dictator fuit & Veios cepit. Ac pòst non longo tempore bellum Senonicum fuit. Tum Galli Romam, præter Capitolium, ceperunt. Neque multò posteà Eudoxus astrologus in terra Græcia nobilitatus est. Lacedæmonij ab Atheniensibus apud Corinthum superati duce Phormione, & M. Manlius Romæ, qui Gallos in obsidione Capitolij obrepentes per ardua depulerat, conuictus

Sophocles. Euripides. Hippocrates. Democritus.

Socrates.

Eudoxius.

est, consilium de regno occupando inisse: damnatusq; capitis, è saxo Tarpeio*(ut* M.Varro *ait) præceps datus est: ut* Cornelius *autem* Nepos *scriptum reliquit, uerberando necatus est.* Eoq; *ipso anno, qui erat post*

Aristoteles. *recuperatam urbẽ septimus,* Aristotelẽ *philosophum natũ esse, memoriæ mãdatũ est.* Aliquot *deindè annis post bellũ* Senonicũ Thebani Lacedæmonios, *duce* Epaminonda, *apud* Leuctra *superauerunt.* Ac *breui pòst*

Consules. *tempore, in urbe* Roma *lege* Licinij Stolonis COSS. *creari etiam ex plebe cœpti, quum anteà ius nõ esset, nisi ex* Patricijs *gẽtibus fieri* COSS. *Circa annum deinde urbis cõditæ quadringentesimũ,* Philippus Amyntæ *filius* Alexandri *pater, regnum* Macedoniæ *adeptus est, inq; eo tẽpore* Alexander *natus est.* Paucisq;

Plato. *indè annis pòst,* Plato *philosophus ad* Dionysiũ Siciliæ *tyrannũ posteriorẽ profectus est.* Pòst *deinde aliquanto tẽpore,* Philippus *apud* Cheroneam *prælio magno* Atheniẽses *uicit.* Tum Demosthenes *orator ex eo prælio salutẽ fuga quæsiuit.* Cumq; *id ei, quòd fugerat, probrosè obijceretur, uersu illo notissimo illusit.*

Ἀνὴρ ὁ φεύγων ϗ πάλιν μαχήσεται.

Posteà Philippus *ex insidijs occiditur, & Alexander regnum adeptus, ad subigendos* Persas *in* Asiam *atq; in* Oriẽtem *transgressus est.* Alter *autem* Alexander, *cui cognomẽtum* Molosso *fuit, in* Italiã *uenit, bellũ* Po. Ro. *facturus.* Iã *enim fama uirtusq; felicitatis* Romane

næ apud exteras gentes enitescere inceptabat. Sed pri usquàm bellum faceret, uita decessit. Eum Molossum, cùm in Italiam transiret, dixisse accepimus, se quidem ad Romanos ire quasi in ἀνδρωνῖτιν, Macedonem isse ad Persas, quasi in γυναικωνῖτιν. Postea Macedo Alexander pleraq; parte Orientali subacta, cùm annos regnauisset undecim, obijt mortis diem. Neq; ita longè pòst, Aristoteles philosophus, & pòst aliquantò Demosthenes, uita functi sunt: ijsdemq; fermè tempestatibus Po. Rom. graui ac diutino Samnitum bello conflictatus est: Consulesq; T. Veturius, & Sp. Posthumius, in locis iniquis, apud Caudium à Samnitibus circumuallati ac sub iugum missi, turpi fœdere facto discesserunt. Ob eamq; caussam populi iussu Samnitibus per feciales dediti, recepti non sunt. Pòst annum deindè urbis conditæ CCCC. ferè & LXX. bellum cum rege Pyrrho sumptum est. Ea tempestate Epicurus Atheniensis, & Zeno Cittiensis philosophi celebres erant. Eodemq; tempore C. Fabritius Lucinus, & Q. Aemilius Papus censores Romæ fuerunt, & P. Cornelium Rufinum, qui II. Consul & Dictator fuerat, Senatu mouerunt. Caussamq; isti notæ subscripsêre, quod cum comperissent argenti facti cœnæ gratia decem pondo habere. Anno deinde post Romam conditam. CCCC. fermè & XC. Consulibus Appio Claudio cui cognomentum Caudex fuit, Appij illius Cæci frater, & M. Fuluio Flacco, bellum aduersum Pœ-

In domicilium uirorum. Domicilium mulierum.

Epicurus. Zeno.

Callimachus. *nos primũ cœptum est.* Neq; *diu pòst* Callimachus *poëta Cyrenẽsis, Alexandriæ apud Ptolomæum regẽ celebratus est. Annis deinde posteà paulò pluribus quàm uiginti, cum Pœnis pace facta,* COSS. Cl. Centone *Appij Cæci filio, &* M. Sẽpronio Tuditano, *primus omnium* L. *Liuius poëta fabulas docere Romæ cœpit, post Sophoclis &* Euripides *mortẽ annis plus ferè centum & sexaginta: post Mænandri, annis circiter quinquaginta duobus,* Claudium *&* Tuditanum, *consules sequuntur* Q. Valerius *&* C. Manilius, *quibus natum esse* Q. Ennium, *poëtam,* M. Varro *in primo de Poëtis libro scripsit: cumq;, cùm septimum & sexagesimum annum ageret, duodecimum* Annalem *scripsisse:* Idq; *ipsum* Ennium *eodẽ libro dicere. Anno deindè post Romam conditam quingentesimò undeuicesimo,* Sp. Carbilius Ruga, *primus Romæ de amicorum sentẽtia, diuortiũ cum uxore fecit, quòd sterilis esset, iurassetq; apud cẽsores, uxorẽ se liberorum quærẽdorum causa* †*habere.* Eodemq; *anno* C. Næuius *poëta fabulas apud populum dedit.* Quẽ M. Varro *in libro de Poëtis primo stipendia fecisse ait bello Punico primo.* Idq; *ipsum* Næuium *dicere in eo carmine, quod de eodẽ bello scripsit.* Portiũm *autem* Licinium Seruius *poëticam Romæ cœpisse dicit in hisce uersibus:*

Liuius. Ennius. Diuortium primum. †auere. Næuius. Portius. Licinius.

Punico bello secundo Musa pennato gradu
Intulit sese bellicosam in Romuli gentem feram.

Ac

Ac deinde annis ferè pòst quindecim, bellum aduersum Pœnos sumptum est. Atq; non nimium longè M. Cato Orator in ciuitate, & Plautus poëta in scœna floruerunt. Iisdemq; tẽporibus Diogenes Stoicus, & Carneades Academicus, & Critolaus Peripateticus ab Atheniensibus ad Senatum Populi Romani negocij publici gratia legati sunt. Neq; magno interuallo posteà Q. Ennius, & iuxtà Cæcilius & Terẽtius, ac subindè Pacuuius, & Pacuuio iam sene Accius, clariorq; tunc in poëmatis corũ obtrectandis Lucilius fuit. Sed progressi longiùs sumus, quum finem proposuerimus annotatiunculis istis bellum Pœnorum secundum.

M. Cato. Plautus. Diogenes. Carneades. Critolaus. Ennius. Cæcilius. Terentius. Pacuuius. Accius. Lucilius.

ἀπαίδευτος.) παιδεύω, erudio, ἀ particula priuatiua.

συγχρονισμούς.) Conuenientias temporum, uel concursus.

Archilochum autem.) De quo Horatius:

Archilochum proprio rabies armauit Iambo.

Marathonia pugna.) Quæ commissa & pugnata est in Marathone Atticæ regionis campo, unde autore Stephano, Marathonius dicitur.

Fabulas docere.) Id est, agere in theatro. Est autem Græcismus in hoc loquendi modo: Nam Græci, quod nos dicimus fabulas agere dicunt δράματα διδάσκειν, id est, fabulas docere.

A. GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII

LIBER XVIII.

DISPVTATIONES A PHILOSOPHO Stoico,& contrà à Peripatetico arbitro Phauorino factæ: quæsitumq; inter eos, quantùm in perficienda uita beata, uirtus ualeret: quantumq; esset in ijs, quæ dicuntur extranea.

CAPVT I.



Familiares Phauorini duo erãt quidã nõ incelebres in urbe Roma Philosophi. Eorũ fuit unus Peripateticæ disciplinæ sectator, alter Stoicæ. Iis quondam ego acriter atq; contẽtè pro suis utrinq; decretis propugnãtibus, cũ essemus unà Hostiæ oẽs, cũ Phauorino interfui. Ambulabamus aũt in littore cũ iam aduesperasceret, æstate anni noui. Atq; ibi Stoicus cẽsebat & uitã beatam hominũ uirtute animi sola, & miseriã summã maliciã sola posse effici: etiã si cætera bona oĩa, q̃ corporalia & externa appellarẽtur, uirtuti deessent, maliciæ adessent. Ille cõtra Peripateticus, miserã quidẽ uitã uitijs animi & malicia sola fieri cõcedebat: sed ad complendos oẽs uitæ beatæ numeros uirtutẽ solã nequaq̃ satis esse existimabat: quoniã & corporis integritas sanitasq; & honestus modus formæ, & pecunia familiaris, & bona æstimatio, cæteraq; oĩa corporis fortunæ bona necessaria uiderẽtur pficiẽdæ beatæ uitæ. Reclamabat hoc in loco Stoicus et tanq̃ ille duas res diuersas pone-

Stoicæ, id ẽ, porticariæ, id est, p suæ pfessiõis dogmate.

Vita beata, an in sola uirtute.

poneret, mirabatur: quòd quũ eßent malicia & uirtus duo contraria, uita misera & beata quoq; æquè contraria, non seruaret in utrisq; uim & naturã cõtrarij, & ad miseriã quidẽ uitæ conficiẽdam, satis ualere maliciam solam putare: ad præstandam uerò uitam beatam, non satis solam esse uirtutẽ diceret. Atq; *id maximè dißidere, neq; conuenire dicebat, quò qui profiteretur uitam nullo pacto beatam effici posse, si uirtus sola abesset. Idem cõtrà negaret, beatam fieri uitã, cùm sola uirtus adesset: & quem daret haberetq; absenti uirtuti honorem, eundem patenti atq; præsenti adimeret.* Tum Peripateticus *perquàm herclè festiuè:* Rogo *te, inquit, cum bona uenia respõdeas, an existimes esse uini amphoram, cùm abest ab ea unus cõgius?* Hæc ubi accepit Stoicus: *Minimè, inquit, uini amphora dici potest, ex qua abest congius.* Hoc ubi accepit Peripateticus: *Vnus igitur congius amphoram facere dici debebit: quoniam cum deest ille unus, nõ fit uini amphora: & cùm accesit, fit amphora. Quòd si id dicere absurdum est, uno congio solo fieri amphorã: itidem absurdum est, una sola uirtute uitam fieri beatam, dicere: quoniã cùm uirtus abest, beata esse uita nunquã potest.* Tum Phauorinus *respiciẽs Peripateticũ.* Est *quidem, inquit, argutiola hæc, qua de congio uini usus es, exposita in libris: sed (ut scis) captio magis lepida, q̃ probum aut simile argumẽtum uideri debet.* Cõgius *enim*

cùm

cùm deest, efficit quidē ne sit iustæ mensuræ amphora: sed cùm accedit & additur, non ille unus facit amphorā, sed supplet. Virtus autē (ut isti dicunt) non accessio, neq; supplemētum, sed sola ipsa uitæ beatæ instar est: & propterea uitam beatam ipsa sola unà cùm adest, facit. Hæc atq; alia quædam, minuta magis & nodosa, tāquam apud arbitrum Phauorinum, in suam uterq; sententiam conferebant. Sed cùm iam prima fax noctis, & densiores esse tenebræ cœpissent, prosecuti Phauorinum in domum, in quam diuertebat, discessimus.

Autore Macrobio, tum est, cū tenebris immineribus faces & candelas incendimus.

Arbitro) Scilicet teste & delecto Iudice.

Pennario gradu.) Celeri, ueloci.

Anni noui.) Id est, calidis diebus uerni mensis: nisi quispiam Græcorum supputationē sequi uelit, qui mensem Iunium feruētissimum primum anni noui faciunt. Poterit quoq; & nouus annus hîc accipi Septēbris mēsis, quòd tum scilicet & æstas sit, & noui anni eius fructus percipiantur.

Ad complēdos uitæ beatæ numeros.) Plato tum in secundo de Repub. tum etiam in Gorgia in ueterum conuiuijs cantilenā quandam celebratam scribit, in qua bona corporalia atq; externa hoc ordine cēseantur: Vt primum sit rectè ualere, alterū bona forma natum esse, & citra alicuius fraudē possidere diuitias. Addit quidam autore Zenodoto in Collectaneis prouerbiorum quartum mea sentētia omnium primum, nempè adolescere cum paribus amicis.

Omnes beatę uitæ numeros) Id est, ad saluandas oēs partes, quę iuxta Topicos est, ut quod de altero contrariorū affirmetur, de altero negetur. Si ergo sola malicia reddit infelicem: sequitur, ut ipsa uirtus reddat felicem, & hæc ratio uerissima est.

QVIVSMODI QVAESTIONVM CERtamina

taminibus Saturnalia ludicra Athenis agitare soliti sumus: atque inibi inspersa quędam sophismata & ænigmata & oblectatoria.

CAPVT II.

Saturnalia Athenis agitabamus hilarè prorsum ac modestè, non (ut dicitur) remittētes animum. Nam remittere (inquit Musonius) animum, quasi amittere est, sed demulcētes eum paulùm, atq; laxantes iucundis honestisq; sermonū illectationibus. Coueniebamus autem ad eandem cœnam complusculi, qui Romani in Græciam ueneramus, quiq; easdem auditiones, easdemq; doctores colebamus. Tum qui & cœnulam ordine suo curabat, præmium, soluendæ quæstionis ponebat, librum ueteris scriptoris uel Græcū uel Latinū, & coronam è lauro plexam: totidemq; res quærebat, quot homines istic eramus. Cumq; eas omnes exposuerat: rem locumq; dicendi sors dabat. Quæstione igitur soluta, corona & præmio donabatur: non soluta autem, transmittebatur ad eum, qui sortitò successerat. Idq; in orbē uice pari seruabatur. Si nemo dissoluebat quæstionis eius nodum, præmiū ipsum & corona Deo, cuius id festum erat, dicabatur. Quærebantur autem res huiusmodi, aut sententia Poëtæ ueteris lepidè obscura, non anxiæ, aut historiæ antiquioris requisitio, aut decreti cuiuspiam ex philosophia perperàm inuulgat ipurgatio, aut captionis sophisticæ solutio, aut inopinati rariorisq; uerbi indagatio, aut tempus item in

Saturnalia. Remittere animum. Macrob. Saturna. lib. 1. cap. 5.

Id est, sua uice: siqdē iura instruēdi cœnulā cōmunem, per oēs in orbē ibat.

uerbo

uerbo perspicuo obscurissimum. Itaq; *nuper quæsita esse memini numero septẽ, quorum prima fuit enarratio horum uersuum, qui sunt in* Satyris Quinti Ennij, *uno multifariã uerba coucinniter implicati, quorum exemplum hoc est:*

Frustrari.

Nam qui lepidè postulat alterum frustrari,
Quem frustratur, frustra eum dicit frustra esse.
Nam sese frustrari, quem frustra sentit,
Qui frustratur, is frustra est: si non, ille est frustra.

Vxores cõmunes.

Secunda *quæstio fuit, quónam modo audiri atq; accipi deberet, quòd* Plato *in ciuitate quã in libris suis condidit,* τῆς πολιτείας *fingebat,* κοινὰς τὰς γυναῖκας *esse censuit: & præmia uiris fortibus summisq; bellatoribus posuit suauiationes puerorũ & puellarum.* Tertio *in loco hoc quæsitum est:* In *quibus uerbis captionum istarum fraus esset, & quo pacto distingui resoluiq; possent.* Quod *non perdidisti habes: cornua non pdidisti: habes igitur cornua.* Itẽ *altera captio.* Quod *ego sum, id tu nõ es: homo ego sum, homo igitur tu nõ es.* Quæsitũ *id quoq; ibi est, quæ esset huius quoq; sophismatis resolutio:* Cũ *mẽtior, & mẽtiri me dico, mãtior, an uerum dico?* Posteà *quæstio ista hæc fuit:* Quã *ob causam* Patricij Megalensibus *mutitare soliti sint:* Plebs Cerealibus? Secundùm *ea quæsitum hoc est:* Verbum Verant, *quod significat uera dicunt, quisnam ueterũ* Poëtarũ *dixerit?* Sexta *quæstio fuit:* Asphodelũ *cuiusmo*

Explicat Beroaldus in Anno.
Id ẽ, mutua cõuiuia per orbem celebrare.
Secundùm ea, i. post.
Asphodelũ.

iusmodi herba sit, q̃ Hesiodus in isto uersu posuerit:

Νήπιοι οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός.
Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.

Et quid item Hesiodus se dicere sentiat, cùm dimidium plus esse toto dicit. Postrema quæstionum omnium hæc fuit: Scripserim, uenerim, legerim, cuius temporis uerba sint, præteriti, an futuri, an utriusq;. Hæc ubi ordine quo dixi proposita, atque singulis sorte ductis disputata explanataq; sunt, libris coronisq; omnes donati sumus, nisi ob unam quæstionem, quæ fuit de uerbo Verant. Nemo enim tum commeminerat dictum esse à Q. Ennio id uerbum in decimo tertio Annalium in isto uersu:

Sati' uates uerant ætate in agunda.

Corona igitur huius quæstionis Deo feriarum istarum Saturno data est.

Id est, stultī neq; sciunt quãtò plus mediū toto sit, ut neq; sciūt quãtò commodius in malua q̃d emolliat uẽtrem.

Quẽ frustratur.) Id est, qui sentit sibi fallaciam strui ab aliquo, frustra id efficit ut deceptor sit frustra, id est, ignauus & nihil efficiet, modo nõ sit ipse frustrà, id est, ad nihil aptus.

Κοινὰς τὰς γυναῖκας.) Hebræi Caballistæ, per mulierem brutam hominis partẽ & carnalem intelligẽdam præscribũt, atq; eò quoq; referunt quod statim in principio conditi orbis Deus ipse præcepit, ut Eua uxor subdita Adæ esset, & obediẽs uiro, id est, principali animæ parti. Voluit ergo Plato, ut certè opinor, per hoc suum ænigma suo more simpliciter expressum significare, quod ad corporalẽ hominis partẽ attinet, alium alio non esse præferẽdum: uel, discrimen & delectum in hominibus tantùm ex animi uirtutibus spectari debere. Iam uerò ne cui nimis altè repetitum commentum hoc uideatur, con-

constat, autore Iustino martyre & philosopho, in libro contra gentes, Platonem ipsum apud Aegyptios Vates & Hebræos Prophetas multis annis diuersatum, adeò ut pleraque ueteris Instrumenti oracula, in eius libris ad uerbum usurpentur, unde uerisimile est, eum hãc quoque mulierum secretiorem intelligentiam didicisse ibidem.

Suauiationes puellarum.) Per suauia pueris ac puellis à fortibus uiris danda, intelligo honestissimũ morem, quo optimi uiri affecti sunt erga pueros bona indole præditos, qui amor solicitus scilicet sit, ut pueri puellæ'ue nobis chari, optimè & disciplinis & moribus instituantur, quo modo Socrates ille philosophorum sanctissimus amare solebat, atque exosculari adolescẽtes formosos, præsertim autẽ Alcibiaden, ut in Symposio indicat Plato In quo libro Alcibiades adolescens elegantissimè longissimeque denarrat, quo amoris genere Socrates sese amauerit. Potest & huc referri ænigma, ut uiri summi & egregiis factis clari pro officio habere debeant solicitam curam adolescentium, ut in optimos uiros adolescant, id est, sui similes.

Captionum istarum fraus.) Simplicissimè omnium resoluitur commẽtum, si propositio negetur, neque enim habemus omnia, quæ non perdidimus, quum perdere sit rem possessam amittere, quis autẽ hominum possedit cornua? Falsa est autẽ propositio uniuersaliter intellecta, at si particularis intelligitur, rursum improba est forma argumẽtationis, quando ex particularibus meris nihil rectè infertur.

Verum dicis. Si quod dicitur, respicis, id est, quod significat, falsum autẽ dicis, si significationẽ uocis attendimus, quod mendacium sonat.

Megalensibus.) Ludis institutis in honorẽ Deorum magnorum, scilicet Iouis, Iunonis, & Cybeles magnæ matris Deûm.

Cerealibus.) In festis Cereris, iam nõ admodùm remota fuerit, quòd magnos magna deceant, paruos autẽ parua & rustica. Iam uerò Patricius ordo, ut honestissimus est in ciuitate, ita Megalensia maximorũ Deorum festa

festa Plebs, ut est infinita inter ciues, ita quoque rusticæ Deæ sibi uendicauit festa.

Asphodelum.) Constat ex Dioscoridis descriptione, uulgarē & rusticanā esse herbam, ut quæ ab eo scriptore lib. tertio de Materiali medicina inter olera referatur, Tum & Lucianus idē indicat, nempe uilem esse herbam, ut qua uictitēt apud inferos manes. Quę sit autem, & an in nostris terris crescat, ingenuè fateor me nescire. Porrò, autore Plutarcho, sapientissimus Poëta per rusticanas has herbas mediocritatem & tenuitatem uictus significans, pręfert eam splendissimis & sumptuosissimus regum conuiuijs, id quod ferè significatur etiam per pręcedens anigma, Dimidum scilicet plus toto: quòd non rarum sit tutius sit mediocritate contentum esse, quàm summas opes & honores ambire. Ad hunc modum exponit Plato ænigma libro de Legibus tertio.

* Asphodelum.) Herba est in Germania adeò frequens, ut uix ullus hortus ea careat. Inter flores ferè primam sese erigit, caulib⁹ iunceis inter porracea folia surgentibus, in quibus singulis singuli flores incumbunt, à Narcisso tantùm colorum uarietate differentes: uulgò zeitlosen, ab aperiēdo uere, dicta. Agapius philosophus Atheniensis, qui in Hesiodum post Proclum scripsit, nō aliam ob causam poëtam Asphodelum encomio tulisse arbitratur, quàm quòd inter omnia holera nulla ferè sunt, quibus minus culturæ adhibetur, quęq; citius ac felicius asphodelo & malua proueniunt. Hæc debes Gyberto Longolio.

Cuius temporis.) Certè si usum spectamus, utriusq; sunt temporis.) Si uerò præceptionem grammaticam, præsenti tantùm respondent indefinito tempori Græcorum.

QVID AESCHINES RHETOR IN ORAtiōe, qua Timarchum de impudicitia accusauit, Lacedæmonios statuisse dixerit super sententia probatissima, quam improbatissimus homo dixisset.

CAPVT III.

AEschines uel acerrimus,prudentißimusq; oratorum,qui apud conciones Atheniensium floruerunt,in oratione illa sæua,criminosaq; & uirulenta,quaTimarchũ de impudicitia grauiter insigniterq; accusauit,nobile & illustre consiliũ Lacedæmonijs dedisse dicit,uirum indidem ciuitatis eiusdem principẽ, uirtute atq; ætate magna præditũ.Populus, inquit,Lacedæmonius,de summa Rep.sua quidnã esset utile & honestũ deliberabat.Tũ exurgit sẽtẽtiæ dicẽdæ gratia homo quispiã turpitudine pristinæ uitæ defamatissimus,sed lingua tunc atq; facundia * nimium quanto præstabilis.Consilium q; dabat,quodq; oportere fieri suadebat,acceptum ab uniuersis,& complacitum est, futurumq; erat ex eius sententia populi decretum. Ibi unus ex illo principum ordine quos Lacedæmonij ætatis dignitatisq; maiestate tanquã arbitros & magistros disciplinæ publicæ uerebantur: cõmoto iratoq; animo exilit:Et quænã,inquit, Lacedæmonij ratio, aut quæ tandem spes erit,urbẽ hanc & hanc Remp.saluã inexpugnabilemq; esse diutiùs posse,si huiuscemodi anteactæ uitæ hominibus cõsiliarijs utemur? Quòd si proba isthæc & honesta sententia est,quæso uos,non sinamus eandem dehonestari turpißimi autoris cõtagione.Atq; ubi hoc dixit,elegit uirũ fortitudine atq; iusticia præter alios præstantem, sed inopi lingua & infacũdum: iußitq; eum consensu,petituq; oĩm,eandem illam sen-

* enimisquã

tentiam diserti uiri cuiusmodi possèt uerbis dicere: ut nulla prioris mentione habita, scitũ atq; decretum populi ex eius unius nomine fieret, quod ipsum denuo dixerat. Atq; ita, ut suaserat prudentißimus senex, factũ est. Sic boni sentẽtia mansit, turpis autor mutatus est.

QVOD SVLPITIVS APOLLINARIS prædicantem quendam à sese uno Sallustij historias intelligi, illusit quæstione proposita, quid uerba ista apud Sallust. significarent: Perincertum stolidior an uanior.

CAPVT IIII.

CVm iam adolescentuli Romæ prætextam & puerilem togã mutassemus, magistrosq; tunc nobismetipsis exploratiores quæreremus, in sandalario fortè apud librarios fuimus: cùm ibi in multorũ hominum cœtu Apollinaris Sulpitius, uir in memoria nostrá præter alios doctus, iactatorẽ quempiam & uenditatorem Sallustianæ lectiõis irrisit, illusitq; genere illo facetissimæ dißimulationis, qua Socrates ad Sophistas utebatur. Nam cùm ille se unum & unicũ lectorẽ esse enarratoremq; Sallustij diceret, neq; primam tantũ cutem ac sententiarum speciem, sed sanguinem quoq; ipsum ac medullam uerborum eius eruere, atq; introspicere penitus prædicaret: tum Apollinaris amplecti ueneráriq; se doctrinas illius dicẽs: Per, inquit, magister optime, exoptatus mihi nunc uenis cũ sanguine & medulla Sallustij uerborum. Hesterno enim die quærebatur ex me, quid'nã uerba eius hæc in quarto Historiarum

Sang.) Penitiorẽ significatiõnẽ uerborũ. Medullã.) Penetralia conclaue.

libro de Cn.Lentulo scripta significent:de quo perincertũ fuisse ait,stolidior'ne esset,an uanior.Eaq; ipsa uerba,uti sunt à Sallustio scripta,dixit:At Cn. Lẽtulus Patriciæ gentis,collega eius cui cognomentũ Clodiano fuit,perincertum,stolidior an uanior,legem de pecunia,quam Sylla emptoribus bonorum remiserat,exigenda,promulgauit.Quæsitum ergo ex se Apollinaris,neq; id dissoluere potuisse asseuerabat, quid esset uanior,qd stolidior: quoniã Sallustius sic ea separasse atq; opposuisse inter se uideretur,tanquàm diuersa ac dißimilia,nec eiusdem utraq; uicij forent. Ac proptereà petebat,uti se doceret significatiões utriusq; uocis & origines.Tũ ille,rictu oris labiorumq; ductu,contemni à se ostendens & rem de qua quæreretur,& hominem ipsum qui quæreret:Priscorum,inquit, & remotorum ego uerborum medullas & sanguinem(sicuti dixi) perspicere & elicere soleo,non istorũ quæ proculcata uulgò & protrita sunt. Ipso illo quippe Cn. Lentulo stolidior est & uanior,qui ignorat ; eiusdem stulticiæ esse uanitatem & stoliditatem.Sed ubi hoc dixit,media ipsa sermonũ reliquit,& abire cœpit. Nos deinde eum tenebamus,urgebamusq;, & cum primis Apollinaris,ut de uocabulorum istorum uel differentia,uel(si ei ita uideretur) similitudine plenius apertiusq; dissereret, & ut ne sibi inuideret discere uolẽtibus orabat.Atq; ille se iam planè illudi ratus, negociũ sibi

Id est, molestior.

Magis nugax in sermone.

Id est,habitu,rima oris deducta, ductu exerto,

ſibi eſſe cauſſatur, & digreditur. Nos autem *poſteà ex* Apollinari *didicimus, uanos propriè dici, non (ut uulgus diceret) deſipientes aut hebetes, aut ineptos: ſed, ut ueterum doctiſſimi dixiſſent, mendaces & infidos, & leuia inaniáq; pro grauibus & ueris aſtutiſſimè componentes.* Stolidos *autem uocari non tam ſtultos & excordes, quàm tetros & moleſtos & illepidos, quos Græci* μοχθηροὺς καὶ φορτικοὺς *dicerent.* Et *unam quanq; harum uocum origines ſcriptas eſſe dicebat in libris* Nigidianis, *quos ego requiſitos & repertos cum primarum ſignificationem exemplis, ut commentarijs harum* Noctium *inſererẽ, notaui: & intuliſſe me iam aliquo in loco commentationibus iſtis exiſtimo.*

Id eſt, in cauſam trahit.

Ineptos, i. inexpertos, inciuiles.

Id eſt, ſine corde, ratione.

Inciuiles. μοχθηρούς laborioſos, negocioſos & graues.

Sandalario.) Id eſt, ea fori parte ſiue loco, ubi uendi ſolebant ſandalia & calceamenta, ubi & librarias tabernas fuiſſe cũ ex hoc loco Gellij, tũ ex Macrobio cõijcimus.

Qua Socrates.) Nam apud Platonem, idiotã ſe & omnino rerum imperitum profitetur, ibiq; nihil ſe ſcire dicit, niſi quòd nihil ſciret. Apud hũc magnificè ſeſe uenditãt ſophiſtæ Platonici: Socrates autẽ diſsimulãs quæ in animo habebat, ſeſe ipſis diſcipulum exhibet. Sicq; cùm diſputatio inſtituitur, à Socrate quæſtionibus inuoluti & obſtricti ſeſe cum pudore à Socrate ſubducunt.

QVOD Q. ENNIVS IN SEPTIMO ANnali, quadrupes eques, ac non quadrupes equus, ut legunt multi, ſcriptum reliquit.

CAPVT V.

CVM *Antonio Iuliano rhetore, uiro herclè bono & facundiæ florentis, complures adoleſcentuli familiares eius,* Puteolis *æſtiuarum ludum & iocum in*

quàm Pub. Vergilius legerat, qui hunc eius uersum secutus, in Georgicis suis, equitē pro equo posuit in his uersibus. Macrob. li. 6. ca. 9.

Frena Pelethronij Lapithæ gyrosq; dedêre.
Impositi dorso, atq; equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.

Id est, alternare pedes equi superbi.

In quo loco equitem, si quis modò non inscitè ineptéq; argutior sit, nihil potest accipi aliud, nisi equū. Pleraque enim ueterum ætas & hoīem equo insidentem, & equum qui insideretur, equitem dixerunt. Propterea equitare etiam, quod uerbum è uocabulo equitis inclinatum est, & homo equo utens, & equus sub homine gradiens dicebatur. Lucilius adeò uir adprimè linguæ Latinæ sciens, equum equitare dicit his uersibus:

Eques pro equo.

Odiosæ curiositatis.

Id est, ætas antiquorū ut plurimū

Equitare.

Nēpe hūc currere equum nos atq; equitare uidemus,
His equitat, curritq;, oculis equitare uidemus. Et illud:
Ergo oculis equitat.

Sed enim contentus, inquit, ego his non fui. Et ut non turbidæ fidei nec ambiguæ, sed ut purè liquentiusq́ue esset, equúsne, an eques Ennius scriptū reliquisset, librum summæ atque reuerendæ uetustatis, quem ferè constabat Lampadionis manu emendatum, studio precio'que multo unius uersus inspiciendi gratia conduxi, & eques non equus scriptum, in eo uersu inueni. Hæc tum nobis Iulianus, & multa alia eruditè simul & affabiliter dixit. Sed eadem ipsa pòst etiam in

peruulgatis commentarijs scripta offendimus.

Lapithæ.) Autore Stephano populi sunt Thessaliæ Pelethronij opinor cognominati à Vergilio, quod modò Pelethron incolant. Plinius autem libro septimo indicare uidetur Penethronios Lapithas dictos à Penethronio quopiam, à quo primùm equitandi ars inuenta sit. Mihi magis arridet prior.

QVOD HELIVS MELISSVS IN LIBRO, cui titulum fecit de Loquēdi proprietate (quem cùm ēderet, cornu esse Copiæ dicebat) rem scripsit neq; dictu, neque auditu dignam, cùm differre matronam & matrem familiâs existimauit, differentia longè uanissima.

Liber eiusmodi, in quo quicqd uelles, capere ex eo posses.

CAPVT VI.

HElius Melissus in nostra memoria fuit Romæ, summi quidē loci inter grammaticos eius temporis, sed maior in literis erat iactantia, & σοφιστεία quàm opera. Is præter alia, quæ scripsit compluria, librum cōposuit, ut tum uidebatur, cùm est êditus, doctrinæ inclytæ. Ei libro titulus est ingentis cuiusdā illecebræ ad legendum. Scriptus quippe est de Loquendi proprietate. Quis adeò existimet loqui se rectè atque propriè posse, nisi illas Melissi proprietates pdidicerit? Ex eo libro hæc uerba sunt: Matrona est, quæ semel peperit: quæ sæpius, materfamiliâs: sicuti sus, quæ semel peperit, porcetra: quæ sæpius, scropha. Vtrū autē hoc de matrona ac de matrefamiliâs Melissus excogitauerit ipse & coniectauerit, an scriptū ab aliquo legerit, ariolis profectò est opus. Nam de porcetra habet sanè autorem Pōponium in Attellana, quæ hoc eodem uoca-

Id est, illectationes.

Porcetra. Scropha.

uocabulo inſcripta eſt. Sed matronam non eſſe appellatã, niſi quæ ſemel peperit: neq; matrẽfamiliâs, niſi quæ ſæpius, nullius ueterum ſcriptorum autoritatibus confirmare poteſt. Enimuerò illud compendio probabilius eſt, quod idonei uocum antiquarũ enarratores tradiderunt: matronam dictam eſſe propriè, quæ in matrimonium cum uiro conueniſſet, quoad in eo matrimonio maneret, etiamſi ſibi liberi nondum nati forent: dictamq; eſſe ita à matris nomine, nõ adepto iã, ſed cũ ſpe & omine mox adipiſcẽdo: unde ipſum quoq; matrimonium dicitur. Matrem autem familiâs appellatam eſſe eam ſolam, quæ in mariti manu mancipioq;, aut in eius, in cuius maritus manu mancipioq; eſſet: quoniam non in matrimonium tantùm, ſed in familiã quoque mariti, & in ſui hæredis locum ueniſſet.

Id eſt, multo.

Matrona.

Adepto acquiſito paſſiuè.

Materfamiliâs.

In familiã quoq; mariti.) Addit Budæus in lib. Pand. Secundùm hoc moribus noſtris uxores, & matronæ, & matres familiâs ſunt, quæ conſortes non modò lecti genialis, ſed etiam bonorum fortunarumq; ſunt, quod nõ eſt in locis, qui iure ſcripto reguntur.

QVEM IN MODVM PHAVORINVS tractauerit intempeſtiuum quendam de uerborum ambiguitatibus quærentem: atque ibi quot ſignificationes capiat concio.

CAPVT VII.

DOmitio homini docto, celebriq; in urbe Roma grãmatico, cui cognomentum Inſano factum eſt: quoniam erat natura intractabilior & moroſior: ei Domitio Phauorinus noſter, cùm fortè apud fanum

Domitius Inſanus.

Eius Deæ q̃ fuit mater Euandri. Carmentis obuiàm uenisset, atq; ego cum Phauorino
essem: Quæso, inquit, te magister dicas mihi, nũ erraui, quòd cùm uellem δημηγορίας Latinè dicere, cõciones dixi? dubito quippe & requiro, an ueterũ eorum, qui electiùs locuti sunt, pro uerbis & oratione, dixerit quis cocionẽ. Tum Domitius uoce atq; uultu atrociore: Nulla, inquit, prorsus bonæ salutis spes reliqua est, cùm uos quoq; philosophorũ illustrißimi, nihil iam aliud quàm uerba autoritatesq; uerborũ cordi habeatis. Mittam autem librũ tibi, in quo id reperias, quod

Id est, iura uerborum. quæris. Ego enim grammaticus, uitæ iam atq; morum disciplinas quæro: uos philosophi mera estis (ut M. Cato ait) mortuaria glossaria. Nam q collegisti, & lectitasti res tetras, & inanes, & friuolas tanquàm mulierum uoces præficarum. Atq; utinam, inquit, muti omnes homines essemus, minus improbitas instrumẽti haberet. Cumq; digreßi essemus: Non tempestiuè, inquit Phauorinus, hunc hominem acceßimus: uidetur enim mihi ἐπιμαίνεσθαι. Scitote, inquit, tamen intemperiem istam, quæ μελαγχολία dicitur, non paruis, nec abiectis ingenijs accidere, ἀλλὰ εἶναι σχεδὸν τὸ πάθος τοῦτο ἡρωϊκόν, & ueritates plerunq; fortiter dicere, sed respectum non habere μήτε καιροῦ, μήτε μέτρου. Vel ipsum quale hoc existimatis, quod nunc de philosophis dixit? Nõne & si Antisthenes aut Diogenes dixisset, dignum memoria uisum esset? Misit autẽ paulò

Vanas uoces, cantiones.

Maleficarũ.

Insanire.

Id est, atrabilis,

Neq; temporis opportunitatẽ neq; mensuræ modum.

pòst

post Phauorino librum, quem promiserat. Verrij (opinor) Flacci erat, in quo scripta ad hoc genus quæstiõis pertinentia hæc fuerunt: Senatum dici & pro loco & pro hominibus. Ciuitatem & pro loco & pro oppido, & pro iure quoq; omnium, & pro hominum multitudine: Tribus quoq;, & decurias dici, & pro loco, & pro iure, & pro hominibus. Concionem autem tria significare, locum suggestumq; unde uerba fierent. Item significare cœtum populi assistentis. Item orationem ipsam, quæ ad populum diceretur. Sicut Marcus Tullius in oratione, quæ inscripta est Contra concionem Quinti Metelli: Ascendi (inquit) in concionem, concursus est populi factus. Sicut idem Marcus Tullius in Oratore ait. Cõciones sæpè exclamare uidi, cùm aptè uerba cecidissent. Etenim expectant aures, ut ex uerbis colligetur sententia. Exempla in eo libro scripta non erant, sed nos posteà Phauorino desideranti harum omnium significationum monumenta, & apud Ciceronem, sicuti suprà scripsi, & apud elegantissimos ueterum reperta exhibuimus. Id autem quod potissimùm expetebat, concionem esse dictam pro uerbis & oratione, docuit titulus Tulliani libri, qui à Marco Cicerone inscriptus est, Contra concionẽ Quinti Metelli: quo nihil profectò significatur aliud, quàm ipsa, quæ à Metello dicta est, oratio.

Senatus. Ciuitas. Tribus. Concio. Id est, suggestum.

Δημηγορίαι.) Actiones ad populum, à δῆμος quod populum significat, & ἀγορεύω dico, concionem habeo.

Mos

Mortuaria glossaria.) In uobis planè contunduntur glossæ.

ἀλλὰ εἶναι χιδόντι.) Sed esse fermè affectionem hanc heroicam, & maximis ingeniis accidere. Est autem bilis sanguis adustus & concretus. Arist. in Proble. Plato in multis libris. Sed & Ludouicus Cęl. exquisitissimè super hac re disserunt, antiquarum, lectionum li. 9, ca. 20. Tum Marsilius Ficin. in libro de triplici uita. Mentem non habet, qui iram non habet: Plato.

ὁμοιοτέλευτα, καὶ ὁμοιόπτωτα, ATQVE ALIA ID genus, quæ ornamenta orationis putãtur, inepta esse, & puerilia, Lucilii quoque uersibus declarati.

CAPVT VIII.

Ornamenta decora. Id est, decori imperiti, inepti. Condidit styli nasum primus Lucilius, inquit Plin. dicest, poëmata, quæ taxarent homines sine nomine.

Ομοιοτέλευτα, καὶ ἰσοκατάληκτα καὶ πάρισα, καὶ ὁμοιόπτωτα cæteraque huiusmodi scitamẽta, quæ isti ἀπειρόκαλοι, qui se Isocraticos uideri uolunt, in collocandis uerbis immodicè faciunt & rancidè, quàm sint insipida, & inertia, & puerilia, facetißimè herclè significat in quinto Satyrarum Lucilius. Nam ubi est cum amico conquestus, quòd ad se ægrotum non uiseret, hæc ibidem addit festiuiter:

Quo me habeam pacto, tametsi non quæris, docebo,
Quando in eo numero mansi, quo in maxima nõ est
Pars hominum, ut periisse uelis, quem nolueris, cùm
Visere debueris, hoc nolueris, & debueris, te.
Si minus delectat, quod ἄτεχνον Isocratium hoc est.
ὀχληρῶς quæ simul totum, καὶ σὺ μειρακιώδης.
Non operam perdo. Si tu hic.

Inartificiosum.

Molestum. Id est, tu puerilis si es, his puerilibus

ὁμοιοτέλευτα, καὶ ἰσοκατάληκτα. Id est, æqualiter desinentia: ἴσος æqualis, καταλήγω desino, iuxta mensuram scilicet

cet & numerum syllabarum, eorum uerborum quæ mẽbra orationis claudunt. nugis delectaris.

πάρισα.) Adæquata quando scilicet paria paribus in oppositiõe referũtur, ut si dicas: pecuniam quidem habebas, at eandem creditoribus debebas.

ὁμοιόπτωτα) Similiter cadentia, quando plurima uerba ex oratione posita, uel eodẽ casu, uel simili uerbi forma cadunt. Porrò hæ quatuor species ornamentorum præceptis magis quàm usu inter se differũt. Solent enim plerunq; in uno & eodem exẽplo plura id genus deprehendi, qua de re est apud Fabium libro 8.

Isocraticos.) Isocratis clarissimi rhetoris imitatores, qui quemadmodum scribit M. Tullius, cum in Bruto, tũ in Oratore perfecto primũ omnium reperit etiam orationem solutam numeris & modulis quibusdam illigandam esse, ita tamen, ut à uersu, qui mensuris constat, orationem discerneret.

Rancidè) Absurdè Insipida.) Ingrata. Inertia.) Inefficacia. puerilia.) Pueris digna. Isocratium.) Irritamentũ, modulamentum Isocratis.

Non operam perdo.) Id est non ludo operam.

QVID SIGNIFICET APVD M. CATOnem uerbum insecenda: quodq; insecenda potiùs legendum sit, quàm quod pleriq; existimant, insequendo.

CAPVT IX.

ET *Sequor, & item Secta, & Secutio, consuetudine loquẽdi differunt: sed qui penitus inspexerit, origo & ratio utriusq; una est.* Doctores quoque & *interpretes uocem Græcarum* ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα, Et ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι *dictum putant, quod Latinè insequi dicitur. Nãq; in altero, n, geminum, in altero scilicet esse translatum dicunt.* Sed etiam ipsum *illud* ἔπος, *quod significat uerbá aut uersus, non aliũde esse*

Id est, consequentia.

Virũ dic mihi musa.

Insequi. narrationem psequi.

Id est, transmutatũ in s.

prosecutiones. *esse dictum tradunt, quàm ἀπὸ τοῦ ἐπειδὴ, & ἐιπεῖν.* *Eadem ergo ratione antiqui nostri narrationes sermonesq; insectiones appellauerunt.*

ERRARE ISTOS, QVI IN EXPLORANDA febri pulsus uenarum pertentari putant, non arteriarum.

CAPVT X.

IN Herodis clarissimi uiri uillã, quæ in agro est Attico, loco, qui appellatur Cephisia, aquis & lucis & nemoribus frequentem, æstu anni medio concesseram. Ibi aluo mihi cita, & accedente febri rapida decubuerã. Eò Caluisius Taurus philosophus, & alij quidem sectatores eius, cũ Athenis uisendi mei gratia uenissent, medicus, qui tum in his locis repertus, aßidebat mihi, narrare Tauro cœperat, quid incommodi paterer, & quibus modulis, quibusq; interuallis accederet febris decederetq;. Tũ in eo sermone cùm iam me synceriore corpusculo factum diceret: Potes, inquit, Taure tu quoq; idipsum cõprehendere ἐὰν ἅψῃ αὐτοῦ τῆς φλεβός. Quod nostris uerbis profectò ita dicitur: Si attigeris uenã illius. Hanc loquendi imperitiã, q; uenã pro arteria dixisset, cùm in eo docti homines, qui cũ Tauro erant, tanq̃ minimè utili in medico offendissent, atq; id murmure & uultu ostenderent: tum ibi Taurus (ut mos eius fuit) satis leniter. Certi, inquit, sumus uir bone, nõ ignorare te quid uena appelletur, & quid arteria: quod uenæ quidem suapte ui immobiles sint, & sang-

id est, laxa, soluta.

An scilicet tertiana uel quartana esset.

Vena. Arteria.

sanguinis tantùm demittēdi gratia explorentur: Artē riæ autem motu atq; pulsu suo habitum & modum febrium demonstrent. Sed, ut uideo, peruulgatè magis q̃ inscitè locutus es. Non enim te solùm, sed alios quoq; itidem errātes audiui Venam pro Arteria dicere. Fac igitur, ut experiamur elegātiorem esse te in medendo, quàm in dicēdo, & cum dijs beneuolentibus opera tua sistas hūc nobis sanum atq; ualidū quàm citißimè. Hoc ego posteà cùm in medico reprehensum esse meminissem, existimaui nō medico soli, sed omnibus quoque hominibus liberis liberaliterq; institutis turpe esse, ne ea quidem cognouisse ad noticiā corporis nostri pertinentia, quæ nō altiùs occultiusq; rebus remota, et quæ natura nobis tuēdæ ualetudinis causa, & in promptu esse, & in propatulo uoluerit: ac propterea, quantum habui temporis subcisiui, medicinæ quoq; disciplinæ libros attigi, quos arbitrabar esse idoneos ad docendum. Et ex his cùm alia pleraq; ab isto humanitatis usu non aliena, tum de uenis quoq; & arterijs didicisse uideor, ad hunc fermè modum: Vena est conceptaculū sanguinis, quod ἀγγεῖον medici uocant, misti cōfusiq; cū spiritu naturali, in quo plus sanguinis est, minus spiritus: Arteria est conceptaculum spiritus naturalis, misti confusiq; cum sanguine, in quo plus spiritus est, minus sanguinis: σφυγμὸς autem est intensio motus & remißio in corde, & in arteria naturalis, non

arbi-

Non quem ex arbitrio habeamus.

arbitrij. A medicis autem ueteribus oratione Græca ita definitus est: σφυγμός ἐστι διαστολὴ καὶ συστολὴ ἀδιαίρετος ἀρτηρίας καὶ καρδίας. Vel, σφυγμός ἐστι παλμὸς, ἢ ζέσις φλεβὸς, ἢ ἀρτηρίας.

Cephisia.) De Ciphiso amne & fonte uide librum 1. cap. 2. suprà.

ἐὰν ἅψῃ αὐτοῦ τῆς φλεβός.) Si attigeris ipsius uenam. ἅπτομαι tango & ἅψομαι infinitum. φλὲψ ἡ in genitiuo, φλεβός uena, τομὴ incisio, inde phlebotomare hodie usurpatum à medicis, pro sanguinem mittere.

σφυγμὸς ἐστὶ διαστολή.) Pulsus est deductio & contractio indiuisibilis, id est, perpetua & iugis arteriæ & cordis, uel uibratio, aut feruor uenæ & arteriæ.

VERBA EX CARMINIBVS FVRII ANtiatis inscitè à Cesellio Vindice reprehensa uersusq; ipsi in quibus ea uerba sunt, supscripti.

CAPVT XI.

Furius poëta.

Tetræ, fordidæ.

Insuaues, i. duræ.

Lutescere.

Virescere.

Purpurare.

Opulescere.

NON herclè idem sentio cum Cesellio Vindice grammatico (ut mea opinio est) haud quaquàm inerudito. Verùm hoc tamē petulanter insciteq;, quòd Furium ueterem poëtam dedecorasse linguā Latinam scripsit huiuscemodi uocum fictionibus, quæ mihi quidē, neq; abhorrere à poëtica facultate uisæ sunt, neq; dictu profatuq; ipso tetræ aut insuaues esse sicuti sunt quædā ab illustribus poëtis ficta durè & rācidè. Quæ reprehendit autem Cesellius Furiana, hæc sunt: quòd terrā in lutū uersam lutescere dixerit: & tenebras in noctis modum factas, noctescere: & pristinas recuperare uires, uirescere: & quòd uentus mare cæruleum crispicans nitescere facit, purpurat dixerit: & opulentum

tum fieri, opulescere. Versus autem ipsos ex poëmatis Furianis, in quibus hæc uerba sunt, subdidi:

Sanguine diluitur tellus, caua terra lutescit.
Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ.
Increscunt animi, uirescit uulnere uirtus.
Sicut fulica leuis, uolitat super æquora classis, Genus est anatis fulica.
Spiritus Eurorum uirides cùm purpurat undas,
Quo magis in patrijs poßint opulescere campis.

MOREM ISTVM VETERIBVS NOSTRIS FUISSE, uerba patiendi mutare, ac uertere in agendi modum.

CAPVT XII.

ID quoq; habitum est in oratione facienda elegantiæ genus, ut pro uerbis absentibus patiendi figuram agentia ponerent, ac deinde hæc uice inter sese mutua uerterent. Terentius in Comœdia: Id est, habitũ figuram. Actiua pro passiuis.

Pallium, inquit, face ut splendeat.

Nónne hoc impendio uenustiùs gratiusq; est, quàm si diceret, ne maculetur? Plautus etiam non dißimiliter: Scilicet ut splendeat. .i. multò.

Quid est hoc? rugat pallium. Pro rugatur.
Amictus non sum commodè. Id est, palli um meũ nõ aptè uestit.

Itidem, Plautus Pulueret dicit, non quòd puluere, impleat, sed quòd ipsum pulueris plenum sit:

Exi tu Daue, age,
Sparge. mundum esse hocce uestibulum uolo,
Venus uentura est nostra: nolo hòc pulueret.

In Asinaria quoq; Contemples dicit pro cõtẽpleris: Cõtemples.

Pro sedata est.
Id est, causa.
Id est, aucta est.

Meum caput contẽples, si quidẽ è re consultas tua. Cn. Velleius in Annalibus: *Postquã tẽpestas sedauit, Atherbal taurũ immolauit.* M. Cato in Originibus: *Eodẽ nomine complures ex agro accesitauêre: eo res eorum auxit.* Var. in libris quos ad Marcellũ de lingua Latina fecit: *In priore uerbo graues prosodiæ, quæ fuerũt, manẽt, reliquæ mutãt:* inquit elegãtissimè, pro mutantur. Potest etiã id quoq; ab eodẽ Varrone in VII. Diuinarũ similiter dictum uideri: *Inter duas filias regum quid mutet, inter Antigonã & Tulliã,* est enim aduertere. Verba aũt patiẽdi pro agẽtibus in omnibus ferme ueterũ scriptis reperiuntur, ex quibus sunt pauca ista, quæ nũc meminimus: Muneror te, pro munero, & Significor, pro significo: Et Sacrificor, pro sacrifico: & assentior, pro assentio: & Fœneror, pro fœnero: & Pigneror pro pignero: & alia huiusmodi pleraque proindè ut in legendo fuerint obuia, notabuntur.

Passiua pro actiuis.
Muneror te
Significor.
Sacrificor.
Assentior.
Fœneror.
Pigneror.

Hocce uestibulũ.) εἴσοδος Græcis uestibulũ dicitur, ab εἰς, quod est in, & ὁδὸς uia, quasi ingressus domus.

Quid mutet.) Græcismus est Græci enim μεταβάλλω, id est, mutare pro μεταβάλλει ὡς usurpant, id est, mutari, præsertim in re Grammatica: significat autem mutet, mutetur, uel intersit.

QVALI TALIONE DIOGENES PHIlosophus usus sit pertentatus à Dialectico quodam Sophismatico impudenti.

Id est, compensatione.
Id est, fraudulento.
Id est, feriis Saturni.

CAPVT XIII.

SAturnalibus Athenis alea quadam festiua & honesta lusitabamus huiuscemodi. Vbi cõueneramus cõ-

plusculi eiusdem studij homines, ad leuãdum tẽpus, captiones quæ sophismata appellantur, mente agitabamus: easq; quasi talos aut tesserulas in mediũ uice sua quisq; iaciebamus. Captionis solutæ aut parum intellectæ præmium pœnáue erat numus unus HS. Hoc ære, collecto, quasi manuario cœnula curabatur omnibus qui cũ lusum luseramus: Erant aũt captiones ad hoc ferè exẽplum, tametsi Latina oratione non satis scitè ac penè etiã illepidè exponuntur: Quod nix est, hoc grãdo non est: nix aũt alba est, grãdo igitur alba non est. Item aliud non dißimile: Quod homo est, hoc non est equus: homo autẽ animal est: equus igitur animal non est. Dicere ergo debebat, qui ad sophisma diluẽdum ac refellendum ritu aleatorio uocatus erat, in qua parte quoq; in uerbo captio foret. Quid dari concediq; non oporteret, nisi dixerat, numo singulo multabatur. Ea multa cœnã iuuabat. Licet autẽ dicere, q̃ facetè Diogenes sophisma id genus, quod suprà dixi, à quodã Dialectico ex Platonis diatriba per contumeliam propositum, remuneratus sit. Nam cũ ita rogasset Dialecticus: Quod ego sum, id tu nõ es: & Diogenes annuisset, atq; ille addidisset: Homo aũt ego sum: cùm id quoq; assensus esset, & contrà Dialecticus ita conclusisset: Homo igitur tu nõ es: Hic quidẽ, inquit Diogenes, falsum est: & si uerum id fieri uis, à me incipe.

Id est, remittendum q̃d antè laboribus impendebamus.

Id est, denarius ualens decẽ libras.

Id est, fraus.

Id est, gestu animus.

Diatriba. schola.

Cõpensauit retaliauit.

Sophismata.) Id est, argutæ nugæ.
Vice sua.) Id est, pro suo officio.

Manuario.) Ad manus collato. Handt gelt.

Curabatur.) Id est, emebatur.

Quod nix est.) Sic aliquoties negabis propositionem per omnia ueram esse, nã si qualitates accidentales spectamus, nix non est idem quod grãdo, sicq; uera est propositio: uerùm impertinenter assumitur. Rursum si essentiam spectamus & principia utriusq;, utraq; aqueam naturam habere percipitur.

Quod homo est, hoc non est equus.) In specie quidẽ uerũ est: nam sunt diuersę species homo & equus: at eadem sunt genere, iuxta quã rationem assumitur. quare in huius generis captionibus distinguenda est propositio ad hunc modũ, uel etiam in totum neganda, ne tempus in id genus tricis uanissimis, frustra consumatur.

A me incipe.) Vt scilicet sic procedat argumentatio, quod tu es, hoc ego non sum, tu autem es homo: ergo ego non sum homo.

QVID SIT NVMERVS HEMIOLIOS quid epitritos, & quod uocabula ista non facilè nostri ausi sunt uertere in linguam Latinam.

CAPVT XIIII.

Figuræ quædam numerorum, quas Græci certis nominibus appellant, uocabula in lingua Latina non habent. Sed qui de numeris Latinè scripserunt, Græca ipsa dixerunt, fingere autem nostra (quoniam id absurdè futurum erat) noluerunt. Quale enim fieri nomen posset hemiolio numero, aut epitrito? Est autem hemiolios, qui numerum aliquem totum in se habet, dimidiumq; habet eius, ut tres ad duo, quindecim ad decem, triginta ad uiginti. Epitritos autem, qui habet totum aliquem numerum, & eiusdem partem tertiam, ut quatuor ad tres, duodecim ad nouem, quadraginta

Absurdè, no uè, durè.
Hemiolios.
Epitritos.

ad triginta. Hæc autem notare atq; meminisse non ab re uisum est, quoniam uocabula ista numerorum nisi intelliguntur, rationes quædam subtilißimæ in libris Philosophorum scriptæ percipi non queunt.

De numero scripserunt.) Vt M. Varro, & Pub. Nigidius & Macrob.

Quale Hemiolio?) D. Seuerinus Boëthius, qui post Macrobium de numeris scripsit absolutissimè, hemiolium numerum supparticularem uocat Latinè: & epitriton sesquitertium interpretatur, quanquam eum in hac re, ut in multis calumniatur Laurentius Valla, parùm sanè candidè.

Est autem hemiolios.) Hanc numeri rationem uel ipsa indicat etymologia. Siquidem ὅλος Græcis totum significat, ἥμι in compositione semper dimidium sonat, uelut testatur Iulius Pollux.

QVOD M. VARRO IN HEROIS VERsib⁹ obseruauerit rē nimis anxię & curiosę obseruatiōis CAPVT XV.

IN longis uersibus, qui hexametri uocantur, item in senarijs, animaduerterunt metrici duos primos pedes, itē extremos duos habere singulas posse integras partes orationis, medios haud unq̄ posse: sed constare eos semper ex uerbis, aut diuisis, aut mistis, atq; cōfusis. Marcus autem Varro in libris Disciplinarum scripsit, obseruasse se in uersu hexametro, quòd omni modo quintus semipes uerbum finiret, & quòd priores quinq; semipedes æquè magnam uim haberent in efficiendo uersum, atq; alij posteriores septem. Idq; ipsum ratione quadam Geometrica fieri disserit.

Qui constat duodecim pedibus & sex combinationibus.

Id est, finire possit.

Id est, proportione.

Disserit, cōfirmat.

A. GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII

LIBER XIX.

RESPONSIO CVIVSDAM PHILOSOPHI interrogati, quam ob caussam maris tempestate palluerat.

CAPVT I.

Cassiopeia regio est Græciæ Ioniam attingens.



Auigabamus à Caßiopeia ad Brundusium mare Ionium uiolentum & uastum & iactabundum. Nox deinde, quæ diem primũ secuta est, in ea ferè tota uentus à latere sæuiẽs, nauem undis compleuerat. Tum posteà complorantibus nostris omnibus atq; in sentina † satis agentibus, dies quidem tandem illuxit, sed nihil de periculo atq; sæuicia remissum, quin turbines etiam crebriores, & cœlum atrum, & fumigantes globi, & figuræ quædam nubium metuendæ, quas τυφῶνας *uocabant, impendere, immininereq;, ac depressuræ nauem uidebantur. In eadẽ fuit philosophus in disciplina Stoica celebratus, quem ego Athenis cognoueram, non parua uirum autoritate, satisq; attentè discipulos iuuenes continentem.* Eum *tunc in tantis periculis inq; illo tumultu cœli marisq; requirebam oculis, scire cupiẽs, quo'nam statu animi, & an intrepidus interritusq; esset. Atq; ibi homi*

† se angentibus,

Id est, instituentem, imbuentem.

Oculis scilicet in orbẽ circũductis.

hominem conspicimus impauidum & extrilidum, ploratus quidem nullos, sicut cæteri omnes, nec ullas eiusmodi uoces cientem, sed coloris & uultus turbatione non multum à cæteris differentem. At ubi cœlum enituit & deferbuit mare, & ardor ille periculi deflagrauit, accedit ad Stoicũ Græcus quispiam diues ex Asia, magno (ut uidebamus) cultu paratuq; rerũ & familiæ, Atq; ipse erat multis corporis animiq; delicijs diffluẽs. Is quasi illudens, Quid hoc est, inquit, ò philosophe, quòd cùm in periculis essemus, timuisti tu & palluisti: ego neq; timui nec pallui. Et philosophus aliquantulum cunctatus, an respondere ei conueniret: Si quid ego, inquit, in tanta uiolentia tempestatum uideor paululum pauefactus, nõ tu istius rei ratiõe audiẽda dignus es. Sed tibi sanè Aristippus ille pro me responderit: qui cùm in simili tẽpore à simillimo tui homine interrogatus, quare philosophus timeret, quum ille contrà nihil metueret: non eandem esse causam sibi atq; illi, respondit: quoniam is quidem esset nõ magno opere solicitus pro anima nequißimi nebulonis: ipsum autem pro Aristippi anima timere. His tunc uerbis Stoicus diuitem illum Asiaticũ à sese amolitus est. Sed posteà cùm Brundusium aduẽtaremus, mollitiq; essent uenti maris, percõtatus eum sum, quæ nam illa ratio esset pauoris sui, quam dicere ei supersedisset, à quo fuerat non satis dignè cõpellatus. Atq; ille mihi placidè & comiter. Quo

Extrilidus.

Id ẽ, abhorrentem.

Id est, seruorum ministrorum.

Timoris, &c.

niam, inquit, audiendi cupidus es, audi quid super isto breui quidem, sed necessario & naturali pauore maiores nostri cōditores sectæ Stoicæ senserint, uel potiùs, inquit, lege. Nam & faciliùs credideris, si legas, & memineris magis. Atq; ibi corám ex sarcinula sua librū protulit Epicteti philosophi quintū Διαλέξεων, quas ab Ariano digestas congruere scriptis Ζήνωνος & Chrysippi non dubium est. In eo libro scilicet Græca oratione scriptum ad hanc sententiā legimus: Visiones animi, quas φαντασίας philosophi appellant, quibus mens hominis prima statim specie accidentis ad animū rei pellitur, nō uoluntatis sunt, neq; arbitrij, sed ui quadam sua inferūt sese hominibus. Noscitādæ probationes autē, quas συγκαταθέσεις uocāt, quibus eadem uisa noscuntur ac dijudicantur, uoluntariæ sunt, fiuntq; hominum arbitratu. Propterea cùm sonus aliquis formidabilis aut è cœlo, aut ex ruina, aut repētinus * nescius periculi nuncius, uel quid aliud eiusmodi factum est: sapientis quoq; animū paulisper moueri, & cōtrahi, & pallescere necessum est: nō opinione alicuius mali præcepta, sed quibusdam motibus rapidis & inconsultis, officium mentis atq; rationis præuertentibus. Mox tamen ille sapiens ibidem: τὰς τοιαύτας φαντασίας uisa istæc animi sui terrifica nō approbat, hoc est, οὐ συγκατατίθεται οὐδὲ προσεπιδοξάζει, sed abijcit respuitq;, nec ei metuendum esse in his quicquam uidetur:

Marginalia: Dissertationum. — Id est, inspectione. — Quę pendēt ex uolūtate. — * nescio cuius — Rationis, id est, spūs. Vis rationis est spiritus. — Id est, non cōsentit, neque is super approbat.

tur: atq; hoc inter insipientis sapientisq; animum differre dicunt, quòd insipiens qualia sibi esse primo animi sui pulsu uisa sunt & aspera, talia uerè esse putat: & eadem incepta tanquam si iure metuenda sint, sua quoq; assentione approbat, καὶ προσεπιδοξάζει *(hoc enim uerbo Stoici, cùm super ista re disserūt, utuntur) Sapiēs autē cùm breuiter & strictim colore, atq; uultu motus est:* οὐ συγκατατίθεται*: sed statū uigorēq; sententiæ suæ retinet, quam de huiuscemodi uisis semper habuit, ut de minimè metuendis, sed fronte falsa & formidine inani territantibus.* Hæc Epictetū Philosophū *ex decretis Stoicorum sensisse, atq; dixisse in eo quo dixi libro, legimus, annotādáq; esse idcircò existimauimus, ut rebus fortè id genus, quibus dixi, obortis, pauescere sensim, & quasi albescere non insipientis esse hominis, neq; ignari putemus.* Et *in eo tamen breui motu naturali magis infirmitati cedamus, quā quòd esse ea, qualia uisa sunt, censeamus.*

Iactabundum) Quòd iactetur procellosis fluctibus.

Sententia.) Scilicet exhaurienda.

Extrilidum.) Velut extra læsionem constitutum, sic enim extrilidum uocauere ueteres, quanq̃, excepto uno Apuleio, uocabulum hoc non temerè ab aliis autoribus usurpatum deprehendes, propterea inter antiquata numerandum.

Deferbuit.) Efferbuit, finem fecit, despumauit.

Deflagrauit.) Finem flagrandi fecit.

Diffluens.) Laxus, dissolutus, pauefactus.

Accedentis.) Ad animum pergentis.

Noscitandę probationes.) Indicia rationis, siue spiritus.

ritus conueniat ne, an pudēdum sit obiecta rei alicuius specie moueri.

συγκαταθέσεις) Cōiudicatiōes, cōparatiōes, collatiōes.

Nescius.) Qui nesciatur ut superius disputauit Gellius sic accipi.

EX QVINQVE CORPORIS SENSIbus duos esse cum belluis maximè communes.

CAPVT II.

Gustus. Tactus.

Id est, præter modū.

Macro. li. 2. cap. ulti.

Id est, uiolentius.

Id est, immodicè.

Id est, professionis.

QVinq; sunt hominū sensus, quos Græci αἰσθήσεις appellāt, per quos uoluptas animo aut corpori quæri uidetur, gustus, tactus, odoratus, uisus, auditus. Ex his omnibus quæ immodicè uoluptas capitur, ea turpis atq; improba existimatur. Sed enim quæ nimia ex gustu atq; tactu est, uoluptas (sicuti sapientes uiri censuerunt) omniū rerū fœdissima est: Eosq; maximè, qui duabus istis belluinis uoluptatibus sese dediderunt, grauissimi uicij uocabulis Græci appellāt ἀκολάστους, uel ἀκρατεῖς. Nos eos uel incontinētes dicimus, uel intemperantes. ἀκολάστους enim si interpretari coactius uelis, nimis id uerbum insolens erit. Istæ autem uoluptates duæ, gustus atq; tactus, id est, libidines in cibos, atq; in uenerē prodigæ, solæ sunt hominibus communes cum bestijs: & idcircò in pecudum ferorumq; animalium numero habetur, quisquis est his ferinis uoluptatibus præuinctus. Cæteræ ex tribus alijs sensibus proficiscentes, hominum esse tantùm propriæ uidentur. Verba super hac re Aristotelis philosophi adscripsi, ut uel autoritas clari atque inclyti uiri tam in

famibus

famibus nos uoluptatibus deterreret: Διατί οἱ κατὰ τὴν τῆς ἀφῆς ἢ γεύσεως ἡδονὴν γινομένην ἂν ὑπερβάλλωσιν ἀκρατεῖς λέγονται. οἵ τε γὰρ περὶ τὰ ἀφροδίσια, ἀκόλαστοι, οἵ τε περὶ τὰς τῆς τροφῆς ἀπολαύσεις. τῶν δὲ κατὰ τὴν τροφὴν, ἀπ' ἐνίων μὲν ἐν τῇ γλώττῃ τὸ ἡδὺ, ἀπ' ἐνίων δὲ ἐν τῷ λάρυγγι. Διὸ καὶ φιλόξενος γεράνου φάρυγγα εὔχετο ἔχειν, οἱ δὲ κατὰ τὴν ὄψιν καὶ τὴν ἀκοὴν οὐκέτι, ἢ διὰ τὸ τὰς ἀπὸ τούτων γινομένας ἡδονὰς κοινὰς εἶναι ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις. ἅτε οὖν οὖσαι κοιναὶ ἀτιμόταταί εἰσι. Διὸ καὶ μάλιστα ἢ μόναι ἐπονείδιστοι, ὥστε τὸν ὑπὸ τούτων ἡττώμενον ψέγομεν, καὶ ἀκρατῆ, καὶ ἀκόλαστον λέγομεν, διὰ τὸ ὑπὸ τῶν χειρίστων ἡδονῶν ἡττᾶσθαι. οὐσῶν δὲ τῶν αἰσθήσεων πέντε, τὰ ἄλλα ζῶα ἀπὸ δύο μόνων τῶν προειρημένων ἥδεται, κατὰ δὲ τὰς ἄλλας, ἢ ὅλως οὐχ ἥδεται, ἢ κατὰ συμβεβηκὸς τοῦτο πάσχει, ὁρᾷ μὲν γὰρ ὁρῶν, ἢ ὀσφραινόμενον χαίρει, ὅτι ἀπολαύει καὶ ὅταν πληρωθῇ οὐ δὲ τὰ τοιαῦτα ἡδέα αὐτῷ, ὥσπερ οὐδὲ ἡμῖν ἡ τοῦ ταρίχους ὀδμὴ ὅταν ἅδην ἔχωμεν τοῦ φαγεῖν, ὅταν δὲ ἐνδεεῖς ὦμεν ἡδεῖα, ἡ δὲ τοῦ ῥόδου ἀεὶ ἡδεῖα.

Quis igitur habens aliquid humani pudoris, uoluptatibus istis duabus coëundi atq; comedendi, quæ sunt homini cum sue atq; asino communes, gaudeat? Socrates quidem dicebat, multos homines propterea uelle uiuere, ut ederent & biberent, sese bibere atq; esse ut uiueret. Hippocrates autem diuina uir scientia de coïtu Coïtus uenereus.

uenereo

uenereo ita existimabat, partem esse quandam morbi teterrimi, quem nostri comitialem dixêre. Nanque *ipsius uerba hæc traduntur:*

τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν.

ἀκρατὴς.) Græcis κρατέω significat teneo, & arceo, & ἀ priuatiua est particula, unde ἀκρατὴς qui sibi temperare non potest.

Insolens.) Inconsuetum, nam oportebit dicere impunitum, uel incoërcitum, quem illi ἀκόλαστον uocãt, qui scilicet cupiditates non puniat, uelut iniecto freno. Græcis certè κολάζω punio significat, ἀ priuat.

Cæteræ ex tribus.) Visus enim & auditus uocantur ab Aristotele sensus disciplinæ.

Cum asino cõmunes.) Id cõtendit D. Augustinus esse quod uulgò apud poetas legimus aliquos aut in asinos, aut in sues mutatos, quod uidelicet sensibus illis, quos quidem cũ beluis istis habebant communes, plus sint largiti, quàm ab homine debuerit: ideoque factum esse, ut uel in suem, id est, immundissimum animal, uentrique quam maxime obnoxium degenerauerint. Ita leones, ursos, lapides denique legimus ex hominibus factos.

De coitu uenereo.) Hæc proculdubiò causa est cur ut quodque animal in libidinem sit prõptius, hoc sit & morti uicinius: quòd si usquàm aliâs, in passeribus maximè uidere licet. De Hippocratis laude uide Plinium lib. 7.

Comitialem.) Is multis nũc nominibus appellatur. Sunt enim qui sacrum uocent, qui regiũ, Herculeũ, caducum, atque comitialẽ, quo morbo præter hominẽ sola coturnices etiã tenentur. Autor est Plin. lib. 10. cap. 23.

QVOD TVRPIVS EST FRIGIDE LAVdari, quàm acerbiùs uituperari.

CAPVT III.

Cum insectatione & inuidia.

TVrpiùs esse dicebat Phauorinus Philosophus exiguè atque frigidè laudari, quàm insectanter & graui-

grauiter uituperari. Quoniam, inquit, qui malè dicit & uituperat, quantò id acerbiùs facit, tam maxima mole pro iniquo & inimico dicitur, & plerunq; proptereà fidem non capit: Sed qui infœcundè atq; ieiunè laudat, destitui à causa uidetur, & amicus quidem creditur eius, quem laudare uult, sed nihil posse reperiri, quem iure laudet. Ieiunè, exiliter.

Propterea.) Propter hanc suspicionē malignitatis.

QVAMOBREM VENTER REPENTINO timor effluat: quare etiam ignis urinam lacessat.

CAPVT IIII.

ARistotelis libri sunt, qui Problemata physica inscribuntur, lepidißimi, & elegantiarum omne genus referti. In his quærit, quam ob causam eueniat, ut quibus inuasit repentinus rei magnæ timor, plerūq; aluo statim cita fiant. Item quærit, cur accidat, ut cum, qui propter ignem diutiùs stetit, libido urinæ lacessat. Ac de aluo quidem inter timendum prona atq; præcipiti, causam esse dicit, quòd timor omnibus sit algificus, quē ille appellat ψυχροποιητικὴν, quæ uis frigoris sanguinem caldoremq; omnē de summa corporis cute cogat penitus & depellat, faciatq; simul, uti qui timēt, sanguinē ex ore decedente pallescant. Is autē, inquit, sanguis & caldor in intima coactus, mouet plerunq; aluum & incitat. De urina crebra ex igni proximo facta, uerba hæc posuit: τὸ δὲ πῦρ διαχαλᾷ τὸ πεπηγὸς ὥσπερ ἥλιος τὴν χιόνα.

Margin notes: Id est, omnis generis. — Id est, soluta. — Prona, solubili. — Causat algores. — Caldorem, calorem.

Proble-

Problemata physica.) Naturales quæstiones, quasi tu dicas coniectamenta.

Quibus inuasit.) Id est, adortus est, & noue dixit cum datiuo. (facio.

ψυχροποιητικήν.) A ψυχρὸς, quod frigus significat, & ποιέω

Mouet plerunque aliud. Liquefacit ea quæ in ea continentur. Cribra.) Subinde lacessente.

τὸ δὲ πῦρ.) Ignis dissoluit concretum, quemadmodum sol niuem.

EX ARISTOTELIS LIBRIS SVMptũ, quòd niuis aqua potui pessima sit: & quòd ex niue crystallus concreatur.

CAPVT V.

Eiusdẽ ætatis.

IN Tiburto rus concesseramus hominis amici diuitis, æstate anni flagrantißima, ego & quidam alij æquales & familiares mei, eloquentiæ & philosophiæ sectatores. Erat nobiscum uir bonus, ex Peripatetica disciplina benè doctus, & Aristo. unicè studiosißimus. Is nos aquam multam ex diluta niue bibentes coërcebat, seueriusq; increpabat. Adhibebat nobis autoritates nobilium medicorũ, & cum primis Aristo. philosophi rei omnis humanæ peritißimi, qui aquam niualem frugibus sanè & arboribus fœcundam diceret, sed hominibus potu nimio insalubrẽ esse, tabemq; & morbos sensim atq; in diem longã uisceribus inseminare. Hæc quidem ille ad nos prudenter & beneuolè, & aßiduè dictitabat. Sed cùm bibendæ niuis pausa fieret nulla, promit è bibliotheca Tiburti, quæ tunc in Herculis templo satis commodè instructa libris erat Aristotel. librũ, eumq; ad nos adfert. Et huius saltem, inquit uiri sapien

Aqua niualis homini nociua.

Tabẽ Phthysim.

Id est, quies interspiratio.

ſapientiſsimi uerbis credite, ac deſinite ualetudinē ueſtram profligare. In eo libro ſcriptum fuit, deterrimā eſſe potui aquam è niue. Nanq; ſolidius latiusq; cōcretam eſſe eā quam κρύσαλλον *Græci appellāt. Cauſaq; ibi adſcripta eſt huiuſcemodi: quoniā cū aqua frigore aëris duratur & coït, neceſſum eſt fieri euaporationē, & quādam quaſi auram tenuiſsimā exprimi ex ea & emanare. Id autē, inquit, in ea leuiſsimū eſt, quod euaporatur: manet autē quod eſt grauius & ſordidius, & inſalubrius: atq; id pulſu aëris uerberatum, in modum coloremq; ſpumæ candidæ oritur. Sed aliquantū, quod eſt ſalubrius, diſflari atq; euaporari ex niue, indicium illud eſt, quòd minor fit illo quæ antè fuerat, q̄ concreſceret. Verba ipſa Ariſtot. ex eo libro pauca ſumpſi, & adſcripſi:* Διότι τὰ ἀπὸ χιόνος καὶ κρυστάλλων ὕδατα φαῦλά ἐστιν, ὅτι παντὸς ὕδατος πηγνυμένου τὸ λεπτότατον διατμίζεται, καὶ κουφότατον ἐξατμίζει, σημεῖον δὲ ὅτι ἔλαττον γίνεται ἢ πρότερον ὅταν τακῇ παγέν. ἐπεληλυθότος οὖν τοῦ κουφοτάτου, ἀνάγκη τὸ καταλειπόμενον χεῖρον εἶναι. *Hoc ubi legimus placuit honorem doctiſsimo uiro haberi Ariſtoteli. Atq; ita poſteà ego bellum & odium niui indixi, alij inducias cum ea uariè factitabant.*

Id eſt, male efficere, proſtituere.

Id eſt, exhalationem.

In Tyburte.) In Tiburtino agro. Eſt enim Tybur, ut teſtatur Pli. lib. 16. oppidum ꝓpe Romam, quo celeberrimam bibliothecam in Herculis templo inſtructam ſeruabat, cuius & antea Gell. noſter meminit.

Obercebat.) Obiurgabat. Diluta.) Liqueſcente

Ella-

Euaporatur.) Expirat. Emanare.) Euanescere.

Διατὶ τὰ ἀπὸ χίονος καὶ κρυστάλλων.) Propter quid aquæ ex niue & glaciebus malè uiciosæ sunt? An quia omnis aquæ cōcretę tenuissimū dispirat uel difflatur, & leuissimum euaporat. Signū autē est quòd minus fit, quàm prius, cùm liquefactum fuerit concretum: euaporato ergo saluberrimo, quod est tenuissimum necessariò relictum peius esse.

QVOD PVDOR SANGVINEM AD extra diffundit, timor uerò contrahit.

CAPVT VI.

IN problematis Aristotelis philosophi, ita scriptum est: Διατί οἱ μὲν αἰσχυνόμενοι ἐρυθριῶσιν, οἱ δὲ φοβούμενοι, ὠχριῶσι, παραπλησίων τῶν παθῶν ὄντων. ὅτι τῶν μὲν αἰσχυνομένων διαχεῖται τὸ αἷμα ἐκ τῆς καρδίας εἰς ἅπαντα τὰ μέρη τοῦ σώματος, ὥστε ἐπιπολάζειν: τοῖς δὲ φοβηθεῖσι συντρέχει εἰς τὴν καρδίαν, ὥστε ἐκλείπειν ἐκ τῶν ἄλλων μερῶν. *Hoc ego Athenis cùm Tauro nostro legissem, percontatusq; essem, quid de ratione ista reddita sentiret: Dixit quidem, inquit, probè & uerè qd acciderct diffuso sanguine aut cōtracto: sed cur ita fieret, nō dixit. Adhuc enim quæri potest, quam ob causam pudor sanguinem diffundat, timor contrahat, quum sit pudor species timoris, atq; ita definiatur: Pudor est timor iustæ reprehensionis. Ita enim philosophi definiunt,* αἰσχύνη ἐστὶ φόβος δικαίου ψόγου.

Macrob. li. 7. cap. 11.

Id est, pudor est tremor iusti uituperij.

Ad extra) Id est, exteriora cutis.

Contrahit.) Scilicet ad interiora.

Διατί οἱ μὲν αἰσχυνόμενοι ἐρυθριῶσιν οἱ δὲ φοβούμενοι. Id est, propter quid quidem pudefacti rubescūt aut tumescunt palle-

pallescunt, agnatis uicinis affectibus existentibus: quia quidem pudentium diffunditur sanguis ex corde in uniuersas corporis partes: unde fit adeò, ut uelut supernatent, sanguis autem timentibus concurrit ad cor, ut deficiat ex aliis partibus.

QVID SIT OBESVM, NONNVLLAque alia prisca uocabula.

CAPVT VII.

IN agro Vaticano Iulius Paulus poëta uir bonus, & rerum literarumq; ueterum impensè doctus, prædiolum tenue poßidebat. Eò sæpè nos ad sese uocabat, olusculis pomisq; satis comiter copioseq; inuitabat. Atq; ita molli quodam tempestatis autumnæ die, ego & Iulius Celsinus, cùm ad eum cœnassemus, & apud mensam eius audissemus legi Næuij Alcestin, redire-musq; in urbē sole iam ferè occiduo, figuras habitusq; uerborum nouè* aut insigniter dictorum in Næuiano illo carmine ruminabamur: & ut quæq; uox indidē animaduerti digna subuenerat, qua nos quoq; possemus uti, memoriæ mandabamus. Erant autē uerba, quæ tūc suppetebant, huiuscemodi:

Iuli. Paulus

Molli tēperato, miti.

Comœdiā.

Habitus.

* at

Memoriæ thesauro.

> Corpore, inquit, pectoreq; undiq; obeso,
> Ac mente exsensa, tardigemulo senio oppressum.

Obeso. gracilento.

Obesum hic notauimus propriè magis quā usitatè dictum pro exili atq; gracilento, ἀκύρως, ἢ κ̄τ ἀντίφρασιν, Obesum pro pingui atq; uberi dicit. Item notauimus, quòd Obliteram gētem pro obliterata dixit. Item quòd hostes, qui fœdera frāgerent, Fœdifragos,

Obesus.

Obliterus.

Fœdifragus

Xx non

Pudoricolor. Nocticolor. Silenta, Pestilenta. Carendum tui. Impete. Fortescere. Dolentia, Auens. Manciolæ. Fiere. Accipitret.

non fœderi fragos dicit. Item quòd rubentē auroram, Pudoricolorem appellauit,& Memnonem Nocticolorem. Itē quòd fortè dubitāter,& ab eo quod est Sileo, Silenta loca dixit, & puluerulenta, & Pestilenta: & Carendum tui est, pro te: quodq́; magno Impete, pro impetu: Item quòd Fortescere posuit pro fortem fieri: quodq́; Dolentiam pro dolore, & Auens pro libens: Itē curis Intolerantibus pro intolerādis: quodq́; Manciolis, inqt, tene illis, pro manibus: & quiescā Selicio. Item fiere, inquit, impendio insit, id est, impense fieri incipit: quodq́; Accipitret posuit pro iaceret. His nos inter uiam uerborum Næuianorū annotatiunculis oblectabamus. Cætera enim quæ uidebantur nimiū poëtica, explosæ orationis usu alieniora prætermisimus, ueluti fuit, quod de Nestore ait: Trisclisenex, & Dulcioriloquus. Item, quòd tumidis magnisq́; fluctibus, inquit, multigrumis, & flumina gelu concreta, tegmine esse onychino dixit: & quæ multiplicia ludens composuit, quale illud est, quod Vituperones suos subducti supercilij carptores appellauit.

Trisclisenex. Dulcioriloquus. Multigrumis. Vituperones. Subducti elati.

Exsensa.) Id est, sensu carente.
Tardigemulo.) Quòd gemat tardè.
ἀνύρως.) Impropriè per contrariam loquutionem.
Obliteram.) Exoletam.
Nocticolorem.) Nigricoloris.
Magno impete.) Sic Verg. impete nunc uasto.
Actiuum pro pasśiuo.) More Græcorū Atticorum.
Tenellis.) Id est, paruis.
Seliceo.) Id est, te permittente; nisi quis commodiùs putet

putet Selicio dictum esse noué pro cilicio, quod uestis et tegminis genus est ex setis equinis contextum: aut Siliceo, id est, lapideo strato accipiendum à silex silicis.

Inter uiam.) Id est, inter eundum.

Explosæ.) Exhibilatæ.

Nestore.) Principe Pyliorum ex Home. Iliad. Imitatione finxit uocabula hæc Næuius, siquidem apud Homerum Iliados lib. 1. Nestor tres hominũ ætates uixisse dicitur, & tam suauis eloquentiæ, ut ab eius ore melle dulcior flueret oratio.

Tegmine onychino.) Onyx gemmæ nomẽ est, cuius extrema superficies candidis uelut guttis distinguitur, aliàs nigra, imitaturq; rubente quodam cãdore ungues hominis, ut testatur Plinius lib. 37. unde & nomẽ habet, nam ὄνυξ ὄνυχος, Græcis unguis dicitur.

QVAESTIO, AN ARENA, COELVM, triticum, pluralia inueniantur. Atq; inibi de quadrigis, inimicitiis, nõnullis præterea uocabulis, an singulari numero comperiantur.

CAPVT VIII.

ADolescentulus Romæ priusquàm Athenas concederem, quando erat à magistris auditionibusq; obeundis ocium, ad Frontonẽ Cornelium uisendi gratia pergebam, sermonibusq; eius purißimis bonarumq; doctrinarum plenis fruebar. Nec unquam factũ est, quoties eum uidimus, loquentemq; audiuimus, quin rediremus ferè cultiores, doctioresq;. Veluti fuit illa quodã die sermocinatio illius, leui quidẽ de re, sed à Latinæ tamẽ linguæ studio non abhorrens. Nam cùm quispiam familiaris eius, benè eruditus homo, & tum poëta illustris, liberatũ se esse aquæ intercutis morbo diceret, quòd arenis calentibus esset usus: tum illudens Ingredi&dis Frontonis.

Id est, barbarismo. C. Cæsaris laus. Fronto: Morbo quidē (inquit) cares, sed uerbi uicio nō cares. C. enim Cæsar ille perpetuus Dictat, Cnei Pompei socer, à quo familia & appellatio Cæsarum deinceps propagata est, uir ingenij præcellentis, sermonis præter alios suæ ætatis castißimi, in libris quos ad M. Ciceronē de analogia conscripsit, Arenas uiciose dici existimabat, quòd Arena nunquam multitudinis numero appellanda sit, sicuti neq; Cœlum, neq; Triticū. Contrà autē Quadrigas, etiamsi currus unus equorū quatuor iunctorum agmen unum sit, pluratiuo semper numero dicendas putat, sicut Arma, & Mœnia, & Comitia, & Inimicitias: ni * quid contra ea (dicis poëtarum pulcherrime, quo & te purges, & non esse id uiciū demonstres. De (cœlo inquit ille) & Tritico non inficias eo, quin singulo semper numero dicenda sint: neque de Armis, & Mœnijs, & Comitijs, quin figura multitudinis perpetua censeantur. Videbimus autē pòst de inimicitijs & Quadrigis, ac fortasse an de Quadrigis ueterum autoritati concessero. Inimicitiam tamen, sicut Inscientiam, & impotentiam, & iniuriam, quæ ratio est, quamobrem Caius Cæsar uel dictam esse à ueteribus, uel dicendam à nobis non putat, quandò Plautus linguæ Latinæ decus, Deliciam quoq; ἑνικῶς dixerit pro delicijs? Mea, inquit, uoluptas, mea delicia. Inimicitiam autem Quintus Ennius in illo memoratißimo libro dixit:

Arena.

Quadrigæ.

* Vetus exēplar habet, Nunc quid. Alia nōnulla habent, Tu quid.

Deliciæ. Inimicitiæ.

Eo,

Eo, inquit, ingenio natus sum, amicitiam
Atq; inimicitiam in fronte promptam gero.

Sed enim Arenas parum Latinè dici quis (oro te) aut alius scripsit, aut dixit? Ac propterea peto, ut si Cai Cæsaris liber præ manibus est, promi iubeas, ut quàm confidenter hoc dicat, æstimari à te poßit. Tum prolato libro de Analogia primo, uerba hæc ex eo pauca memoriæ mandaui. Nam cùm suprà dixisset, neq; Cœlum, Triticumúe, neque Arenam multitudinis significationẽ pati: Num tu, inquit, harum rerum natura accidere arbitraris, quòd unam Terrã, & plures terras, & Vrbem & Vrbes, & Imperiũ & Imperia dicamus: neq; Quadrigas in unam nominis figurã redigere, neque Arenam in multitudinis appellationem cõuertere poßimus? His deinde uerbis lectis sibi, Fronto ad illum poëtam: Videtur'ne tibi, inquit, Caium Cæsarẽ de statu uerbi contra te satis apertè, satisq; constanter pronunciasse? Tum permotus autoritate libri Poëta: Si à Cæsare, inquit, ius prouocandi foret, ego nunc ab hoc Cæsaris libro prouocassem. Sed quoniã ipse rationem sententiæ suæ reddere supersedit, nos te nũc rogamus, ut dicas, quam esse causam uicij putes, & in Quadriga dicẽda, & in Arena. Tũ Fronto ita respondit: Quadrigæ semper etsi multijugæ non sunt, multitudinis tamen tenẽtur numero: quoniam quatuor simul equi iuncti, quadrigæ quasi quadrijugæ uocantur. Neq; debet

Alludit ad dictaturã perpetuã Iulij Cæsaris, à qua nõ erat fas prouocare, id est, alium iudicem eligere.

 prorsus

prorsus appellatio equorum plurium includi in singularis numeri unitatē. Eandē quoq; de Arena rationem habendam, sed in specie dispari. Nam quum Arena singulari numero dicta, multitudinē tamē & copiā significet minimarum, ex quibus constat, partiū, indoctè & inscitè Arenæ dici uidētur, tanq̃ id uocabulū indigeat numeri amplitudine, quū ei singulariter dici ingenita sit naturalis sui multitudo. Sed hæc ego, inquit, dixi, non ut huius sentētiæ legisq; fundus subscriptorq; fierem, sed ut ne Cæsaris uiri docti opinionem ἀπαραμύθιτον destituerem. Nam quum Cœlum super ἑνικῶς dicatur, Mare & Terra nō semper, & Puluis, & Ventus, & Fumus nō semper: cur Inducias, & Ceremonias scriptores ueteres nonnunquam singulari numero appellauerunt, Ferias & Nundinas, & Inferias, & Exequias nunquàm? Cur Mel & Vinum, atq; id genus cætera, numerum multitudinis capiunt, Lac non capiat? Quæri inquam ista omnia, & enucleari, & excudi ab hoībus negociosis in ciuitate tā occupata non queunt: quin his quoq; ipsis, quæ iam dixi, demoratos uos esse uideo, alicubi (opinor) negocio destinatos. Ite ergo nūc, & quādo fortè erit ociū, quærite an Quadrigā & Arenas dixerit è cohorte illa duntaxat antiquiore uel Orator aliquis, uel poētarū, id est, classicus, assiduusq; aliquis scriptor, nō proletarius. Hæc quidē Fronto requirere nos iussit uocabula, non ea re (opinor) quòd scripta

Fūdator & sponsor.

Vt ne, Græcismus est.

Cœlum.

Sacrificia q Dijs inferis fiunt.

Lac.

Id est, expo ni.

Adductos alij.

Classicus in signis scriptor.

scripta esse in ullis ueterũ libris existimaret, sed ut nobis studium lectitandi in quærendis rarioribus uerbis exerceret. Quod unũ ergo rarißimũ uidebatur, inuenimus: Quadrigam numero singulari dictam in libro Satyrarũ M. Varronis, qui inscriptus est Exdemetricus. Arenas autem πληθυντικῶς dictas minore studio quærimus, quia propter Caium Cæsarẽ (quod equidem meminerim) nemo hoc doctorum hominum dedit.

Pluralitiuo numero. Dedit, reddidit

Illustris poëta.) Fortè Iulius Paulus, cuius antè meminit Gellius, is fuit.

Quod arenis calentibus usus.) Quòd se in feruẽtibus arenis & calentibus uolitasset.

C. enim Cæsar.) Cuius Cæsaris laudes & ingeniũ M. Cicero in Bruto deprompsit ac expressit.

Excusare.) Id est, in causam trahere, ut excuset occupationes.

Plautus.) M. Varro togatorũ omniũ doctissimus censuit Musas, si loqui Latinè uoluissent, nõ usuras alio sermone quàm Plautino fuisse.

ἀπαραμύθητον.) Incõsolatam, desolatam, παραμυθέομαι consolor.

Proletarius.) Gregarius, cuius mentio facta est libro decimosexto capite decimo.

Hoc.) Scilicet Lare.

ANTONII IVLIANI IN CONVIVIO ad quosdam Græcos lepidissima responsio.

CAPVT IX.

Adolescens è terra Asia de equestri loco, lætæ indolis, moribusq; & fortuna benè ornatus, & ad rem musicam facili ingenio ac libẽti, cœnam dabat amicis ac magistris in rusculo, celebrãdæ lucis annuæ, quam sibi principem uitæ habuerat. Venerat tum

Lætæ festiuę. Moribus ciuilitate. Id est, diei. Id est, primam.

Antonius Iulianus.

*moxq́; fer monibus

Psalteria pulsarent.

Inquies mo lestat.

nobiſcum ad eam cœnam Antonius Iulianus *rhetor, docendis publicè iuuenibus magiſter,* Hiſpano *ore florentisq́; homo facundiæ, & rerũ literarumq́; ueterũ peritus.* Is, *ubi edulijs finis & poculis, *mox ſermonibusq́; tempus fuit, deſiderauit exhiberi, quos habere eũ adoleſcentem ſciebat, ſcitiβimos utriuſq́; ſexus, qui canerent uoce, & qui pſallerent. Ac poſteà quam introducti pueri puellæq́; ſunt, iucundum in modum* ἀνακρεόντεια *pleraq́; &* Sapphica, *& poëtarum quoq́; recentium* ἐλεγεῖα *quædam* ἐρωτικὰ *cecinerunt.* Oblectati *autẽ ſumus præter multa alia uerſiculis lepidiβimis* Anacreontis *ſenis, quos equidem ſcripſi, ut interea labor hic uigiliarum, & inquies ſuauitate pauliſper uocum atq́; modulorum acquieſceret:*

τὸμ ἀργυροῦμ τορεύσας
ἥφαιστέ μοι ποίησομ.
πανοπλίας μὲν οὐχί,
τί γὰρ μάχαισι κἀμοί:
ποτήριομ δὲ κοῖλομ
ὅσομ δυνῇ βάθυνομ.
καὶ μὴ ποίει κατ' αὐτὸ
μήτε ἄστρα, μήτ' ἁμάξας,
τί πλειάδωμ μέλλει μοι,
τί δ' ἀστέρος βοωτέω.
ποίησομ ἀμπέλους μοι,
καὶ βότρυας κατ' αὐτὸ,

καὶ

καὶ χρυσέως πατοῦντας
ἁμοῦ καλῶς λυαίῳ,
ἔρωτα τὸν βάθυνον.

Tum Græci plusculi, qui in eo cõuiuio erant, homines amœni, & nostras quoq; literas haud incuriose docti, Iulianum rhetorem lacessere insectariq; adorti sunt, tanq̃ prorsus barbarum & agrestem, qui ortus terra Hispania foret, clamatorq; tantùm & facundia rabida iurgiosaq; esset, eiusq; linguæ exercitationes doceret, quæ nullas uoluptates, nullamq; mulcedinem Veneris atque Musæ haberet. Sæpeq; eum percontabantur, quid de Anacreonte, cæterisq; id genus poëtis sentiret: Et ecquis nostrorũ poëtarũ tam fluentes carminũ delicias fecisset: Nisi Catullus, inquiũt, fortè pauca, & Caluus itidem pauca. Nam Næuius implicata, & Hortensius inuenusta, & Cinna illepida, & Mẽmius dura, ac deinceps omnes rudia fecerunt atq; absona. Tum ille pro lingua patria, tanq̃ pro aris & focis, animo irritato indignabundus: Cedere equidem, inquit, uobis debui, ut in tali ἀσωτίᾳ artium nos uinceretis: & sicut in uoluptatibus cultus atque uictus, ita in cantilenarum quoque * multis anteiretis. Sed ne nos, id est, nomẽ Latinum, tanq̃ profestos quosdam & insubidos ἀναφροδισίας condẽnetis, permittite mihi quæso operire pallio caput, quod in quadam parum pudica oratione Socratẽ fecisse aiunt. Et audite ac discite, nostros quoq; anti-

Rabida, iracunda.

Focis, rebus domesticis.

Id est, lasciuia.

* In antiquo li. habetur, multis par. Vnde coniicio scriptũ fuisse, multis parasangis.

Valerius Aedituus. Portius Licinius. Q. Catull⁹. Limatius Politius.

antiquiores ante eos quos nominastis poëtas, amasios ac venereos fuisse. Tum resupinus capite cõuelato, uoce admodùm quàm suaui, uersus cecinit Valerij Aeditui ueteris poëtæ, item Portij Licinij, & Quinti Catulli, quibus mundiùs, uenustiùs, limatiùs, presſiùs, Græcum Latinum'ne nihil quicquàm reperiri puto.

Versus Aeditui:

Dicere cùm conor curam tibi Pamphila cordis,
 Quid mi abs te quæram, uerba labris abeunt.
Per pectus miserum manat subitò mihi sudor.
 Si tacitus, subidus, duplo ideo pereo.

Atq; item alios uersus eiusdẽ addidit, nõ herclè minus dulces quàm priores:

Id est, cupidos.

Quid faculã præfers Phileros, qua nil opus nobis
 Ibimus, hic lucet pectore flamma satis.

Præcipitãs, cadens.

Istam non potis est uis sæua extinguere uenti
 Aut imber cœlo candidus præcipitans.
At contra hunc ignem Veneris, si non Venus ipsa,
 Nulla est quæ poſsit uis alia opprimere.

*Pet. Vict. lib. uar. lect. li. 12. ca. 11. sic legit, Pastores ouium, teneræq; propaginis agnũm

Item dixit uersus Portij Licinij hosce:

* Custodes ouium uidere propaginis agnum,
 Quæritis ignem? ite huc: quæritis? ignis homo est.

Homo amore incensus. Id est, amasium.

Si digito attigero, incendam syluam simul omnem.
 Omne pecus flamma est, omnia quæ uideo.

Q. Catulli uersus illi fuerunt:

Aufugit mi animus, credo (ut solet) ad Theotimum

Deue-

Deuenit: sic est, perfugium illud habet.
Quid, si non interdixemue illuc fugitiuum
Mitteret ad se intrò, sed magis eijceret?
Ibimus quæsitum, uerum 'ne ipsi teneamur Quæsitum scilicet anim nostrũ.
Formido, quid ago? da Venus consilium,

Facili.) Expedito.

Libenti.) Prompto, nouè dixit.

ἀνακρεόν]ſα.) Anacreon ex Theo insula Lyricus extitit poëta, floruit iuxta ætatem Policratis Samiorum tyranni, Olympiade 52. eiectus ex Theo primùm per seditionẽ, Abderã Thraciæ urbem inhabitauit, Vita erat ei soluta amoribus puellorũ ac puellarum. Tum & Odas scripsit & conuiualia carmina, & quæ peculiariter ob ineffabilem suauitatem ἀνακρεόντεια dicuntur, quorum hîc meminit Gellius, autor Suidas.

Sappho.) Poëtria celebris in primis ex Lesbo oriũda fuit, lyricæ musæ doctissima: uixit circa Olympiadẽ quadragesimam secundam, quo tempore & Stesichorus poeta floruit. Hæc scriptos reliquit lyricorũ carminum libros nouem, quæ sapphica appellantur. Prima inuenit quoq; plectrum, sed & epigrammata, & elegias, & iambica, & simplicis generis Odas plerasq; composuit.

Vigiliarum.) Lucubrationum Atticarum.

Acquiesceret.) Respiraret.

Musicam.) Id est, poeticam, sic Ter. in quodam Prologo: Qui tractant musicam artem, id est, poeticam.

τὸν ἄργυρον.) Argumentum benè tornans, aptè fabricãs: ô mi Vulcane mihi facito nõ arma totum hominem tenentia: quid enim prælijs, & mihi? Poculũ profundum cauum, scilicet mihi fac, quantũ uales profundissimum, & non facias in ipsum, scilicet poculum, neq; astra, neq; plaustra. Quid curæ, scilicet est mihi, stella Bootis? Facito uites mihi & racemos in ipsum, & incedẽtes simul cũ Baccho Silenum, Priapum & amorem.

Solutum.) Id est, lasciuum.

Amœni.) Festiui. Aras.) Dijs Pœnatibus.

Insu-

Insubidos) Inuenustos & à Venere alienos. Est enim subare Venere stimulari.

Subidus.) Stimulor miseris modis libidine.

Duplo.) Et quod oro & possum tibi dicere.

VERBA HAEC, PRAETER PROPTER, in usu uulgi prod ta, etiam Ennij fuisse.

CAPVT X.

Graecismus est.
In scimpodio Graeciensi.

MEmini me quõdam & Celsinum Iulianum Numidam, ad Frontonẽ, Corneliũ, pedes tunc grauiter ægrum, ire uisere: atq; ibi qui introducti sumus, offendimus eum cubãtem in scimpodio Græciensi, circùm undiq; sedẽtibus multis, doctrina, aut genere, aut fortuna nobilibus uiris. Aßistebãt fabri ædium cõplures balneis nouis moliendis adhibiti, ostendebantq; depictas in mẽbranulis uarias species balnearũ. Ex quibus cùm elegisset unam formam speciemq; * ueris, interrogauit, quantusq; esset pecuniæ cõspectus ad id totũ opus absoluendũ. Cumq; Architectus dixisset, necessaria uideri esse HS. fermè trecẽta: unus ex amicis Frõtonis: Et Præter Propter, inquit, alia quinquaginta. Tum Fronto dilatis sermonibus, quos habere de balnearũ sumptu instituerat, aspiciens ad eum amicũ, qui dixerat quinquaginta esse alia præter propter. Atque ille amicus: Non meum, inquit, hoc uerbum est, sed multorum hominum, quos loquentes id audias. Quid autẽ id uerbũ significet, nõ ex me, sed ex Grãmatico quærẽdum est: ac simul digito demõstrat Grãmaticum haud incelebri nomine, Romæ docentẽ, sedentẽ. Tum Grammati-

* uerbis
Princeps ædificij fabrorum.
Præter propter.
In aliud tẽpus protractis.

maticus, usitati, peruulgatiq; uerbi obscuritate motus: Quærimus, inquit, quod honore quæstionis minimè dignũ est. Nam nescio qd hoc prænimis plebeium est, & in opificum sermonibus q̃ notius. At enim Fronto, iam uoce atq; uultu intentiore: Ita ne, inquit, magister dehonestũ tibi deculpatũq; hoc uerbũ uidetur, quo & M. Cato, & M. Varro, & pleraq; ætas superior ut necessario & Latino usi sunt? Atq; ibi Iulius Celsinus admonuit in tragœdia quoq; Q. Ennij, q̃ Iphigenia inscripta est, idipsum de quo quærebatur scriptũ esse, & à Grãmaticis cõtaminari magis solitũ, q̃ enarrari. Quocirca statim proferri Iphigeniam Q. Ennij iubet. In cuius tragœdiæ choro inscriptos esse hos uersus legimus:

.i. notissimũ nouè dixit.

Id est, culpe dignum.

Id est, tum.

Id est, propter ipsum.

Id est, conspurcari.

Ocio qui nescit uti, plus negocij habet,
Quàm cùm est negocium in negocio.
Nam cui quod agat, institutum est, nullo negocio
Id agit, studet ibi, mentẽ atq; animũ delectat suum.
Ociose initio animus nescit, quid uelit.
Hoc idẽ est, neq; domi nũc nos neq; militiæ sumus.
Imus, huc, hinc illuc: cũ illuc uentũest, ire illinc lubet.
Incertè errat animus, præter propter uitã uiuitur.

Id est, quum negocium unum alterum trahat, aut id quod institutum est rei.

Id est, in incerto.

Hoc ubi lectum est, tum deinde Fronto ad Grammaticum iam labantem: Audistine, inquit, magister optimè, Enniũ tuum dixisse Præter propter, & cum sententia quidẽ tali, quali seuerissimæ philosophorum esse obiurgationes solent? Petimus igitur dicas (quoniam de Enniano

Id est, titubantem.

Notus sensus, notā sententia.

niano iam uerbo quæritur) quis sit notus huiusce uersus sensus:

Incertè errat animus, præter propter uitam uiuitur.

Et Grammaticus sudans multum, ac rubens multum, cùm id pleriq; prolixiùs riderent exurgit. Et abiens: Tibi, inquit, Frōto posteà uni dicam, ne inscitiores audiant, ac discant: atq; ita omnes, relicta ibi quæstione uerbi, consurrexerimus.

Ex pedibus.) Pedes grauiter laboranti, synecdoche est. Morbo pedum.) Podagra.

Sympodio.) Genus lecti est sympodium à pluribus pedibus dictum, in quo solemus interdiu cubare.

Moliendos.) Extruendos.

Veris.) Vernarum balnearum, quæ pluribus fenestris, columnis, liberiorem aerem admittunt. Aut est columnis interstinctum, aut subdiu uernans: cuius rei meminit Victruuius lib. 1.

Sestertium.) Valere uidetur sestertium duos ducatos & fermè dimidium.

Propter.) Fermè, quasi, propè, ut propter statuā Platonis consedimus, Cicero in Bruto, id est, propè.

Præter.) Propter uel circiter. Opificū.) Artificum.

Ociosо initio.) Quod nullum habet negocium institutum.

Relicta quæstione.) Aliis, qbus uel plus ocii, uel uberior eruditio, diligētius inuestigādi ministrata occasiōe.

PONIT VERSVS PLATONIS AMATORIOS, quos admodū iuuenis lusit, dū tragœdiis cōtendit.

CAPVT XI.

Digni æstimantur. Macrob. li. 2. capite 2.

CElebrātur duo isti Græci uersiculi, multorumq; doctorum hominum memoria dignantur, quod sint lepidißimi, & uenustißimæ breuitatis. Neq; adeò

pauci

pauci sunt ueteres scriptores, qui eos Platonis esse phi- Inter quos
losophi affirmant, quibus ille adolescens luserit, cùm est Laertius
tragœdijs quoq; codē tempore faciendis præluderet: Id est, scribē-
Τὴν ψυχὴν ἀγάθωνα φιλῶν ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον dis.
ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων, ὡς διαβησομένη.
Amicus meus οὐκ ἄμουσος *adolescens, in plureis uer-* Iambicos
siculos licentiùs liberiusq; uertit: qui quoniam mihi scilicet.
quidem uisi sunt non esse memoratu indigni, subdidi:

Dum semihulco suauio Diducto, ad
Meum puellum suauior, medium us-
Dulcemq; florem spiritus que aperto.
Duco ex aperto tramite; Spiritus, pueri.
Anima ægra & saucia Duco, traho.
Cucurrit ad labias mihi, Tramite, ore.
Rictumq; oris peruium Antiquitas est.
Et labra pueri mollia
Rimata itineri transitus Ad iter.
Vt transiliret nititur. Ex labris scilicet.
Tum si moræ quid plusculæ
Fuisset in coitu osculi,
Amoris igni percita Id est, congressu.
Transisset & me linqueret: Doloris legit Mosell.
Et mira prorsum res foret, animi scilicet.
Vt ad me fierem mortuus,
Ad puerum intus uiuerem.

Præluder.) Exerceret in dial. philosophicis. Imò Laertius ex uetustioribus scriptoribus, narrat Platonem etiam

etiam iustos libros de amoribus conscripsisse, quos tamen ætate iam adulta, cùm Socratem philosophū præceptorem audire cœpisset. Vulcano tradiderit, lepidissimo etiam ex tempore addito uersu, quo ignis præsidem inuocat, seq; eius opera indigere testat. Versus est apud Diogenem Laërtium in Platonis uita.

τὴν ψυχὴν.) Animam meam Agathonem osculās, suauians in labris scilicet externis habebam, prodijt enim misera scilicet anima, tanquam excessura.

οὐχ ἄμουσος.) Non alienus à musarum sacris.

DISERTATIO HERODIS ATTICI super ui & natura doloris, suæq; opinionis affirmatio per exemplum indocti rustici, qui cum rubis fructiferas arbores præcidit.

CAPVT XII.

Herodem Atticum, consularem uirum, Athenis disserentem audiui Græca oratione: in qua ferè omnis memoriæ nostræ uniuersos grauitate atque copia, & elegantia uocum longè præstitit. Disseruit autem contra ἀπάθειαν Stoicorum, lacessitus à quodam Stoico, tanquàm minus sapiēter & parùm uiriliter dolorē ferret ex morte pueri, quē amauerat. In ea disertatione (quantulum memini) huiuscemodi sensus est: quòd nullus usquam homo, qui secundū naturā sentiret & saperet, affectionibus istis animi, quas πάθη appellabat, ægritudinis, cupiditatis, timoris, iræ, uoluptatis, carere & uacare totis posset, & omnino nō dolere: Atq; si posśit etiam obniti ut totis careret, non ex re id esse melius: quoniam langueret animus, & torperet affectionum quarundā adminiculis, ut necessariò plurimum

Omnis totius.

Impassibilitatem.

Pueri, filij.

Motibus. Aegrit. Dolorisanimi.

rimum

rimum imperio priuatus. Dicebat enim sensus istos motusq; animi, qui cùm immoderatiores sunt, uicia fiunt, innexos implicatosq; esse uigoribus quibusdam mentiũ & alacritatibus. Ac propterea, si omninò omneis eos imperitiùs conuellamus, periculum esse, ne eis adhærẽtes, bonas quoq; & utiles animi indoles amittamus. Moderandos esse igitur, & scitè cõsiderateq; purgandos censebat: ut ea tantũ, quæ aliena sunt, contraq; naturam uiderẽtur, & cum pernicie agnata sunt, detrahantur, ne profectò id accidat, quod cuipiam Thracio insipienti & rudi, in agro quem emerat procurando, uenisse usu fabula est: Homo Thracius, inquit, ex ultima Barbaria, rudis colẽdi insolens, cũ in terras cultiores humanioris uitæ cupidine cõmigrasset, fundũ mercatus est, olea atq; uite cõsitum: qui, q̃a nihil admodũ super uite aut arbore colẽda sciret, uidet fortè uicinũ, rubos latè atq; altè obortos excidentẽ, fraxinos ad summum propè uerticẽ deputantem, soboles uitium è radicibus caudicũ super terram fusas reuellentem, stolones in pomis aut in oleis proceros atq; decerptos amputantem. Acceditq; propè & cur tantam ligni atq; frondium cædem faceret, percontatus est. Et uicinus ita respondit: Vt ager, inquit, mundus purusq; fiat, eiusq; arbor atq; uitis fœcũdior. Discedit ille à uicino, gratias agẽs & lætus, tanq̃ adeptus rei rusticæ disciplinã. Tum falcem ibi ac securim capit, atq; ibi homo miser, imperitus

Honestatibus.

Id est, fortitudinem animi.

Scilicet à uirtutibus.

Colendo.

Rustici imprudentia.

Barbaria, Thraciæ regionis.

Surculos recentiores.

Comas, ramos, palmites ramos. *ritus, uites suas sibi omnes & oleas detrũcat: comasq; arborum lætissimas, uberrimosq; uitium palmites decidit: & fruteta atq; uirgulta simul omnia, pomis frugibusq; gignendis felicia, cum sentibus & rubis purificandi agri gratia conuellit, mala mercede doctus audaciã fiduciamq; peccandi imitatione falsa eruditus: Sic, inquit, isti apathiæ sectatores, qui uideri se esse tranquillos & intrepidos & immobiles uolunt, dum nihil capiunt, nihil dolent, nihil irascuntur, nihil gaudent, omnibus uehementioribus animi officijs amputatis, in corpore ignauæ & quasi eneruatæ uitæ consenescunt.*

Mala, infelici. Apathiæ sectatores. Potentioribus. Ignauæ torpentis.

Herodem.) Mentio eiusdem fit lib. 5. cap. 12.

Vniuersos præstitit.) Præsto cum accusatiuo, quemadmodum supra lib. 13. cap. 3. Sallustius & Terentius datiuo iungunt: Homo homini quid præstat?

Obniti.) Reluctari affectationibus, cũ quibus luctaretur & congrederetur ad uictoriã inclytam parandam.

Purgandos.) Domandos.

Censebat.) Herodes.

Pernicie.) Scilicet animi.

Detrahantur.) Euellantur.

Fabula.) Sermo. Fundum.) Agrum.

Olea.) Oleum.

Caudicum.) Truncorum.

Fruteta.) Loca frutice consita.

Virgulta.) Loca uirgis consita.

QVOS PVMILIONES DICIMVS GRAECE νάνους appellari.

CAPVT XIII.

STabant fortè unà in uestibulo palatij fabulantes Fronto Cornelius, & Festus Posthumius, & Apollina-

linaris Sulpitius. Atq; ego ibi aßistens cum quibusdam alijs, sermones eorum, quos de literarum disciplinis habebant, curiosiùs captabam. Tum Fronto Apollinaris: Fac me, inquit, oro magister, ut sim certus, an rectè superséderim nanos dicere, parua nimis statura homines, maluerimq; eos pumiliones appellare, quoniã hoc scriptum esse in libris ueterum memineram. Nanos autem sordidum esse uerbum, & barbarum credebam. Est quidem inquit hoc Apollinaris in consuetudine imperiti uulgi frequens, sed barbarum non est, cẽseturq; linguæ Græcæ origine. νάνους enim Græci uocauerunt breui atq; humili corpore homines, paulùm supra terram extantes. Idq; ita dixerunt adhibita quadam ratione etymologiæ, cum sentẽtia uocabuli competente. Et si memoria, inquit, mihi non labat, scriptum hoc est in comœdia Aristophanis, cui nomẽ est ὁλκάδες. Fuisset autem uerbũ hoc à te ciuitate donatum, aut in Latinam coloniam deductum, si tu eo uti dignatus fores. essetq; id impendio probabilius, quàm quæ à Laberio ignobilia nimis & sordentia in usum linguæ Latinæ intromissa sunt. Tũ Fest. Posth. Grammatico cuipiam Latino Frontonis familiari: Docuit, inquit, nos Apollinaris: Nanos uerbum Græcum esse: tu nos doce, in quo de mulis aut equuleis humilioribus uulgò dicitur, anne Latinum sit, & apud quem scriptum reperiatur. Atq; ille Grammaticus, homo sanè perquàm in noscen

Pumiliones Nani.
In uulgo natum.

Titubat. Labat ariete crebro. Verg.
Id est, iure ciuitatis Romanæ.

Scelus expiatione dignum. Vsurpatum à Latinis antè.

dis ueteribus scriptis exercitus: Si piaculum, inquit, non committitur præsente Apollinare, quid de uoce illa Græca Latina'ue sentiam, dicere, audeo tibi Feste quærenti respondere, esse hoc uerbum Latinum, scriptumq́; inueniri in poëmatis Heluij Cinnæ, non ignobilis neq; indocti poëtæ. Versus eiusq́; ipsos dixit: quos quoniam memoriæ mihi fortè aderant, adscripsi:

Perhumilia loca salictibus cõsita.

At nunc me genij nana per salicta
Bigis rheda rapit citata nauis.

ἄκλαυς.) Indefletus, indeploratus: significat enim κλάω ploro uel fleo.

Aut.) Scilicet saltèm. Deductum.) Scilicet à Græcis id uocabulum.

Lustratione.) Purgatione.

Eiusdẽ temporis quos Græci σύγχρονους appellant.

CONTEMPORANEOS FVISSE CAESAri & Ciceroni M. Varronem & P. Nigidium, ætatis suæ doctissimos Romanos: & quòd Nigidij commentationes, propter earum obscuritatem subtilitatemq́;, in uulgus non exeunt.

CAPVT XIIII.

AEtas M. Ciceronis & C. Cæsaris præstanti facundia uiros paucos habuit. Doctrinarum autem multiformium, uariarumq́; artium quibus humanitas erudita est, culmina habuit M. Varronẽ, & P. Nigidium. Sed Varronis quidem monumenta rerum ac disciplinarum, quæ per literas condidit, in propatulo frequentiq́; usu feruntur: Nigidianæ autem commentationes nõ proinde in uulgus exeunt, & obscuritas subtilitasq́; earum tanquam parum utilis derelicta est. Sicuti

Subtilitas, tenuitas rerum.

cuti sunt, quæ paulò antè legimus in cõmentarijs eius, quos Grammaticos inscripsit: ex quibus quædã ad demonstrandum scripturæ genus exempli gratia sumpsi. Nam cùm de natura atq; ordine literarum dissereret, quas grammatici uocales appellãt, uerba hæc scripsit, quæ reliquimus inenarrata ad exercendam legentium intentionem: A *&* O, *semper principes sunt:* I *&* V, *semper subditæ:* E, *& subit & præit* In Euripo, *præit: subit in* Aemilio. *Si quis putat præire* V *in his uerbis,* Valerius, Vennonias, Volusius: *aut* I, *in his.* Iampridẽ, Iecur, Iocum, Iucundum, *errabit: quòd hæ literæ cùm præeunt, ne uocales quidem sunt. Item ex eodem libro uerba hæc sunt:* Inter literam N, *&* G, *est alia uis, ut in nomine* Anguis, *&* Angaria, *&* Ancoræ, *&* Increpat, *&* Incurrit, *&* Ingenuus. *In omnibus enim his nõ uerum* N, *sed adulterinum ponitur. Nam* N *non esse, lingua indicio est. Nam si ea litera esset, lingua palatũ tangeret. Alio deinde in loco est scriptum. Græcos non tantæ inscitiæ arcesso, qui* OY *ex* O *&* Y *scripserunt, quantæ qui* EI *ex* E *&* I. *Illud enim inopia fecerunt, hoc nulla re subacti.*

Nodi insoluti ex literis Nigidianis.

Euripus recursus in se est maris.

Id est, noua quædam potestas literæ.

Arcesso, accuso.


Condere)Pro literas scribere est.
Intentionem.) Curam, diligentiam.
Principes.) Id est, semper præpositiuæ sunt in compositione diphthongorum.
Subditur.) Subiungitur.
Adulterinum.)Suppositicium.

A. GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII

LIBER XX.

DISCEPTATIO SEXTI CAECILII IVrecōsulti, & Phauorini philosophi, de Legibus duodecim tabularum.

CAPVT I.



Extus Cæcilius in disciplina iuris atque legibus populi Romani noscēdis interpretandisq; scientia, usu, autoritateq; illustri fuit. Ad eum fortè in Area Palatina cùm salutationem Cæsaris opperiremur, philosophus Phauorinus accessit, collocutusq; est, nobis multisq; alijs præsentibus. In illis tunc eorũ sermonibus orta mentio est legum Decemuiralium, quas Decemuiri eius rei gratia à populo creati composuerunt, inq; duodecim tabulas conscripserunt. Eas leges cùm Sextus Cæcilius inquisitis exploratisq; multarum urbium legibus, eleganti atque absoluta breuitate uerborum scriptas diceret: Sit, inquit, hoc Phauorinus in pleraque earum legum parte, ita uti dicis. Non enim minus cupidè tabulas istas duodecim legi, quàm illos decem libros Platonis de Legibus. Sed quædam istic animaduertuntur aut obscurissima, aut leuia, cōtrà dura nimis & remissa, aut nequa-

Area, spacio Palatinę domus.

XII. tabularum leges.

Græcarum, uide Platonem in dialogo de Minõe.

Plus satis miria.

quaquàm ita ut scriptum est consistentia. Obscuritates *(inquit* Sextus Cæcilius*) non aßignemus culpæ scribentium, sed inscitiæ non assequentium: quanquàm ij quoq; ipsi, qui quæ scripta sunt, minus percipiunt, culpa uacant.* Nam *longa ætas uerba atq; mores ueteres obliterauit, quibus uerbis moribusq; sententia legum comprehensa est.* Tricentesimo *nanque anno post* Romam *conditam, tabulæ compositæ scriptæq; sunt.* A *quo tempore ad hunc diem anni esse non longè minus septingenti uidentur.* Durè *autē scriptum esse in istis legibus, quid existimari potest?* Nisi *duram esse legem putas, quæ iudicem arbitrum'ue iure datū, qui ob rem dicendam pecuniam accepisse conuictus est, capite punit: aut quæ furem manifestum, ei, cui furtum factum est, in seruitutem tradit: nocturnum autem furem ius occidendi tribuit.* Dic *enim quæso, dic uir sapientiæ studiosißime, an tu aut iudicis illius perfidiam, contra omnia iura diuina atque humana iusiurandum suum pecunia uendentis, aut furis manifesti intolerandam audaciam, aut nocturni grassatoris insidiosam uiolentiam, non dignam esse capitis pœna existimes?* Noli *(inquit* Phauorinus*) ex me quærere quid ego existimem.* Scis *enim solitum esse me pro disciplina sectæ, quam colo, inquirere potiùs, quàm decernere.* Sed *nō leuis existimator, neq; aspernabilis est populus* Romanus*, cui delicta quidē isthæc uindicanda,*

Non intelligentium.

Exolescere fecit.

Ob sententiā pronunciandam.

Deprehensum in furto.

Scilicet Platonicæ.

Vindicanda, punienda.

pœnæ tamẽ huiuſmodi nimis duræ eſſe uiſæ ſunt. Paſſus eſt enim leges iſtas de tam immodico ſupplicio, ſitu atq; ſenio emori. Sicut illud quoq; non humaniter ſcriptum improbauit, quòd ſi homo in ius uocatus, morbo, aut ætate æger ad ingrediendum inualidus eſt, arcera nõ ſternitur, ſed ipſe aufertur, & iumento imponitur, atq; ex domo ſuo ad Prætorem in comitium noua funeris facie effertur. Quam enim ob cauſam morbo affectus, & ad reſpondendum pro ſeſe non idoneus, iumento adhærens in ius aduerſario deportatur? Quod uerò dixi, uideri quædam eſſe impendio molliora, non'ne tibi quoq; uidetur eſſe dilutum, quòd ita de iniuria puniendâ ſcriptum eſt? Si iniuriam alteri faxit, uigintiquinque æris pœnæ ſunto. Quis enim erit tam inops, quem ab iniuria facienda uiginti quinque aſſes deterreant? Itaq; cùm eam legem Quintus quoq; Labeo ueſter in libris, quos ad duodecim tabulas conſcripſit, nõ probaret, inquit, L. Neratius fuit egregiè homo improbus, atq; immani uecordia. Is pro delectamento habebat, os hominis libri manus ſuæ palma uerberare. Eum ſeruus ſequebatur crumenam plenã aſsium portitans: & quemcunq; depalmauerat, numerari ſtatim ſecundùm duodecim tabulas, quinq; & uiginti aſſes iubebat. Propterea, inquit, Prætores poſteà hanc aboleſcere & relinqui cenſuerunt, iniurijs'que æſtimandis recuperatores ſe daturos edixerunt. Nonnulla autem

Quib' dam atur nocturnus fur

Currus ar uatus. i eſt, iudi em.

quo aut ulo.

d eſt, cla ũ, mani eitum.

Neratij pe ulantia.

Palma ma us ſuæ uerberauerat.

tem

tem in istis legibus nec consistere quidem (sicuti dixi) uisa sunt. Velut illa lex talionis, cuius uerba (nisi memoria me fallit) hæc sunt: Si membrum rupit meum, è pacto talio esto. Præter enim ulciscendi acerbitatem, ne procedere quoq; executio iusta talionis potest. Nã cui membrum ab alio ruptum est, si ipsi itidem rumpere per talionem uelit: quæro, an efficere poßit rumpendi pariter membri æquilibrium? In qua re primũ ea difficultas est inexplicabilis. Quid si membrũ, inquit, alter imprudens ruperit? Quod enim per imprudentiam factum est, retaliari per imprudentiam debet. Ictus quippe fortuitus & consultus, nõ cadunt sub eiusdem talionis similitudinem. Quonam igitur modo imprudentem poterit imitari, qui in exequenda talione non licentiæ ius habet, sed imprudentiæ? Sed & si prudens ruperit, nequaq̃ patietur aut altiùs se lædi aut latiùs: q cuiusmodi libra atq; mensura caueri poßit, non reperio. Quinetiã si quid plus erit, aliterúe cõmissum, res fiet ridiculæ atrocitatis, ut contraria actio mutuæ talionis oriatur, & adolescat infinita quædã reciprocatio talionũ. Nam de immanitate illa secãdi partiẽdiq; humani corporis, si unus ob pecuniam debitam adiudicatus addictusq; sit pluribus, non libet meminiße, & piget dicere. Quid enim uideri potest efferatius, quid ab hominis ingenio diuersius, quàm quòd membra & artus inopis debitoris breuißimo laniatu distrahantur, sicut

Obtineri posse.

Id est, abscidit.

Id est, æqualitatem.

Quantum si bi libeat liceat.

Executum in talione.

Viciſſitudo, &c.

nunc bona uenum distrahuntur? Tum Sextus Cæcilius amplexus utraq; manu Phauorinũ: Tu es, inquit, unus profectò in nostra memoria, non Graiæ modò, sed & Romanæ rei peritißimus. Quis enim philosophorũ disciplinæ suæ leges tã scitè atq; doctè callet, q̃ leges tu nostras Decẽuirales percalluisti? Sed quæso te, quum tamen digrediare paulisper è curriculis istis disputationũ uestrarũ Academicis, omissoq; studio, quicquid lubitum est, arguendi tuendiq;, consideres grauiùs, cuiusmodi sint ea, quæ reprehendisti. Nec ideò contẽnas legum istarum antiquitates, quòd plerisq; ipsis iam populus Romanus desiuerit. Nõ enim profectò ignoras, legum opportunitates & medelas pro temporũ moribus, & pro rerum publicarũ generibus, ac pro utilitatum præsentiũ rationibus, proq; uiciorum, quibus medendũ est feruoribus, mutari atq; flecti, neq; uno statu consistere: quin ut facies cœli & maris, ita rerum atq; fortunæ tempestatibus uariẽtur. Quid salubrius uisum est rogatione illa Stolonis, iugerum de numero præfinito? quid utilius plebiscito Voconio, de coërcẽdis mulierum hæreditatibus? quid tam necessariũ existimatũ est propulsandæ ciuiũ luxuriæ, quàm lex Licinia, Fannia, aliæq; item leges sumptuariæ? Omnia tamen hæc obliterata & operta sunt ciuitatis opulẽtia, quasi quibusdam fluctibus exæstuantis. Sed cur tibi esse uisa est inhumana, omnium mea quidẽ sententia humanißima,

Id est, Græcæ eruditionis.

Callere, perfectè noscere.

Id est, resistendum.

Tribuni plebis.

Scilicet, uisum est.

Luxuria immodicus rerum usus.

quæ

*quæ iumentũ dari iubet ægro, aut seni in ius uocato? Verba sunt hæc de lege: Si in ius * uocat, si morbus, æuitasúe uiciũ esse, q in ius uocabit, iumentũ dato: si nolet, arceram ne sternito. An tu fortè morbũ appellari hîc putas, ægrotationem grauem cũ febri rapida & quercera? iumentumq; dici pecus aliquod unicũ tergo uehens? Ac propterea minus fuisse humanũ existimas, ægrotum domi suæ cubantem, iumento impositum in ius rapi? Hoc mihi Phauorine nequaquàm ita est. Nam morbus in lege ista nõ febriculosus, neq; nimiũ grauis, sed uiciũ aliquod imbecillitatis atq; inualentiæ demonstratur, non periculum uitæ ostenditur. Cæteroq; morbum uehementiorem uim grauiter nocendi habentem, legum istarũ scriptores alio in loco nõ per se morbũ, sed morbum sonticum appellant. Iumentum quoq; non id solùm significat q nunc dicitur: sed uectabulum etiã, quod adiũctis pecoribus trahebatur. Veteres enim, nostri iumentũ à iungendo dixerunt. Arcera autẽ uocabatur plostrum tectum undiq;, & munitum, quasi arca quædã magna uestimẽtis instrata, qua nimis ægri, aut senes portari cubantes solebant. Quænã ibi igitur acerbitas esse uisa est, q in ius uocato pauperrimo homini, uel inopi, qui aut pedibus fortè ægris esset, aut quo alio casu ingredi non quiret, plostrum esse dandum censuerunt, neq; insterni tamen delicatè arceram iusserũt, quoniam satis esset inualido huiusmodi uectabulum.*

* uocato
Morbus.
Aeuitas. i. ætas.
Morbus.
Id est, languorum aduersæ ualetudinis.
Morbus sonticus.
Iumentum. Vectabulũ.

Atq;

Atque id fecerunt, ne causatio ista ægri corporis perpetuam uacationem daret fidem detrectãtibus, iurisq; actiones declinantibus. Sed enim ipsum uide, quod in iniurias factas quinq; & uiginti aßibus sanxerunt, nõ omnino omnes mi Phauorine iniurias ære isto pauco diluerunt, tametsi hæc ipsa paucitas aßium, graue põdus æris fuit. Nam librarijs aßibus in ea tempestate populus usus est. Sed iniurias atrociores, ut de osse fracto non liberis modò, uerùm etiam seruis factas impẽsiore damno uindicauerunt. Quibusdam autẽ iniurijs talionem quoque apposuerunt. Quam quidem tu talionem uir optime iniquiùs paulò insectatus es, ac ne cõsistere quidem dixisti, lepida quadam solertia uerborum: quoniam talioni par non sit talio: neq; rumpi membrũ facilè poßit ad alterius rupturæ (ut ais tu) æquilibrium. Verum est mi Phauorine, talionẽ rarißimam fieri difficilimè. Sed Decemuiri minuere atq; extinguere uolentes huiuscemodi uiolentiam pulsandi atque lædendi talione, eo quoq; metu coërcendos esse homines putauerunt. Neq; eius, qui membrũ alteri rupisset, & pacisci tamen de talione redimenda nollet, tantã esse habendã rationem arbitrati sunt, ut an prudens, imprudensúe rupisset, spectandum putarent: aut talionem in eo uel adamußim æquipararent, uel in librili perpenderent: sed potius eundẽ animũ, eundemq; impetum in eadem parte corporis rumpendi, non eundem quoque casum exigi-

Perpetuas ferias.

Omnes, quales cunq;.

Osse, crure.

Vlti sunt decemuiri.

Repensatio nem.

Id est, argutia.

Aequalitatem.

Membri scilicet rupti.

Ex composito.

Libril: libra, id est, appetitum.

exigi uoluerunt: quoniam modus uoluntatis præstari posset, casus ictus non posset. Quod si ita est, ut dico, & ut ipse æquitatis habitus demonstrat, taliones illæ tuæ reciprocæ argutiores profectò, q̃ ueriores fuerũt. Sed quoniam acerbum quoq; esse hoc genus pœnæ putas, quæ (obsecro te) ista acerbitas est, si idem fiat in te, quod tute in alio feceris? Præsertim quum habeas facultatẽ paciscendi, & non necesse sit pati talionem, nisi eam tu elegeris. Quod edictum autem prætorium de æstimãdis iniurijs, probabilius esse his potest? Nolo hoc ignores, hanc quoq; ipsam talionem ad æstimationem iudicis redigi necessariò solitam. Nam si reus, qui depacisci noluerat, iudici talionem imperanti nõ parebat, æstimata lite iudex hominem pecuniæ damnabat: atque ita si reo & pactio grauis, & acerba talio uisa fuerat, seueritas legis ad pecuniæ mulctam redibat. Restat, ut ei, quod de sectione partitioneq; corporis immanißimum esse tibi uisum est, respondeam: Omnibus quidem uirtutum generibus exercendis colendisq;, Populus Romanus è parua origine ad tantæ amplitudinis instar emicuit: sed omnium maximè atq; præcipuè fidem coluit, sanctamq; habuit, tam priuatim quàm publicè. Sic Cõsules clarißimos uiros hostibus confirmandæ fidei publicæ causa dedit. Sic clientem in fidem acceptum chariorem haberi, q̃ propinquos, tuendumque esse contra cognatos censuit. Neq; prius ullum facinus æsti-

Taliones reciprocæ.

Transigẽdi cõueniendi

Id est, exemplum, nouẽ dixit.

Haberi, scilicet debere.

* quis estimatum est, quàm si* cui probaretur clientē derisui habuisse. Hanc autem fidē maiores nostri nō modò in officiorū uicibus, sed in negociorū quoq; contractibus sanxerunt, maximeq; in pecuniæ mutuaticiæ usu atq; commercio. Adimi enim putauerūt subsidium hoc inopiæ tēperariæ, quo communis hominū uita indiget, si perfidia debitorum sine graui pœna eluderet. Confeßi igitur æris ac debiti iudicatis triginta dies sunt dati, conquirendæ pecuniæ causa, quam dissoluerent. Eosq; dies Decēuiri iustos appellarunt, uelut quoddam iusticium, id est, iuris inter eos quasi interstitionē quandam & cessationem, quibus diebus nihil cū his agi iure posset. Pòst deinde nisi dissoluerant, ad Prætorem uocabantur: & ab eo quibus erant iudicati addicebantur. Neruo quoque aut compedibus uinciebantur. Sic enim sunt, opinor, uerba legis: Aeris confeßi, rebusq; iure iudicatis, triginta dies iusti sunt. Pòst deinde manus iniecto esto, in ius ducito, ni iudicatum facit: aut qui psœudo eo in iure uim dicit, secum ducito, uincito, aut neruo, aut cōpedibus quindecim pondo, ne minore: aut si uolet, maiore uincito. Si uolet, suo uiuito. Ni suo uiuit, qui eum uinctū habebit, libras farris in dies dato. Si uolet plus, dato. Erat autem ius intereà paciscendi. Ac nisi pacti forent, habebantur in uinculis dies sexaginta. Inter eos dies trinis nundinis continuis ad prætorem in comitium producebantur, quantæ pecuniæ iudi

[Margin notes:]
Quę ad tempus solet nobis accidere
Dies iusti.
Id est, captiuitas.
Scilicet, pōdere compedum.
Comitiū locus iudicij.

iudicati essent, prædicabatur. Tertijs autem nundinis capite pœnas dabant, aut trans Tiberim peregrè uenum ibant. Sed eam capitis pœnam sanciendæ, sicut dixi, fidei gratia, horrificam atrocitatis ostentu, nouisq; terroribus metuendam reddiderant. Nam si plures forent, quibus reus esset iudicatus, secari si uellent, atque partiri corpus addicti sibi hominis, permiserunt. Et quidem uerba ipsa legis dicam, ne existimes inuidiam me istam fortè formidare: Tertijs, inquit nundinis, parteis secanto: si plus minusúe secuerunt, sine fraude esto. Nihil profectò immitius, nihil immanius: nisi (ut re ipsa apparet) eo consilio tanta immanitas pœnæ denunciata est, ne ad eam unquam perueniretur. Addici nanq; nunc, & uinciri multos uidemus, quia uinculorum pœnam deterrimi homines contemnunt. Dissectũ esse antiquiùs neminem equidem neque legi, neque audiui: quoniam sæuicia ista pœnæ contemni non quita est. An putas Phauorine, si non illa etiam ex duodecim Tabulis, de testimonijs falsis pœna aboleuisset, & si nũc quoq;, ut anteà, qui falsum testimoniũ dixisse conuictus esset, è saxo Tarpeio deijceretur, mẽtituros fuisse pro testimonio tã multos quã uidemus? Acerbitas plerunq; ulciscẽdi maleficij, benè atq; cautè uiuẽdi disciplina est. Historia de Metio Suffetio Albano, nobis quoq; non admodũ numero istiusmodi libros lectitantibus, ignota non est: qui quoniam pactũ atq; condictum

Ex legis atrocitate.

Scilicet hominũ inuidia.

Historia de Metio Suffetio.

Sæpenumero Gellianum est.

cum

cum rege populi Romani perfidè ruperat, binis quadrigis uinctus in diuersa nitentibus laceratus est. Nouum atq; asperum supplicium quis negat? Sed quid elegantissimus Poëta dicat, uide:

Verg. lib. 8. Aeneid.

– At tu dictis Albane maneres.

Dictis stares uel conuentis.

Hæc atq; alia ubi Sextus Cæcilius, omnibus qui aderant, ipso quoque Phauorino approbante atque laudante disseruit: nunciatum est, Cæsarem salutari & separati sumus.

Hadrianum scilicet.

Vsu.) Appellatione legum ad causas litesq; quotidiè emergentes.

Eius rei.) Legum ferendarum.

Decernere.) Enunciare, indicat consuetudinem Platonicæ sectæ, cuius princeps Plato Socratem ipsum in disputationibus rarò decernentem, frequētissimè autem inquirentem & dubitātem introducit, unde celebratur uerbum ἐπέχω, id est, sententiam suspensam tenēre, & non statim quod sentias edicere: id quod laudatissimæ modestiæ est tribuendum. Satius enim est tutò nescire, quàm cum periculo scire, inquit Diuus Hieronymus.

Lege.) XII. Tabularum.

Emori.) Euanescere, antiquari, aboleri.

Non humaniter.) Crudeliter.

Lectica.) Qua uehebatur.

Aufertur.) E domo sua.

Comitium.) Consilium eorum qui habent suadere & dissuadere.

Facie.) Specie.

Funeris.) Hominis fermè mortui.

Iniuriam percutiendo.) Verberando, iaciendo.

Sunt.) Datum esse.

Arrogandæ.) Exponendæ.

Vester.) Id est, professione, quia iurisconsultus.

Vecordia.) Immanitate,

Propte-

Propterea)Id est, propter hanc facilem pœnam.
Iniurijs.)Illatis.
Recuperatores.) Iudices, arbitros, qui æstimarent, quantum pro iniuria illa accepta recipere deberet quispiam ab eo, qui iniuriam intulisset.
Ex pacto talio.) Id est, ruptor patietur & sibi rumpi membrum ex legis statuto.
Aequilibrium.) Aequi mensuram.
Retaliari.)Rependi.
Ictus.)Iactus.
Consultus.)Præsumptus in animo.
Licentiæ.) Quantum sibi libeat, liceat.
Latius.)Quàm ipse læserit alterum.
Quodq; æqualitas.) Libra ratione æquandi.
Contrario.)Reo scilicet.
Romanæ.) Latinæ.
Leges.)Præcepta, decreta. Scitè.)Eleganter.
Studio.) Affectatione.
His ipsis.) Legibus.
Feruoribus.) Argumentationibus.
Rerum.) Quotidiè oborientium nouarum.
Ratione.) Lege, iussione legis.
Iugerum.) Scilicet quingentorum, supra quem non licebat egredi, quanquam Stolo ipse posteà sua lege damnabatur, quòd sub prętextu emancipati filij agrũ mille iugerum possideret, qua de re copiose, apud Liuium lib. 7. & Plinius libro 18. capite 3.
Vtilius.)Scilicet uisum est.
Voconio.) Quod factum est Voconio rogante: quo negatur fœmineæ stirpis liberis solida hæreditas, cuius meminit Marcus Cicero in Catone.
Sumptuariæ.) Quibus præscribebatur modus sumptibus faciendis.
Opera.)Obtecta.
Vicio.) impedimento.
Nolet.)Scilicet uocatus in ius cõtentus esse iumento.
Quercera.) Festus Pompeius, ni fallor, febrem querceram dicit esse, quę tam sit rapida, ut nos decumbentes

horrore & tremore concutiat: & quàmuis ipse etymologiam addat Græcam, mihi uerisimiliùs uidetur dictũ esse à coërcẽdo, utpotè quam opus sit pondere super imposito uelut comprimere & continere.

Vehens.) Scilicet sessorem.

Cubantem.) Decumbentem.

Hoc significatum.) Ipsius iumenti & morbi.

Periculum.) Quod est in grauibus morbis.

Cæteroqui.) Id est, alioqui.

Sonticum.) Noxium.

Vectabulum.) Gelliana uox, id est, uehiculum.

Iumentum.) Alij, ut Lactant. à iuuando dicunt.

Ibi.) Id est, in ea lege.

Arcera.) Lectica.

Cassatio.) Id est, excusatio.

Detrectantibus.) Negantibus.

Actiones.) Contentiones se sistendi in ius.

Diluerunt.) Retaliarunt.

Assem.) Pro numulo accipi hîc apud Gellium debet assis.

Librarijs.) qui libra penderent. Libra auri ualet septem aureis, ut quidam supputant.

Damno.) Grauiori multa.

Iniquius.) Durius.

Membrum.) Iniuriantis.

Metum.) Talionis scilicet.

Redimenda.) Per pecuniam.

Ad amussim.) Perpendiculum, regulam.

Casum.) Euentum.

Habitus.) Respectus.

Aequitatis.) Mitioris legum interpretationis.

Reciprocæ.) Alternatim repetitæ.

Argutioris.) Subtilioris malignitatis.

His legibus.) Duodecim Tabularum.

Eminuit.) Effulsit.

Coluit.) In precio habuit.

Fidem.) Dictorum factorumq; constantiam.

In fidem.) Scilicet patroni.

Prius

Prius.) Grauius, Nil ait esse prius. Horatius: Melius nil cœlibe uita.

Officiorũ.) Eorum quæ quisq; alteri pstare debet.

Contractibus.) Vt emptione, uenditione, locatione, conductione, fideiussione, &c.

Commercio.) Contractu.

Mutuaticiæ.) Mutuò acceptæ, uel mutuò datæ.

Subsidium.) Hoc auxilium mutuandæ pecuniæ.

Eluderet.) Deciperet creditores.

Iudicatis.) Condemnatis.

Eos.) Debitores & creditores.

Pseudo.) Falsò.

Volet captiuus.) Suo sumptu.

Trinis feriis.) Emptionum & uenditionum gratia institutis, non aliis nundinis interdictis.

Probaretur.) Certò responderetur.

Addicebantur.) Tradebantur in seruitutem.

Quibus.) Ad quorum iusticiam.

Plus minusq;.) Quam creditæ fuerant.

Judicati.) Damnati.

Ibant uenum.) Venderentur.

Ostentum.) Prodigium.

Permiserunt.) Decemuirales leges.

Inuidiam.) Ex legis atrocitate.

Partes.) Addicti hominis.

Addici.) In seruitutem tradi.

Neminem.) Aliquem.

Contemni.) Ab hominibus perfidiæ studiosis.

Falsis.) Falsò dictis.

Conductum.) Conuentum.

Perfidè.) Fracta fide.

Pactis.) Debuisses stare.

VOCABVLVM SITICINVM IN M. Catonis oratione quid significet, & quam ob causam L. Accius Poëta in Pragmaticis sicinnistas nebuloso nomine esse dixerit.

CAPVT II.

Siticines scriptum est in oratione M. Catonis, quæ inscribitur: Ne imperium sit ueteri, ubi nouus uenerit. Siticines, inquit, & liticines, & tubicines. Sed Cesellius Vindex in commentarijs lectionum antiquarum, scire quidem se ait, liticines lituo cantare, & tubicines tuba. Quid istuc autem, sit quod siticines cantāt, homo ingenuæ ueritatis scire sese negat. Nos autem in Capitonis Attei Cōiectaneis inuenimus siticines appellatos, qui apud sitos canere soliti essent, hoc est, uita functos & sepultos. Eoq; habuisse proprium genus tubæ qua canerent, à cæterorum tubicinum proprietate differens, quos siciniſtas uulgus dicit. Qui rectiùs locuti sunt, sicinniſtas litera n, gemina dixerūt. Sicinnium genus ueteris saltationis fuit. Saltabundi autem canebant, quæ nunc stantes canunt. Posuit hoc uerbū L. Accius Poëta in Pragmaticis, appellariq; sicinniſtas ait nebuloso nomine: credo propterea nebuloso, quòd sicinnium cur diceretur, obscurum esset.

Siticines. Siti. Sicinniſtæ. Sicinnium.

ARTIFICVM SCENICORVM STVdium, amoremq; inhonestū probrosumq; esse, & super ea re uerba Aristotelis philosophi adscripta.

CAPVT III.

Comœdos quispiam & tragœdos & tibicines, diues adolescens Tauri philosophi discipulus, liberos homines in delicijs atq; in delectamentis habebat. Id genus autē artifices Græcè appellantur οἱ περὶ

ρὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται. *Eum adoleſcentem* Taurus *à ſodalitatibus conuictuq́; hominum ſcenicorum abducere uolens, miſit ei uerba ex Ariſtotelis libris exſcipta, qui* προβλήματα ἐγκύκλια *inſcriptus eſt. Iuſſitq́;, ut ea quotidiè lectitaret:* Διὰ τί οἱ Διονυσιακοὶ τεχνῖται ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πονηροί εἰσιν, ὅτι ἥκιστα λόγου καὶ φιλοσοφίας κοινωνοῦσι. Διὰ τὸ περὶ τὰς ἀναγκαίας τέχνας πολὺ μέρος τοῦ βίου εἶναι, καὶ ὅτι ἐν ἀκρασίαις τὸν πολὺν χρόνον εἰσίν, ὅτι δὲ ἐν ἀπορίαις ἀμφότερα δὲ φαυλότητος παρασκευαστικά.

EXEMPLA EPISTOLARVM ALEXANdri regis, & Ariſtotelis Philoſophi, ita uti ſunt edita.

CAPVT IIII.

Commentationum ſuarum artiumq́;, quas diſcipulis tradebat Ariſtoteles Philoſophus, regis Alexandri magiſter duas ſpecies habuiſſe dicitur: Alia *erant quæ nominabat* ἐξωτερικά; *alia quæ appellabat* ἀκροαματικά. Ἐξωτερικά *dicebantur, quæ ad* Rhetori*cas meditationes, facultatem argutiarum, ciuiliumq́; rerum noticiam cõducebant.* Ἀκροαματικά *autem uocabantur, in quibus philoſophia remotior ſubtiliorq́; agitabatur, quæq́; ad naturæ contemplationes diſceptationesúe* Dialecticas *pertinebant. Huic diſciplinæ, quam dixi* ἀκροαματικήν, *tempus exercendæ dabat in* Licio *matutinũ. Nec ad eã quenq̃ temerè admittebat,*

Ariſtotelicæ artes duplices.

Id eſt, præter auditum nota.

Id eſt, iuuabant, conferebant, noue dixi.

nisi quorum antè ingenium, & eruditionis elementa, atque in discendo studium laboremq; explorasset. Illas uerò ἐξωτερικὰς eodem in loco uesperi faciebat, easq; uulgò iuuenibus sine delectu dabat, atq; eum δειλινὸν περίπατον appellabat: Illum alterum suprà ἑωθινόν. Vtroque enim tempore ambulans disserebat. Librosq; suos earum rerũ omnium commẽtarios seorsum diuisit, ut alij ἐξωτερικοὶ dicerentur, partim ἀκροαματικοί. Quos cùm in uulgus ab eo êditos rex Alexander cognouisset, atque ea tempestate armis exercitúque omnem propè Asiam teneret, regemq; ipsum Darium prælijs & uictorijs urgeret, in illis tamen tantis negocijs literas ad Aristotelem misit: non eum rectè fecisse, quòd disciplinas ἀκροαματικὰς, quibus ab eo ipse eruditus foret, libris foras êditis inuulgasset. Nam qua, inquit, alia re præstare cæteris poterimus, si ea quæ ex te accepimus, omnium prorsus fient communia? Quippè ego doctrina anteire malim quàm copijs atque opulentijs. Rescripsit ei Aristoteles ad hanc sententiam: Ἀκροαματικοὺς libros, quos êditos quereris, & non perinde, ut arcana absconditos, neq; êditos scito esse, neque non êditos, quoniam ijs solis, qui nos audiunt, cognobiles erũt. Exempla utrarumq; literarum sumpta ex Andronici philosophi libro subdidi. Amaui autem prorsus in utriusque epistola breuitatis elegantißimæ filum tenuißimum.

d est, matu inum.

Commenta ios, rece- tacula.

Amaui, de- mirat' sum

Ἀλέ-

Ἀλέξανδρος Ἀριστοτέλει εὖ πράττειν. Οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας ἐκδοὺς τοὺς ἀκροαματικοὺς τῶν λόγων, τίνι γὰρ ἔτι διοίσομεν ἡμεῖς τῶν ἄλλων εἰ καθ' οὓς ἐπαιδεύθημεν λόγους, οὗτοι πάντων ἔσονται κοινοί, ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἂν ταῖς περὶ τὰ ἄριστα ἐμπειρίαις, ἢ ταῖς δυνάμεσι διαφέρειν. ἔρρωσο. Alexandri Magni epistola.

Ἀριστοτέλης βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ εὖ πράττειν. Aristotelis responsio.
Ἔγραψάς μοι περὶ τῶν ἀκροαματικῶν λόγων, οἰόμενος δεῖν αὐτοὺς φυλάττειν ἐν ἀπορρήτοις, ἴσθι οὖν αὐτοὺς καὶ ἐκδεδομένους, καὶ μὴ ἐκδεδομένους, ξυνετοὶ γάρ εἰσι μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν. ἔρρωσο. Hoc *uerbum ξυνετοὶ γάρ εἰσι, quærens uno itidem uerbo dicere, aliud non reperi, quàm quod est scriptũ à Marco Catone in sexto Origine: Itaq; ego, inquit, cognobiliorem cognitionem esse arbitror.*

Edita.) Primum scripta ab ipsis autoribus.

Illas uerò ἐξωτερικάς.) Id quod ipsa uox sonat, quòd hæc commentaria etiam citra auscultationem percipi queant, ab ἐξ quod præter significat, ὦτα aures significat.

δειλινὸν περίπατον.) Vespertinam deambulationem uidelicet, & quod scriberet, inambulando doceret: quanquam mihi uerisimilius uidetur idcircò appellatam uespertinam deambulationẽ, quòd ita esset leuis & exigui negocij, ut etiã nonnihil oblectationis per eam capiẽs, uelut deambulationem quandam iucundam æstimaret. Neq; credere possum unquã quenquã inter ambulãdum accuratè seria docere, maximè quum Aristoteles ipse sedendo & quiescendo homini prudentiã obuenire dicat.

Filum.) Genus exquisitissimum.

Ἀλέξανδρος εὖ πράττειν.) Benè agere. Iam non rectè

fecisti édens, quód édidisti auscultatorios libros discipli narum. Quo enim ampliùs differremus nos ab alijs, si iuxta quas eruditi sumus disciplinas, hæ scilicet discipli- næ omnes erunt communes? Ego autem malim utique cognitionibus, experimentis rerum optimarum, quàm facultatibus antestare. Scripsisti ad me de auscultatorijs disciplinis, putans oportere ipsas seruare arcanis nequaquā dicendis. Scito ergo ipsas & éditas & non éditas, intelligibiles enim sunt solis audientibus.

QVAESITVM ATQVE TRACTATVM, utrum sit rectiùs dicere: Habeo curā uestri, an uestrûm.

CAPVT V.

PErcontabar Apollinarē Sulpitium, cùm eum Romæ adolescentulus sectarer, qua ratione diceretur: Habeo curam uestri, aut misereor uestri: & iste casus Vestri, eo in loco quem uideretur habere casum rectum. Isthic mihi ita respondit: Quæris, inquit, ex me, quod mihi quoq; est iamdiu in perpetua quæstione. Videtur enim non Vestri oportere dici, sed Vestrûm, sicut Græci loquūtur, ἐπιμελοῦμαι ὑμῶν, καὶ κήδομαι ὑμῶν, quo in loco ὑμῶν aptiùs Vestrū dicitur q̄ Vestri, & habet casum nominandi, quē tu rectum appellasti. Inuenio tamen, inquit, non paucis in locis, Nostri atq; Vestri dictū: non Nostrū aut Vestrū. L. Sylla rerum gestarum libro secundo: Quo si fieri potest, ut etiàm nunc nostri nobis in mentem ueniat: nos'que magis dignos creditis, quibus ciuibus q̄ hostibus utamini, quiq; pro nobis potius, quàm contra uos pugnemus, neq; nostro neq; maiorum nostrorum merito nobis id contin-

Nostri, Vestri.

continget. Terentius in Phormione:

Ita pleriq; ingenio sumus
Omnes, nostri nosmet pœnitet.

Afranius in Togata:

Nescio qui nostri miseritus tandem Deus.

Et Laberius in Necromantia: Mimographus.

Dum diutiùs detinetur, nostri oblitus est.

Dubium porrò, inquit, non est, quin eodem hæc omnia casu dicantur: Nostri oblitus est, Nostri miseritus est, quo dicitur: Mei pœnitet, Mei miseritus est, Mei oblitus est. Mei autē casus interrogādi est, quē genitiuum Grammatici uocāt, & ab eo declinatur, quod est ego: huius deinde pluratiuū est nos. Tui æquè declinatur ab eo quod est Tu: huius itidē pluratiuū est Vos. Sic nanq; Plautus declinauit in Pseudolo, in hisce uersibus: Falso seruo, uel fallaci.

Si ex te tacente fieri possem certior here,
Quæ miseriæ te tam miserè macerent, Pro pepercissem.
Duorum labori ego hominum parsissem lubens,
Mei rogandi, & tui respondendi mihi.

Mei enim Plautus hoc in loco non ab eo dixit, quod est Meus, sed ab eo quod est Ego. Itaq; si dicere uelis, patrem Mei, pro patrem Meū, quo Græci modò τὸν πατέρα μου dicunt, inusitatè quidem, sed rectè profectò, eaq; ratione dices, qua Plautus dixit Labori Mei, pro labori Meo. Hæc autē ipsa ratio est in numero pluratiuo, qua Gracchus misereri Vestrûm dixit, & qua M.

Cicero contentio Vestrûm, & contentio Nostrûm dixit: quaq; item ratione Quadrigarius in Annali XIX. uerba hæc posuit: C. Mari, ecquando te Nostrûm & Reip. miserebitur? Cur igitur Terentius, pœnitet Nostri, & non Nostrûm? & Afranius, Nostri miseritus est, non Nostrûm? Nihil hercle, inquit, mihi de ista re in mentem uenit, nisi autoritas quædam uetustatis non nimis anxiè neq; superstitiose loquentis. Nā sicuti multifariam scriptum est, uestrorum pro uestrûm (ut in Plauti Mustellaria in hoc uersu:

Id est, obnoxiè.

Verùm illuc esse maxima pars uestrorū intelligit:

*Cùm uellet maxima pars dicere Vestrûm) ita nonnunquam Vestri quoq; dictum est Vestrûm. Sed proculdubiò qui rectißimè loqui uolet, Vestrûm potiùs dixerit, q̄ Vestri. Et idcircò importunißimè, inquit, fecerunt, qui in plerisq; Sallustij exemplaribus scripturam istam syncerißimam corruperunt. Nam quum ita in Catilina scriptum esset, Sæpè maiores uestrûm miserti plebis Romanæ, Vestrûm * aboleuerunt, & Vestri superscripserunt, ex quo in plureis libros mendæ istius indoles inoleuit. Hæc memini mihi Apollinarē dicere: eaq́ue tunc ipsa ita, ut dicta fuerant, notaui.*

Vestrûm potiùs quàm uestri.

* obleuerunt, Indoles, propago.

Rerum gestarum.) Historiarum. Meritò.) Culpa.

Nostri nosmet.) id est, omnia nostra nobis parua uidentur, quemadmodùm poeta dicit: Victrumq; pecus grandius uber habet.

Miseritus.) Pro misertus archaïsmus.

Casu.) Scilicet nominatiui, ut ipsi putarunt.

Quàm

QVAM DIVERSAE GRAECORVM sententiæ super numero Niobæ filiorum.

CAPVT VI.

Mira & propè adeò ridicula diuersitas fabulæ apud Græcos poëtas deprehenditur super numero Niobæ filiorum. Nam Homerus pueros puellasq; eius senos dicit fuisse, Euripides bis septenos, Sappho bis nouenos, Bacchylides, & Pindarus bis denos: quidam alij scriptores tres fuisse solos dixerunt.

Adeò. particula est exaggerationis propria

Bacchylides lyricus poëta, cuius Suidas meminit.

Sappho.) Mulier poëtria inuentrix carminum quæ Sapphica dicũtur, cui & plectri inuentionẽ assignat Suidas, tum & elegias multas amatorias. Siquidem lascuissima omnium fœminarũ fuisse proditur, atq; alias quoque puellas lasciuiam docuisse alicubi traditur.

DE HIS, QVAE HABERE συμπάθειαν Videntur cum luna augescente ac senescente.

CAPVT VII.

*Annianus poëta in fundo suo, quem in agro Falisco poßidebat, agitare erat solitus uindemiã hilarè atque amœniter. Ad eos dies me, & quosdam item alios familiares uocauit. Ibi tum cœnantibus nobis magnus ostrearum numerus Roma missus est: quæ cùm appositæ fuissent, & multæ quidem, sed inuberes, macræq; essent, Luna (inquit Annianus) nunc uidelicet senescit, ea re ostrea quoq; sicuti alia quædam, * tenuis exuctaq; est. Cùm quærere, quæ alia item senescente luna tabescerent: Non'ne Lucilium, inquit, nostrum meminiſtis dicere:*

Id est, autũnum tẽpus uindemiæ.

* tenuia exuctaq; sunt.

Nostrum. i. Latinum.

Luna alit ostrea, & implet echinus, muribus fibras

Et

* pecui Et * pecu addit.

Eadem autē ipsa, quæ crescente luna gliscunt, deficiente contrà luna deficiunt. Aelurorū quoq; oculi ad easdē uices lunæ, aut ampliores fiūt, aut minores. Id etiā, inquit, multò mirandum est magis, quod apud Plutarchum in III. in Hesiodū cōmentario legi: Cæpe tū reuirescit, & cōgerminat decedente luna. Contrà autem inarescit adolescente. Eam causam esse dicūt sacerdotes Aegyptij, cur Pelusiotæ cæpe nō edant, quia solùm holerum omnium contra lunæ aucta atq; damna uices minuendi & augendi habeat contrarias.

Id est, felis. Vices, mutationes.

Id est, hortēsium herbarum.

De his.) De rebus naturalibus.

συμπάθειαν.) Compatiendam, compassionem.

Fundo.) Prædio suo.

Inuberes) Exhaustæ, infœcundæ, macræ.

Tabescerent.) Macrescerent, inde Latinis Morbus est immedicabilis ex immodica macie prouenìens, qui à Græcis φθίσις uocatur: quo uocabulo Plinius & alij Latini multi frequentiùs utuntur quàm Latino.

Luna.) Crescente. Alit.) Saginat.

Echinos.) Plinius lib. 9. echinos cancros uocat, atque idem genus à cancris facit aliud lib 9. cap. 31. utpote q̄d pedibus careat, quorum loco spinas habeat, ut sit ei ingredi, in orbem uolutari. Sed quod de echinis hic Lucilius, de cancris id uerum esse experiētia rerum magistra indies docet, tametsi Ioannes Picus Mirādulæ princeps, aliam huius uarietatis causam tradit, lib. Contra astrologos 3. cap. 3. & 4.

Fibras.) Neruulos, toruunculos, ut in suris.

Pecu.) Pecui scilicet fibras. Veteres datiuum quartæ declinationis simpliciter efferebant in u, horū diligentissimus imitator Maro Aeneid. 1.

Parce metu Cytheræa, &c.

Sed

Sed quod hic de murium fibris dicit Lucilius, est quoque apud Plinium lib. 29.

Pelusiotæ.) Populi Aegypti. Prudentius.

Gens Pelusia exulta uaporibus.

Solum.) Cape. Aucta.) Augmenta.

QVALIBVS VERBIS DELECTARI solitus Anton. Julian. positis in Mimiambis, quos Cn. Matius inscripsit de Adolescentia sua, cùm ita dictar, Nunquàm uestimenta à populo posci.

CAPVT VIII.

Delectari mulceriq́; aures suas dicebat Antonius Iulianus figmentis uerborũ nouis Cn. Matij hominis eruditi: qualia hæc quoq; essent, quæ scripta ab eo in Mimiambis memorabat: Antonius Hispanus rhetor.

Sinuq́; amicam recipere frigidam caldo
Columbatim labra conferens labris.

Item id quoq; iucundè lepideq́; factum dictitabat,

Iam tonsiles tapetes ebrij fuco,
Quos concha purpura imbuens uenenauit. Ebrij, imbuti fuco colore.

Conferens.) Coniungens, conglutinans.

Venenauit.) Infecit. Siquidem constat, Plinio autore, purpureum colorem colligi è cõchis quibusdam marinis, quibus nomen purpuræ inditum est.

QVID VOCABVLVM EX IVRE MAnu consertum significet.

CAPVT IX.

Ex iure manu consertum, uerba sunt ex antiquis actionibus, quæ, cùm lege agitur, & uindiciæ cõtenduntur, dici nunc quoq; apud Prætorem solent, Rogaui ego Romæ Grammaticũ celebri hominem fama, & multo nomine, quid hæc uerba essent. Tum ille me despi- Ex iure manu consertũ Id est, usurpari docẽdo

despiciens: Aut erras, inquit adolescẽs, aut ludis. Rem enim doceo Grammaticam non iûs respondeo. Si quid igitur ex Vergilio, Plauto, Ennio quærere habes, quæras licèt. Ex Ennio ego inquã, est magister quod quæro. Ennius enim uerbis hisce usus est: Cumq; ille demiratus, aliena hæc esse à poëtis, & haud usquàm inueniri in carminibus Ennij diceret: tum ego hos uersus ex octauo Annali * absentes dixi. Nam fortè eos tanquàm insigniter præter alios factos memineram.

Habes, potes.

* assumptos

Pellitur è medio sapientia, ui geritur res.
Spernitur orator bonus, horridus miles amatur.
Haud doctis dictis certantes, sed maledictis
Miscent inter sese inimicitias agitantes.
Non ex iure manu consertum, sed magè ferro
Rem repetunt, regnumq; petunt, uadunt solida ui.

Id est, libro absente.
Insigniter, præcipuè.
Orator, iurisconsultus.
Id est, mera uiolentia.

Cùm hos uersus Ennianos dixissem: Credo, inqt, Grammaticus, iam tibi. Sed tu uelim credas mihi, Q. Enniũ didicisse hoc non ex poëticæ literis, sed ex iuris aliquo perito. Eas igitur tu quoq;, inquit, & discas unde Ennius didicit. Vsus consilio sum magistri, quod docere me ipse debuerat, à quo discerem prætermonstrantis. Itaq; id, quod ex Iureconsultis, ex libris quoq; eorum didici, inserendum his commentarijs existimaui: quoniam in medio rerum, & hominum uitam qui colunt, ignorare non oportet uerba actionum ciuilium celebriora, ut Manum conserere. Nam de qua re disceptabatur

Id est, iudicantis.

In medio, id est, in cœtu & Rep.

batur in iure præsenti, siue ager, siue quid aliud est, cum aduersario simul manu prenderet, in ea re omnibus uerbis uindicare, id est, uindicia correptio manus in re atq; in loco præsenti, apud prætorem ex duodecim Tabulis *fiebat.* In *quibus ita scriptum est:* Si *qui in iure manum conserunt.* Sed *postquam* Prætor *propagatis* Italiæ *finibus, datis iurisdictionibus, negocijs occupati, * pacisci uindiciarum dicendarum causa longinquas res grauabantur: institutum est contra duodecim* Tabulas *tacito sensu, ut litigãtes nõ ex iure apud* Prætorem *manum consererent, sed ex iure manu consertum uocarent, id est, alter alterum ex iure ad conserendam manũ in rem de qua ageretur, uocaret.* Atque *profecti simul in agrum, de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, uti unam glebam, in ius in urbem ad* Prætorem *deferrent, & in ea gleba tanquam in toto agro uindicarent.* Idcircò Ennius *significare uolens bellum, non ut ad prætorem solitum est, legitimis actionibus, neq; ex iure manu consertum, sed bello ferroq́;, & uera ui atq; solida: quod uidetur dixisse conferens uim illam ciuilem & festucariam, quæ uerbo diceretur, non quæ manu fieret, cum ui bellica atq; cruenta.*

Id est, attingeret.
Ad eam scilicet solennitatem requisitis.
Id est, productis, promotis.
* proficisci
Id est, consensu: tacitus enim cõsensus legẽ constituit.
Vindicias agerent.
Bello, cæde,
Manu, ad rẽ scilicet uindicandam:

Actionibus.) Litibus.
Vindicia.) De rè aliqua uindicanda, asserenda.
Despiciens.) Contemnens tanquam intempestiua & inepta quærentem præter decorum.
Manu consertum.) Non ita ut ex præscripto legum manus rei uindicandæ applicet, sed magis armis agant.

Id

Id uerbum.) Ex manu iure consertum.
In ea re.) Prehensa à litigatoribus.
Vindicare.) Sibi propria facere.
In re.) De qua disceptabatur.
In quibus.) XII. tabulis, ex quibus totum corpus legum manauit.
Negocijs.) Varijs in urbe.
Pacisci.) Conuenire, fœdera facere.
Longinquâs.) Procul ab urbe positas.
Vindiciarum.) Tractandarum actionum.
Manum.) In rem uindicandam.
Consertum.) Ad conferendum.
Ex iure.) Taciti consensus.
Vocaret.) Citaret. Bellum.) Litem inter ciues.
Festucariam.) Imaginariam, qua ex agro gleba uelut festuca quędam in ius portaretur, supra qua ciuiliter ex iure contenderent. Est em̃ propriè festuca minimũ quiddam, quod è fœno deicdere solet, unde & nomen habet.
Diceretur.) Fieret iure apud Prætorem.

QVID SIT SCVLNAE, VERBVM POSITUM APUD MARCUM VARRONEM.

CAPVT X.

Sculna. Sequester.

Id est, medium inter duos litigãtes datũ, sic Modestinus ex ponit iurisconsultus.

Publij Lauinij liber est non incuriose factus. Is inscriptus est De uerbis sordidis. In eo scripsit sculnam uulgò dici, quasi seculnam: quę qui elegantiùs, inquit loquuntur, sequestrem appellãt. Vtrunq; uocabulum à sequendo factum est: quòd eius, qui electus sit, utraq; pars fidem sequatur. Sculnam autem scriptum esse in historico M. Varronis, qui inscribitur Catus, *idem* P. *Lauinius admonet. Sed quod apud sequestrem depositum erat, per aduerbium dicebant.* Cato de Ptolomæo contra Thermum:

Per deos immortales nolite uos sequestro ponere.

Sordidis, uulgaribus.) Plebeis & usu uulgi sordidatis.
Vtraq; pars.) Litigantium. Electus.) Ab ipsis.
Cautus.) Callidus, prudens.
Eodem libro.) Scilicet de uerbis sordidis.) Sed quod controuersum.) Dubium.
Depositum.) Tanquam commissum, traditum.
Sequestro ponere.) Nolite uestram causam committere sequestro.

AVTORIS DE OPERE SVO SENTENTIA, deq; aliorum operum titulis.

*ATqui iucundiora alia reperiri queunt. Ipse autem ad hoc scripsi, ut liberis quoq; meis paratae istiusmodi remißiones essent, quādo animus eorum interstitione aliqua negociorum data, laxari indulgeriq; potuisset. Vsi autem sumus ordine rerū fortuito, quem anteà in excerpendo feceramus. Nam * proinde ut librum quenquam in manus ceperam, seu Graecum, seu Latinum, uel quid memoratu dignū audieram, ita quae libitum erat, cuius generis cunq; erant, indistinctè atq; promiscuè annotabam, eaq; mihi ad subsidiū memoriae quasi quoddam literarum penus recondebam: ut quando usus uenisset aut rei, aut uerbi, cuius me fortè repēs obliuio tenuisset & libri ex quibus eam sumpserā non adessent, facilè inde nobis inuentu atq; depromptu forent. Facta igitur est in his quoq; commentarijs eadem rerum disparilitas, quae fuit in illis annotationibus pristinis, quas breuiter, & indigestè, & inconditè, annotationibus, tractatiōibus, lectionibusq; uarijs feceramus.*

Atqui, sed certè.
Autoris praefatio est.
Id est, demulceri, indulgetur mihi.
* perinde
Id est, libuerat.
Id est, latenter clanculū ingrediens.
Id est, mixtura, uarietas, miscella.

Sed quoniam longinquis per hyemẽ noctibus in agro (ſicuti dixi) terræ Atticæ *cõmentationes haſce ludere ac facere exorſi ſumus, idcircò eas inſcripſimus* Noctium Atticarum*: nihil imitati feſtiuitates inſcriptionum, quas pleriq; alij utriuſq; linguæ ſcriptores, in id genus libris fecerunt.* Nam *quia uariam, & miſcellam: & quaſi confuſaneam doctrinam conquiſiuerant, eo titulos quoq; ad eam ſententiam exquiſitiβimos indiderunt.* Nanq; *alij muſarum inſcripſerũt, alij Syluarum, ille κηρίον, alius κέρας ἀμαλθείας, quidam lectionis ſuæ, alius antiquarũ lectionum, atq; alius πινακίδιον, & item alius ἐγχειρίδιον. Sunt etiam qui* Pandectas *inſcripſerũt. Sunt aũt qui* Διατριβάς. *Sunt adeò qui de diſciplina regia, et de philoſophia, et de natura humana, & epiſtolicarũ quæſtionum. Eſt qui memoriales titulos fecerit: eſt qui ſtudioſorum. & de ridiculis, & περὶ ποικίλας ἱστορίας: eſt qui hiſtoriæ* Naturalis, *eſt qui βιβλιοθήκην, eſt prætereà qui pratũ: eſt itẽ qui ἐπο-πτείδων: eſt qui ſcripſit συγγραφήν. Sunt itẽ multi, qui* Coniectanea. Neq; *itẽ deſunt, qui indices libris ſuis fecerunt, aut epiſtolarũ moralium, aut epiſtolicarũ quæſtionum, aut confuſarũ.* Et *quædã alia inſcripta nimis lepida, multasq; prorſus concinnitates redolentia.* Nos *uerò (ut cœptus noſter eſt) incurioſè & immediatè, ac propè etiã ſubruſticè, ex ipſo loco ac tempore hybernarum uigiliarũ,* Atticas Noctes *inſcripſimus: tantum*

Noctes Atticæ.

Tituli uarij operum.

Syluarũ ut Statius Papinius.

Id eſt, diſputationes.

Id eſt, de uaria hiſtoria ut Phauorinus.

cæteris

cœteris omnibus in ipsius quoq; inscriptionis laude cedentes, quantum ceßimus in cura & elegantia scriptionis. Sed ne consilium quidē in excerpēdis notandisq; rebus idē mihi, quod plerisq; illis fuit. Namq; illi omnes, & eorum maximè Græci, multa & uaria lectitantes, in quas res cunq; inciderent, alba (ut dicitur) linea, sine cura discriminis, solam copiam sectati conuertebant: quibus in legendis antè animus senio aut tædio languebit, quàm unum alterumúe repererit, quod sit aut uoluptati legere, aut cultui legisse, aut usui meminisse. Ego uerò cū illud Heracliti Ephesij, uiri summè nobilis uerbū cordi habere, quod profectò ita est: Introite, nam & hic dij sunt: ipse quidē uoluendis trāseundisq; multis admodùm uoluminibus, per omnia semper negociorum interualla, in quibus furari ociū potui, exercitus defessusq; sum. Sed modica ex ijs, eaq; sola accepi, quæ aut ingenia prōpta expeditaq; ad honestæ eruditionis cupidinem, utiliumq; artiū contemplationē, celeri faciliq; cōpendio ducerent, aut hoīes alijs iā uitæ negocijs occupatos, à turpi certè agrestiq; rerū atq; uerborum imperitia uindicarēt. Quæ erūt aūt in his commētarijs pauca quædā scrupulosa et anxia, uel ex grāmatica, uel ex dialectica, uel etiā ex geometria, quæq; erunt itē paucula remotiora sup augurio & iure pontificio, nō oportet ea defugere, quasi aut cognitu non utilia, aut perceptu difficilia. Nō enim fecimus altos nimis

Adagium.

Sinus ambages, aut latebras obscuriores.

Anteq̃ attigissent lucubrationes nostras.

Ad uoluptatem satis est, uel iuuat tamen.

& obscuros in his rebus quæstionũ sinus, sed primitias quasdam & quasi libamenta ingenuarum artium dedimus: quæ uirum ciuiliter eruditũ neq; audisse unquam, neq; attigisse, si non inutile, at quidẽ certè indecorum est. Ab his igitur, sicuti fortè nonnunquam tempus uoluptasq; erit, lucubratiunculas istas cognoscere, petitũ impetratumq; uolumus, ut in legendo quæ pridem scierint, non aspernentur quasi nota inuulgataq;. Nam & quid tam remotum in literis est, quin id tamen complusculi sciant? Et satis hoc blandum est, non esse hæc neq; in scholis decantata, neq; in commentarijs protrita. Quæ porrò noua sibi ignotaq; offenderint, æquum esse puto, ut sine uano obtrectatu considerent, an minutæ istæ admonitiones pauxillulæ, nequaquã tamen sint uel ad alendũ studium honestæ, uel ad oblectandũ frigidæ, fouendumq; animũ: sed eius seminis generisq; sint, ex quo facilè adolescant aut ingenia hominũ uegetiora, aut memoria adminiculatior, aut oratio solertior, aut sermo incorruptior, aut delectatior motio, aut in ludo liberalior. Quæ aũt parum plana uidebuntur, aut minus plena instructaq;, petimus inquã, ut ea non docendi magis, q̃ admonendi gratia scripta existiment: & quasi demonstratione uestigiorũ contenti, persequantur ea pòst (si libebit) uel libris repertis, uel magistris. Quæ uerò putauerint reprehendẽda, his (si audebunt) succenseant, unde ea nos accepimus. Sed enim quæ aliter

ter apud aliũ ſcripta legerint, ne iam ſtatim tempore obſtrepant, ſed tractationes rerũ & autoritates hominum penſitẽt, quos illi, quosq; nos ſecuti ſumus. Erit aũt id longè optimũ, ut qui in lectitãdo, ſcribendo cõmentando nunquã uoluptates, nunquam labores ceperunt, nullas hoc genus uigilias uigilarunt, neq; ullis inter eiuſdẽ Muſæ æmulos certationibus diſceptationibusq; elimati ſunt, ſed intẽperariĩ negociorumq; pleni ſunt, abeant percontando, ſcribendo, à Noctibus his procul, atq; alia ſibi oblectamenta quærant. Vetus adagiũ eſt: Nihil cũ fidibus graculo: Nihil cũ amaricino ſui. Atqui etiã, quò ſit quorundã malè doctorum hominũ ſæuitas & inuidẽtia irritatior, mutuabor ex Ariſtophanis *Coronopeſta pauca. Et quã ille homo feſtiuiſſimus fabulæ ſuæ ſpectandæ legẽ dedit, eandem ego cõmentarijs his legendis dabo, ut ea ne attingat, neue adeat profeſtũ & profanum uulgus à ludo muſico diuerſum.

Obſtrepant importunè oblatrent.

Imperito homini cũ Muſis nihil rei eſt.

* Victorius, Choro anapæſta.

Profanum à ſacris literarum remotum.

Verſus legis datæ hi ſunt:

*(Εὐφημεῖν χρὴ, κἀξίστασθαι τοῖς ἡμετέροισι χοροῖσιν,
Ὅσις ἄπειρος τῶν δὲ λόγων, ἢ γνώμη μὴ καταρίνοι.
Ἢ γεννάιων ὄργια μουσῶν, μήτ' ἴδε πω, μήτ' ἐχόρευσε.)

* Pet. Vict. Var. lect. li. 17. c. 4. è Batrachis Ariſtophanis hos uerſus diu deſideratos reſtituit.

Volumina commẽtariorum ad hunc diem uiginti iam facta ſunt. Quantum autem uitæ mihi deinceps deûm uoluntate erit, quantumq; à cura publica & à re familiari, procurandoq; cultu liberorum meorum dabitur ocium, ea omnia ſubſciſiua & ſubſecundaria tempora ad colligendas huiuſcemodi memoriarum diſceptatiun

De quibus octauũ temporum iniuria amiſimus.

culas conferã. Progredietur igitur numerus librorum (dijs benè iuuãtibus) cũ ipsius uitæ quantuli quiq; fuerint progreßibus. Neq; lõgiora mihi dari ſpacia uiuendi uolo, q̃ dum ero ad hanc quoq; facultatem ſcribendi commentandiq; idoneus. Capita rerũ, quæ cuiq; cõmentario inſunt, expoſuimus hîc uniuerſa: ut iã ſtatim declaretur, quid quóue in libro quæri inueniriq; poßit.

Hinc eſt q̃d octaui libri indicem habemus, libri uerò iacturã ſumus paſſi

Ad hoc) in eũ uſum. Remiſſiões.) Recreatiões. Interſtitione.) Interquiete. Laxari.) Remitti paululum. Fortuitò.) Caſu ſe offerente.

Vt liberis quoq; meis.) Hoc em̃ genus ſcriptorum, quòd à parentibus proficiſcitur, ſolẽt auidiſſimè amplecti filij, neſcio enim quî fiat, ut afficiãt pleniùs, & libẽtius illa etiã imitent. Et ſcriptionis moleſtia parẽtibus minor eſt, dum ueluti familiaria quædam præcepta non externis, ſed filijs ſuis quodãmodo præſcribunt. Sic Fab. Quint. miſerabiliter deplorat, filiorum mortem, tanquam defuturi poſthàc ſint, ad quos illa, quę in rhetoricis euigilauerat, peculiariter pertinerent. Aſconius item Pædianus eos cõmentarios, quos in Ciceronis orationes ſcripſerat, liberis ſuis inſcripſit.

Excerpendo.) Hæc ex aliorum libris.

Promiſcuè.) Indiſcriminatim.

Eaq;) Sic aduocata.

Literarum penus.) Promptuarium. Admonet Fabius Quintil. demus operam ut uerborum ſelectiſſimorum, & ſentẽtiarum grauium copiã cum delectu, ueluti theſauro memorię cõmẽdemus, ut cùm ſit uſus, in præcinctu ſint, ne tum ſit opus diſquiſi-

quisitione, cùm exprompto opus esset.
Vsus.) Commoditas, necessitas.
Tenuisset.) Occupasset. Inde.) Ex penu.
Inconditè.) Absq; aliqua naturalis positura.
Annotationibus.) Apparet hinc Gelliũ nostrũ alia etiam scripsisse, anteq̃ manũ admouerat Noctibus illis Atticis: uerũ illa, ut multò maxima bonorum autorũ pars, interciderunt, quanta doctorũ literatorumq; iactura, facilè ęstimabit, qui illas leget Atticas noctes, quibus profectò nihil clarius aut dici aut fingi poterat.
Ludere.) Per ludum congerere.
Festiuitates inscriptionũ.) Concinnitates, quas aliqui tam prodigiosas excogitarũt, ut Plinius in præfatione historię mundi, dignas putet propter quas uadimonium deferatur.
Miscellam.) Quòd oĩs generis argumenta miscerent. Nostra memoria hoc genusscripti est tentatum à Petro Crinito, Cœlio, nescio quàm feliciter: minore certè gloria ab Angelo Politiano.
Musarum.) Vt Herodotus apud Græcos, & Aurelius Opilius Grammaticus apud Latinos, ut colligi potest ex libro quodã Gellij & Suetonio Trãquil. in claris Gramma.
Ille κηρίον.) Fauum à dulcedine & suauitate scripti satis magnificè.
Alius.) Vt Phocion peripatheticus, & Helius Melissius, & nostro seculo Nicolaus Perottus.
κέρας ἀμαλθείας.) Cornu Amalthee copię & uber (tatis.
Antiquarum lectionum.) Vt Cesellius
Vindex, & apud nos Cælius Rhodoginus.
Alius πινακίδιον.) Tabellã, ut Cebes Thebanus.

mœnioribus, eò quòd ueteres illi omnē fermè literarum laudē ad musicam exegerint, habitusq́ quisq; sit indoctior, quò esset à musica remotior.

A re familiari.) Ea enim magnam nostrę uitæ tempus sibi uendicat, dum scilicet nos, familiamq́ à paupertate asserimus. Cicero rem familiarem duabus maximè rebus augeri dicit, diligentia scilicet, & parsimonia.

A. GELLII NOCTIVM ATTIcarum Librorum XX. Finis.

AD LECTOREM.

Capita rerum, quæ hisce Gellianis Noctibus habentur, consultò omisimus, Lector candide: tum quòd singula singulis præfixa sint cōmentarijs: tum quòd index his accesserit locupletissimus, in quo quicquid notatu dignum est, inuenire licet.

QVONIAM in hisce Atticis Noctibus Græcæ dictiones multæ, & uersus ac loci cōplures Grę ci erant: ea omnia Latina seorsum hîc subnectenda curauimus, quandò Gellius ipse Gręcè tantū citarat, nec Latina fecerat. Consuluimus autē cùm ipsi Gellio, quem integrum impollutumq́ esse uoluimus, tum etiam studiosis omnibus, quando & emendati complures loci sunt, qui uiciati admodùm erant.

QVAE IN LIBRO I.

Cap. I. ὁπόση ψυχῶν, &c. Quanta sit animorum corporumq́ inter homines differẽtia, quóad ingenium uirtutemq́.

Cap. 2. κυρτῶν τὰς σκαζούσας θεωρίας. Laqueorũ speculationes claudicantes.

ἀκώλυτος, ἀνικήτος. Solutus, inuiolatus, minimè implicitus, liber, diues, felix.

εἰπὲ μοι περὶ ἀγαθῶν, καὶ κακῶν ἀκούσας.
ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος κικόνεσσι πέλασσεν.

De bonis cedo & malis, audis'ne illud?
Ad Ciconas Troia referens me uentus adegit.

τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐστὶν ἀγαθά, τὰ δὲ κακὰ, &c. Rerũ quędam bona, quędã mala, quędã indifferentia sunt. Bona sanè uirtutes quæ uicij participant, mala. Indifferẽtia uerò illa, quæ horũ intermedia sunt, opes, cõiugium, uita, mors, uoluptas, labor: unde nosti, inquit? Sic Hellanic' in Aegyptiacis tradit. Quid enim magis refert ita dicam: an Diogenẽ in Moralibus, Chrysippumúe, aut Cleanthẽ? Hoc itaq́ exquisiuisti; decretumq́ fecisti tuũ. Expone, quónam modo tempestatẽ in naui feras; nunquid eius distinctionis memineris ubi instrepit ac stridet uelum? & reclamabis, si quis te ita alloquatur, repete agè tu ea, quę modò aiebas, num sit uicium naufragium facere? num particeps uicij sit, an nõ contra istum baculum moueas? heus homo, quid mecum tibi? nos perimus, & ipse accedens ludis. Cæsar quoq́ si te delatum accersiuerit, quid agas?

Cap. 3. εἰ δεῖ βοηθεῖν, &c. Nunquid oporteat cõtra iusticiam amico subuenire? & qua fini, & in cuiusmodi?

modi: Δεῖ μὲ συμπράττειν,&c. Opus est me amicis opitulari,sed usque ad deos.

Οὐκ οἶδ' ἧττω τούτῳ τῷ γένει, &c. Haud satis noui,si quid in hoc genere sit nobilius: & an quæcunque pars ad quantamcunque alterius partem comparata,eligenda magis sit. Verbi gratia,hoc modo, ut & nobilius ære aurū sit,& auri pars quælibet,portionis cuiuslibet æris comparatione sit pluris:uerùm nōnihil discriminis cùm numerus, tum uerò magnitudo efficiet.

Οὐκ ἧττο. Non si quid suo genere alio est nobilius, continuo quæuis quoque pars eius, partis cuiuslibet alterius quo cōparetur, collatione eligenda sit potius.

ἡ καλουμένη χάρις,&c. Quæ gratia apud homines uocatur, hoc quidem est iuris diligentioris loco & tempore imminutio.

περὶ ψυχῆς. De anima.

Χείλων ὁ παλαιὸς ἀκούσας τινὸς λέγοντος,&c.

Chilo senior,cùm quempiā dicentē audisset, nullum se inimicum habere: an nullum etiā amicum haberet,interrogauit:amicitias inimicitiasque inuicèm consequi coniungique necesse esse arbitratus.

Cap.5 κόμψη χλανὶς, καὶ μαλακοὶ χιτωνίσκοι.

Elegans uestis,& molles tuniculæ.

ἄμουσος,ἀγροδίαιτος,ἀπρόσιτος.

Inelegans,agrestis,inaccessus.

Cap.7. ποιήσειν ἴσως, λέξειν. Futurum dicturum.

εὐφωνία. Voculatio.

ἐπιμελεία τῶν λέξεων.

Vocabulorum delectui diligenti.

Cap.8. οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς κόρινθον ἐσθ' ὁ πλοῦς.

Non uiri cuiusque est Corinthum petere.

Μυριὰς δραχμὰς ἢ τάλαντον.

Decem drachmarum milia uel talentum.

Οὐκ ὠνοῦμαι μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν.

Non

Non emo milibus x. drachmarum pœnitentiam.

Cap. 9. ἰφυσιογνωμόνῃ, Per naturæ indicia pensicu
ἀκουστικοί. Auditores. (labar.
ἐχεμυθία. Taciturnitas.
μαθηματικοί Disciplinis uacantes.
μαθήματα Disciplinas.
φυσικοί. Naturales.
ἀθεώρητοι, ἄμουσοι, ἀγεωμέτρητοι.
A contemplatione geometrica penitùs alieni.
κοινόβιον. Contubernium.

Cap. 11. καὶ μετὰ ταῦτα ἡ ξύνοδος ἦν, &c. Post hæc con gressum est, Argiui quidem socijq;, acriter ac cum impetu adorientes. Lacedęmonij contrà sub tibiarum præcentione pleno agmine maturantes, nõ adeò diuinę rei gratia, uerùm ut æquabili numerosoq; sensim ingressu conuenientes, pugnam capesserent, nec suos ordines distrahi sinerẽt, quod semper amplissimas copias agere, ubi cõgrediendum est, decet.

οἱ δ' ἄρ' ἴσαν.

Ast ibant taciti spirantes robur Achiui,
Inq; uicem auxilium cupida sibi mente ferebant.

διὰ τὸ ἐπειδὰν πολεμεῖν μέλλωσι, &c. Quãobrem ubi cõmissuri prælium sint, ad tibiæ modulos congrediantur, ut timidos minus honestè agentes iudicẽt.

Cap. 15. καθήκοντα. Officia.

Cap. 15. ἀλλ' ὅτε δὴ ὄπα τε. &c.

Ast ubi iam magnam fudit de pectore uocem,
Dentis claustra tui uox qualis nata reliquit.

ἀμετροεπῆ ἀκριτόμυθον. Loquentẽ sine iudicio &modo.
ἄκοσμα Incompta.
ἀμετροεπὴς ἐκολῴα. Supra modũ loquitãs cõturbabat.

λαλεῖν

λαλᾶν ἄριςος, ἀδυνατώτατος λέγειν. Blaterare optimus, dicere ineptissimus.

γλώσσης τοι θησαυρός, &c.

Optimus est homini linguæ thesaurus & ingens Gratia, quæ parcis mensurat singula uerbis.

Οὐ λέγειν δεινός, ἀλλὰ σιγᾶν ἀδύνατος.

Non idoneus ad dicendũ, sed ad tacendũ impos.

ἀχαλινῶν στομάτων, &c. Effrenioris & exlegis demẽtiæ extremum infelicitas occupat.

ἄνθρωπον ἀγριωπὸν, &c. Hominem agresti ferocia, ore temerario, effrenato, prodigo, petulãti, loquacẽ, futilem, & fusum per uerborum congeriem ac fastũ.

Cap. 20. ἀπλατὴς Longitudo illatabilis.

Cap. 22. βιωφελῆ Vitæ utilia.

ἀκυροτέρῳ. Minus proprio.

Cap. 25, ἰχχειρίαν. Manibus temperationem.

ἐχχειρίαν. Inducias.

τύπους. Formas.

ὑπογραφὰς. Descriptiones.

ὁρισμοὺς. Definitiones.

Cap. 26. περὶ ἀοργησίας.

De non irascendo, uel inirascibilitate.

ἀοργησίαν καὶ ἀναλγησίαν.

Inirascentiam & indolentiam.

ἀνάλγητον καὶ ἀναίσθητον. Hebetem ac stupentem.

QVAE IN LIBRO II.

Cap. 1. πολλάκις Sæpenumero.

ἐξ ἡλίου εἰς ἥλιον ἑστήκει ἀσραβέστερος τῶν πρέμνων.

De sole ad solẽ erectior stipitibus arborum steterat.

Cap. 5. ἰχθὺν πένητα. Piscem pauperem.

Cap. 6. πολλάκι καὶ κηπωρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν.

Sæpe

Sæpè & holitor uir ualde opportunum dixit.
κῦδα μάντος ἀμύνων.
Fari inculpabilis aruſpex.
τὼ δ' οὐκ ἄκοντε πετέσθην.
Illi autem inuiti uolarunt.
ἔνθ' οὐκ ἂν ὑβρίζοντα, &c.
Tũc neq; cernere erat torpẽtẽ Agamẽnona diuũ,
Nec pauidum, nec uolentem decernere ferro·
ὅρος τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις.
Hæc eſt definitio doloris detractio.
κατὰ. Secundùm.
στέρησιν. Priuationem.
Cap. 7. ἀδιάφορα. Indifferentia.
μέσα. Media.
ὑγιὲς, νόμιμον, διεζευγμένον.
Sanum, legitimum, diſiunctum.
Cap: 8. ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, &c. Mors nihil ad nos, nam diſſolutum non ſentit: quod autem non ſentit nihil ad nos·
ὁ θάνατος ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις.·
Mors animæ & corporis diſſolutio.
ὁ θάνατος ψυχῆς, &c. Mors, animę corporisq; eſt diſſolutio: diſſolutum aũt non ſentit, quod uerò non ſentit, nihil ad nos.
Cap. 9. ὅρος τοῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν, ἡ παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις. Definitio magnitudinis uoluptatum, omnis doloris ſublatio.
παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος. Omnis dolentis.
παντὸς τοῦ ἀλγεινοῦ. Omnis rei anxiæ & triſtis.
λέξεις τηρεῖ. Dictiones obſeruat.
Cap. 17. συναιρέσει. Coagmentatione.
Cap. 18. δοῦλος ἐπίκτητος γενόμην, &c.

Seruus Epictetus fueram, qui corpore mancus,
Pauperie pressus, charus eram superis.
Cap. 20. περιβολίοις. Hortos.
μελισσῶνες. Appiaria, mellariaq́.
ἀμπελῶνες. Vineas.
δαφνῶνες. Laureta.
Cap. 22. ἰσονύκτιος. Aequinoctialis.
ἰσημερινὸς. Aequidialis.
θεριναὶ τροπαὶ, καὶ χειμεριναὶ. Aestiua solsti tia & hyberna:
ἐτυμολογικοὶ. Rationem originis uerbi interpretando indagantes:
ἠῶ ῥέων. Ab oriente sole fluens.
αἰθρηγενέτην. Serenitatem facientem:
ἀπὸ τῆς βοῆς. A boatu.
σὺν δ' εὖρός τ' ἔπεσε, &c.
Cũq́ euro incubuit zephyrusq́, notusq́ furẽtes;
Sudificusq́ simul boreas mala plurima uoluens.
κακὸς ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκων ὡς καικίας νέφος.
Mala ad se attrahens, ut caecias nubes.
ἀκρόασις ἐπιδεικτική Auscultatio sese ostentans.
Cap. 23. ἐπ' ἀμφοτέραν ἐν ἐπίκληρος.
In aurem utranq́, quandoquidẽ dotata est, cubet.
Re confecta magnifica, & negocio inclyto.
Domo illam exturbat, cui malè uoluit maximè,
Vt omnes in Creobulae faciẽ oculos cõuerterent,
Tum me cunctis notum ut faceret uxor hera.
Meoq́ demoraret uultu, asinus inter simias fierẽ.
Quod autem hoc dictum? tacere uolo.
Noctem mali autorem plurimi.
Me miserum, qui Cleobulã duxi, & talẽta decem,
Nanam mulierculam, cubitalem, cuius superbia
Adeò intolerabilis est, Iouem Olympium.
Et

Et Mineruam testor, non ancillulam potiùs offi-
ciosam, dicto citiùs.
Præstò hãc quispiam abigat quæso, at illã referat.
ἔχω δ' ἐπίκληρον λαμίαν, &c.
Lamiam hæreditáriã duxi, quod non dixerã tibi.
Tum uerò domus, atque agrorum heram,
Vniuersorumque illius loco, hei quàm miserũ & graue?
Difficilimũ imò. At omnibus molesta est, nõ soli
Filio multò magis, filiæque prouinciam (mihi.
Inexpugnabilem dicis certò scio.
ὢ τρὶς κακοδαίμων ὅς τις ὢν πένης γαμεῖ, &c. (ducit.
Quàm extremè infelix, quisque in egestate uxorẽ
Et quærit liberos, hei quantum est insciens sui.
Quique neque necessarium studium rerum gerit,
Nisi quantum aliquid iugiter in uita deterat.
Neque (licèt res cogat) tectum præbere quit sibi,
Sed inops domo in ærumna uitam trahit,
Hyemem tolerans malè, miseriæ omnis socius,
Bonorumque uniuersorum insons ac carens.
Vnũ equidẽ cũ opprobrãs, cũctos monitos uolo.
Cap.15. ἀναλογίαν. Proportionem.
ἀνωμαλίαν. Inæqualitatem.
ἀνωμαλία. Inæqualitas,
Cap.26. ξανθὸς δὲ καὶ ἐρυθρὸς, καὶ πυῤῥὸς, καὶ φοινικοῦς.
Flauus autem, & ruber, & rubidus, & fuluus, & pu
niceus. καὶ νίκην ἐπ' ἀρετῇ ἀμφήριστον ἔθηκας.
Et uirtute tua facta est uictoria nutans.
Cap.27. ἑώρων δὲ αὐτὸν Φίλιππον. &c.
Videbam etiã ipsum Philippũ, quo cũ certemus,
pro imperio prĩcipatuque oculo effossum, humero
fractum, manu cruræque oblæsum, omẽ denique cor-
poris membrũ, quod fortuna auferre uoluisset, id
ultrò

ultrò offerentem, ut de cætero uitam cum honore & gloria ageret.

πᾶν ὅτι ἂν βούλοιτο μέρος, &c. Omne deniq; corporis membrū, quod fortuna auferre uoluisset, id ultrò offerentem.

ἦντα νότος πόντοιο λυσῶνα εἰς λᾶαν ὤθῃ.
Auster ubi insanas urget sub saxa procellas,
καὶ βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδον.
Sudificusq; altos aquilo rotat impete fluctus.

λᾶαν ὤθῃ. Lapidem propellit.

λᾶαν ἄνω ὤθεῖ. Lapidem sursum propellit.

QVAE IN LIBRO III.

Cap. 10. ἑβδομάδα. Septimana.

πλειάδας. Pleiadas.

πόλους. Polos.

κρικώτη. Pertusa.

τὴν διὰ τεσσάρων συμφωνίαν.
Per quaternariam consonantiam.

Cap. 11. ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου,
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Σαλαμίν, Ἴος, Ἄργος, Ἀθῆναι.
Septem urbes certant de stirpe insignis Homeri,
Smyrna, Rhodos, Colophō, Salamin, Ius, Argos, Athenæ.

Cap. 13. τὴν περὶ ὠρόπου δίκην.
De Oropo causam dicentem.

Cap. 16. περὶ τροφῆς. De alimento.

πόσος ὁ τῆς τῶν ἀνθρώπων κυήσεως χρόνος.
Quantum est hominum gestationis tempus.

γυνὴ κυεῖ δεκάμηνος. Mulier decimestris parit.

ἔστι δὲ καὶ οὐκ ἔστιν ὀκτάμηνος γένησις.
Est autem, & non est octimestris partus.

ἐισὶ μὲν φαινόμενα ὥσ ζῶα μὲ τῶν ἐκβρωσιν, &c.
Apparent quidem ueluti animalia post abortum, sed nequaquam sunt, quippe quę statim uita excedant. Itaq; esse quidem tantisper imaginātur, sed potentia non sunt.
ὀδυσσεία. Vlyssea.
ὄνοι πρὸς λύρας. Asini ad lyram.
κατ᾽ Ἀριστοτέλη, Secundùm Aristotelem.
χαῖρε νῦν φιλότητι, &c.
Nunc gaude dilecta, ast cùm se euoluerit annus,
Illustres (neq; enim diuûm cubilia uana.)
Natos nixa dabis.
περιπλωμένου ἐνιαυτοῦ. Voluente anno.
γίνεται δὲ ἐν τούτοις, &c.
In hisce uerò & plura fiũt, & ex toto, & per partes.
Dicimus etiã plura plurib. & pauciora paucioríb.

Cap. 27. τίμων. Timon.
σίλλος. Sillus.
τίμωνος. Timonis.
καὶ σὺ πλάτων, &c.
Tu'q; Plato, nam discipulum te dira Cupido
Abstulit. exiguum redimis grandi ære libellum.
Scribere per quem orsus prędoctus abinde fuisti.
Cap. 18. ἱππομυών. Equi catella.

QVAE IN LIBRO IIII.

Cap. 2. περὶ νωδοῦ. De edendo.
παλλαξ. Concubina.
Cap. 5. ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.
Consultum malè consultori pessima res est.
Cap. 11. καὶ κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἔχειν, &c.
A fabulo'q; manus tristante amouit edentes.

Hoc

Hoc, ut Pythagoras iusserat, ipse loquor.
πυθαγόρας δὲ τῶν ὀσπρίων, &c.
Quū dicat Pythagoras in leguminibus, fabā præcipuè approbauit: motum enim maximè excitat, & aluum ciet, quamobrem ea maximè utitur.
δειλοὶ πάνδειλοι κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχεσθε.
Ah miseri à cyamo miseri subducite dextras.
εἰς τὸ κυεῖν δεινοὶ καὶ ἄρτιοι τοῦ κυεῖν.
In ferendo utero ualidi causæq; uteri ferendi.
Ἀριστοτέλης δὲ μήτρας, &c.
Aristoteles à uulua, corde, & marina urtica, atq; id genus quibusdam alijs abstinere Pythagoricos dicit, cæterorum autem usum habuisse.

Cap. 13. περὶ λοιμῶν, ἢ λογικῶν κανῶν.
De pestibus aut rationalium regula.
Cap. 15. δυσχερὲς, χαλεπόν. Difficile & arduum.

QVAE IN LIBRO V.

Cap. 3. τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν.
Causam inferiorem, superiorem efficere.
Cap. 9 ὦ 'νθρωπε μὴ κτεῖνε κροῖσον.
Heus homo ne occide Crœsum.
Cap. 10. ἀντιστρέφοντα. Reciproca.
Cap. 11. ἤτοι καλὴν ἕξεις, &c. Aut pulchram duces, aut deformem. Si pulchram, habebis cōmunem: sin turpem, habebis pœnam: neutrum autem bonum, non est igitur ducenda uxor.
ἢ μὲν καλὴν ἕξω, &c. Si formosam ducam, non habebo pœnam: sin deformem, non habebo communem: ducenda igitur uxor.
ἀντίστροφον. Reciprocum.
πρότασις. Propositio.

ἤδη καλὴν ἕξεις, ἢ, &c. Aut pulchrã duces, aut turpem.
κοινὴ Communis.
ποινή. Pœna.
Cap.12. στερητικὸν μόριον. Priuantem particulam.
Cap.15. ἀσώματον. Incorporeum.
ὃ δρώμενον ἢ πάσχον σῶμά ἐστι.
Aut efficiens, aut patiens corpus est.
τὸ τριχῆ διεστὸς. Triplici dimensione distant.
οὐκ ἁπλῶς πληγὴ ἀέρος ἐστὶν, &c. Non simpliciter plaga aëris uox est: nam digitus cõtractus quoq; aërem percutit, non ita tamen uocem facit, sed quanta plaga, & uehemens & tanta, ut audibilis fiat.
ῥεῦμα λόγων. Flumen uerborum.
Cap. 18. ἐφημερίς. Diarium.
Cap.20. βάρβαρον. Barbarum.
σολοικον. Solœcum.

QVAE IN LIBRO VI.

Cap.1. περὶ προνοίας. De prouidentia.
εἰ τῶν ἀνθρώπων νόσοι κατὰ φύσιν γίνονται.
An hominum morbi secundũ naturã proueniant.
κατὰ παρακολούθησιν. Per sequelam.
Cap.2. εἱμαρμένην. Fatum
φυσικὴν σύνταξιν τῶν ὅλων ἐξ ἀϊδίου τῶν ἑτέρων, &c.
Naturalem quendam ordinem omniũ rerum, ex æterno alijs ad alia consequentibus, & incommutabili manente eiusmodi complicatione.
Διὸ ὑπὸ τῶν πυθαγορείων οὕτως εἴρηται.
γνώσῃ δ' ἀνθρώπους, &c.
Quamobrem à Pythagoreis sic dicitur:
Noſces homines ſpõtaneas haurire calamitates.
Quaſi detrimenta ſingulis à ſeipſis fiant, & ſuo im petu

petu delinquant, & incommoda ruant sua, & ex sua electione & intentione.
ὢ πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς, &c.
Hei mihi, quid damnant mortales numina cœli?
Esse aiunt etenim per nos mala, quum tamẽ ipsis
Vecordi præter fatum sint mente dolores.

Cap.5. δὶς παῖδες οἱ γέροντες. Bis pueri senes.

Cap.6. τύνη δ' οἰωνοῖσι, &c.
Me tu præpetibus parere uolucribus ipsum
Mandas, quas equidẽ temnoq́ꝫ, animoq́ꝫ recuso.

Cap.8 πολυΐστωρ. Multiscius.

Cap.13. τὴν ἐξαίφνης φύσιν. Repentinam naturã.
παρμενίδης. Parmenides.
τὸ γὰρ ἐξαίφνης τοιόνδε, &c. Repentè enim tale uidetur quippiam significare, quod in alterum transeat.
τραγήματα. Bellaria.

Cap.14. νουθεσία. Commonitio.
κόλασις. Animaduersio scilicet & punitio.
παραίνεσις. Monitio.
τιμωρίαν. Pœnam.
παράδειγμα. Exemplum.
προσήκει δὲ παντί, τῷ μὲν, &c. Id est autem conueniens, ut qui plectitur ab alio rectè puniente, melior fiat, & utilitatem capiat, aut exemplo cęteris fit, quo uidentes aliis malè affectum, prę metu red dantur meliores.

Cap.16. παραιτοῦμαι. Deprecor, excuso.

QVAE IN LIBRO VII.

Cap.2. ῥαθυμότερον ῥαφῇ. Desidiosius iunctura.
Cap.3 ἀναγώγως. Duriter.
εἰ γὰρ σε ἔμελλεν, ὡς σὺ φῄς, &c. Nam si te occisurus

erat (ut tu ais) maritus, te quoque occisurum esse oportuit, ut quando tempus interponeretur.

Cap.6. αἰσθήσεις. Sensus.

ὄψιν. Visum. ἀκοὴν. Auditum.

γεῦσιν. Gustum. ἁφὴν. Tactum.

ὄσφρησιν. Odoratum.

περὶ μνήμης. De memoria.

τὴν δὲ ἁφὴν, καὶ τὴν γεῦσιν, &c. Tactum uerò & gustum omnia habent præter animantium imperfecta.

Cap.8. καὶ αὐτοὶ δ' οὖν εἴδομεν περὶ Δικαιαρχίαν, &c. Et quidem nos uidimus apud Puteolos Delphinum amãtem mirè puerum, inclamatum à puero acciri. Quinetiam adnatans dorso puerum admittebat, ita ut pinnæ aculeos, uelut uagina cõderet, ne dilectũ sibi corpus laceraret, receptumque equitis modo insidentem per magnum æquor per ducenta stadia deferret. Roma igitur, omnisque Italia confluebat, ut piscem amoris causa uectorem pueri spectaret.

Cap.11. ἄσωτον. Prodigum.

ἢ ἀκόλαστον. Vel libidinosum.

ἢ ἀχρεῖον, Vel inutilem.

ἢ ἄχρηστον. Vel inutilem.

ἢ κακότροπον. Vel improbum.

ἢ μιαρὸν. Vel scelestum.

Cap.12. χειριδωτοῖς. Tunicatis.

χειριδωτοὺς. Tunicatas.

Cap.14. χαρακτῆρας. Formas.

ἁδρὸν, ἰσχνὸν, μέσον.

Sublime, tenue, medium.

Cap.16. περὶ ἐδεσμάτων. De edulijs.

ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι πλὴν δυοῖν μόνον, &c. Nã quid mortalibus

libus ſit uſu, præter duo illa modò, Cæreris munus, & aquæ poculum: quæ adſunt, ac nos queunt alere, quorum ſatietas nunq̃ eſt: luxus autem ſunt cæterarum epularum indagines.

Cap. 20. ἡ δ' ἑτέρη θέρεϊ, &c.

Grandinis eſt ſimilis, ruit æſtate altera uel iam
Prægelidis niuibus, aut glacie humore coactæ.

λᾶαν ἄνω ὠθεῖν ἔσκε ποτὶ λόφον.

Saxum ſurſum impellebat ad cumulum.

QVAE IN LIBRO VIII.

περὶ τῆς μνήμης. De memoria ac mente.

QVAE IN LIBRO IX.

Cap. 1 ἐμποδὼν ἔχειν. Incurrere aliquid.

ἐκποδὼν ποιεῖν. Auertere atq; depellere.

Cap. 2. εἰς ἄρτους. In panes.

ἄξιος οὖν ἐστὶ ἀργυρίου. Dignus igitur eſt argento.

Cap. 4. ἀνήκοος. Qui non audierit.

ἀνθρωποφάγους. Carne humana ueſcentes.

Cap. 5. σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα.

Corporis conſtantem habitum.

μανείην μᾶλλον, ἢ ἡσθείην.

Inſanirem potiùs, quàm oblectarer.

ἡδονῆς τέλος πόρνης, &c. Voluptatis finis meretricis decretum eſt: tolle Venerem, nullũ meretricis erit decretum.

Cap. 8. ὁ μὲν γὰρ μυρίων καὶ πεντακισχιλίων, &c. Enimuerò qui decem milibus, & quindecim milibus ueſtimentorum egeat, is quò minus indigeat, fieri nõ poteſt. Cùm enim plus quàm habeã, egeo, detrahens ex ijs quæ habeo, acquieſco.

Cap.9. βάλλε καὶ μάλοισι, &c.
Me petit pomis caprarium Clearistæ filia,
Capras propellentē, suaue quid canit, insusurrat.
Τίτυρ' ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε, &c.
Pasce adamate mihi pulchre heus Tityre capras.
Et potum ad fonteis age Tityre, sed coleatum
Hunc Aprum, rufumq́ue caue, ne cornua uibret.
οἵη δ' ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος, &c.
Montibus it qualis studiosa Diana pharetræ,
Aut per Taygeti spaciosa iuga aut Erymanthi,
Et nunc gestit apro, nunc ceruo diua uolucri.
Stant circũ Nymphæ agrestes Ioue cœlite natæ,
Inq́ue agris ludunt, Latonæ pectora gaudent.
Fronte Dea ante omneis, ceruice prominet alta,
Et pulchras omneis inter clarissima fulget.
Talibus in famulis uirgo intemerata decebat.
γέγηθε δέ τε φρένα λητώ.
Latronæ pectora gaudent.
ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται καλαὶ δέ τε πᾶσαι.
Pulchras omneis inter clarissima fulget.

Cap. 10. παρθενικὴν ζώνην καὶ λέκτροιο θεσμόν.
Virgineum soluit cæstum, legemq́ue cubilis.
καὶ ἔργα φιλοτήσια. Et munus amoris.
τὸν μὲν ἄρ' ἐν ξεστοῖσι κατεύνασε τ' ἐν λεχέεσσιν.
Inq́ue toris illi sculptis cepere soporem.
Cap. 15. ἄπορον. Dubium.

QVAE IN LIBRO X.

Cap. 1. τρίτον ἢ τέταρτον. Tertium, & quartum.
Cap. 4. φύσει τὰ ὀνόματα ἢ θέσει.
Naturáne nomina sint, an positu.
Cap. 7. τὴν ἔσω θάλασσαν. Internum mare.

Cap.

Cap.10. ἀνατομάς. Dissectiones.

Cap. 11. σπεῦδε βραδέως. Festina tardè.

Cap.12. Ἀρχύτας ταραντῖνος φιλόσοφος, &c.

Archytas Tarentinus philosophus pariter & mechanicus uir, columbã ligneam fecit uolantẽ: quæ si unquàm subsedisset, prætereà non exurgebat. Hactenus enim.

Cap. 16. κατὰ πρόληψιν. Per anticipationem.

Cap.17. ἀσωτίαν τε. Luxumq́:

Cap.19. σὺ δὲ μὴ λέγε ὡς γέγονεν οὕτω πολλάκις, &c.

Verùm ne dicas, sic esse actũ sæpenumerò, sed hoc fieri sic dicere. Non enim si quid aliquando cõtra leges actũ iam est, tuq́ id secutus es, propterea iure queas euadere: quinimò eò magis idcircò in te debeat statui. Vt enim si priùs in aliquem foret animaduersum, tu minimè hæc scriberes: ita si ipse in præsentia punieris, nequaquàm deinceps alius scribet.

Cap.22. φιλοσοφία γάρ τοι ἐστὶν ὦ σώκρατες, χάριεν ἄν τις αὐτοῦ μετρίως ἅψηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ, &c.

Philosophia sanè, ô Socrates, res est elegãs, si modicè quispiam per ætatem attigerit: at si supra modum tempus in ea contriuerit, hominum est corruptela. Nam si quis uel amœno sit acriq́; ingenio, ultraq́; ætatem philosophetur, necessum est cũ rerum omniũ esse imperitum, quarum usum calleat oportet quisquis honestus probusq́; est futurus. Legũ enim ciuilium peritia & orationis uacat: quibus in actionibus ac commercijs cum hominibus, tum priuatum tum publicè utĩ

conuenit. Voluptatum item, atq; cupiditatum humanarum, & morum euadunt prorsus insolentes. Cùm itaq; in illam quanpiã incidunt priuatam publicámue actionẽ, habentur deridiculi: perinde ac uiri ciuiles ipsi, ubi uestra adeunt studia & disputationes, irridentur. Accidit ijs enim illud Euripidis. Qua in re clarus quisq; est, ad eam properat: & diei partem illi plurimã impertit, in qua ipse se exuperet: contrà, in qua stupidior ac nihil sit, inde effugit, eamq; contemnit: alteram uerò sui beneuolentia cõmendat, arbitrans ita sese laudare. Sed præstat (sicuti opinor) utriusq; esse participem: philosophiæ inquam, quo ad illius honestas finit, disciplinæ gratia cõpotem fieri. Neq; turpe habetur adolescentẽ philosophari. At cùm grandis iam natu philosophatur, ridicula res ô Socrates geritur. Atq; equidẽ penes philosophãtes afficior, ueluti erga balbutientes ludẽtesq;. Cùm enim puerulum uideam, cui decorũ adhuc est, sic lingua balbutientem ac ludentẽ, demulceor, resq; mihi quidem festiua & liberalis uidetur, puerilíq; ætate congruens: Quòd si uolubiliter puerulũ loquentẽ audiam acerba quæpiam res mihi oboritur, & aures meæ molestia afficiuntur, uideturq; nescio quid esse seruile. At si quis uirum audierit balbutientem, aut ludentem uideat, res uidetur & deridenda & puerilis, & denique digna uerberibus. Ita equidem afficior sanè eorum, qui philosophantur, ratione. Vbi enim in adolescente philoso-

losophiam aspicio, oblector exosculorq́;, & id mihi uidetur perdecere: ingenium quoq; ac liberalem hunc esse hominem iudico: è contrario, si non philosophatur, illiberalem, & sese nunquam re illa dignum, uel honesta uel ingenua arbitrantem. Verùm cùm seniorem iam hominem philosophantem adhuc, necdum facientem finem persentio, uerberibus egere cõmodùm uir ille mihi uidetur. Quod enim modò dixi, id homini isti accidit, ut si sit admodùm ingeniosus, uilis atq; abiectus efficiatur, quum mediam ciuitatem forumq́; defugiat, in quo Poëta inquit, uiros excellere. Abdat se uerò, & uitæ reliquum cũ adolescentulis tribus aut quatuor degat, in angulorum aliquo commurmurans, ingenuum aut quicquam magnum dignumúe haud unquàm loquatur. Equidem ô Socrates, pro mea erga te beneuolẽtia atq; humanitate, uideri mihi uideor affici in præsentia eodẽ modo, quo Zethus respectu Amphionis apud Euripidem, cuius modò mentionem feci. Etenim mihi quoque eiusmodi quædam, tecum ut fabuler, in mentem uenit, qualia cum fratre ille. Neglectui habes ô Socrates ea, quæ debes curare, animiq́; naturam tui usque adeò nobilem puerili quodam ornamento condecoras, nec foro senatuúe orationis quicquam rectè affers, neque probabilem aut consentientem ullam rationem inuenisti, neq; uerò pro alijs consilium integrum cepisti. Atqui amice Socrates, quod ægrè ne feras uelim (loquor

enim

enim tua causa summa cum beneuolentia) an tibi non turpe uideatur, ita te gerere, ut ego te habere existimo & cæteros qui ultra iustũ pergant philosophari? Nã si quis te nunc, aut aliũ eiusmodi quemlibet ad carcerem rapiat, iniuriam te quidem intulisse arguens, qui culpa omnino uaces, nosti ne, te minimè habiturũ, quónam te pacto tueris? sed uertigine uexeris, ac consilij inops oscites quid dicas, quid agás. In iudicio item suggestum conscendens, si improbus admodum ac nequam aduersarius tuus sit, mori de facili queas, si te ille capitali deferat crimine. Verùm quónam pacto Socrates hoc sapientis sit, si qua ars aliquem præstantem ingenio uirum nacta, deteriorem illum effecerit? qui neque sibijpsi auxilio esse poßit, periculisq; extremis liberare, neq; se, nec alium quenquam, sed ab inimicis bonorum omnium facultate spoliari necesse sit, & palam quidem infelicem degere. Liceat enim, quãquàm agrestius, uera dicere: si quis in genã te percusserit, pœnas non det. Sed heus bone uir, mihi obtempera, atq; à redargutionibus istis te abstine, rerumq; elegantiam cole, & eam sanè unde rectè sentire uideare, alijs missa faciens ista arguta, siue deliramenta, siue nugalia deceat appellare: quibus efficiatur, ut domos inanes habites: atq; sequens nõ eos, qui exigua ista reprehendunt, sed illos potius à quibus & facultates & gloria, & bona alia permulta poßidentur.

Cap.

Cap.24. εἰς τετάρτην, εἰς πέμπτην.
In quartam & in quintam.

QVAE IN LIBRO XI.

Cap.1. ἰταλοί. Vituli.
κατ' ἀντίφρασιν. Per contrariam dictionem.
Cap.4. ἡ δ' ἀξίωμα κ' ἂν κακῶς λέγῃ τὸ σὸν, &c.
Autoritas uerò, & si malè dicat, tua
Persuadebit: nam ab inexistimatis proficiscēs oratio: & ab existimatis, eadē haud quaquàm tantundem * uacat. * ualet.
ἀντὶ ἀδοξούντων. Pro eo quod inexistimatis.
ἀντὶ δοκούντων. Pro existimatis.
ἀδοξοῦσι Inæstimati sunt.
ἀνδοξοῦσι. Aestimati sunt.
Cap.5. σκεπτικοί. Commentantes.
οὐ μᾶλλον οὕτως ἔχει τόδε ἢ ἐκείνως ἢ οὐδετέρως.
Haud magis sic se hoc quàm illo habet modo, aut quàm neutro.
πυῤῥωνίων τρόπων. Pyrronicorum modorum.
σκεπτικοί, ἐφεκτικοί, ἀπορητικοί.
Commentantes, obligantes, ambigentes.
τῶν πρός τι. Eorum quæ ad aliquid.
Cap.7. ὀψιμαθίαν. Tardidiscentiam.
ἐν πωλουμένοις In uendentibus.
ἀπειρόκαλος, Ineptus.
Cap.9. συνάγχειν. Anginam pati.
συνάγχην. Anginam.
ἀργυράγχην. Argentanginam.
Cap.15 παραγωγάς. Deductiões & deriuationes.
εὐστόχως. Ingeniosè & aptè.
Cap.16. περὶ πολυπραγμοσύνης. De curiositate.

Sæpè & holitor uir ualde opportunum dixit.
κῦδα μάντῳ ἀμύνειν.
Fari inculpabilis aruſpex.
τώδ' οὐκ ἄκοντε πετέσθην.
Illi autem inuiti uolarunt.
ἔνθ' οὐκ ἂν ὑβρίζοντα, &c.
Tũc neq; cernere erat torpẽtẽ Agamẽnona diuũ,
Nec pauidum, nec uolentem decernere ferro·
ὅρος τ̃ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις.
Hæc eſt definitio doloris detractio.
κατὰ. Secundùm.
στέρησιν. Priuationem.

Cap. 7. ἀδιάφορα. Indifferentia.

μέσα. Media.
ὑγιὲς, νόμιμον, διεζευγμένον.
Sanum, legitimum, diſiunctum.

Cap: 8. ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, &c. Mors nihil ad nos, nam diſſolutum non ſentit: quod autem non ſentit nihil ad nos·

ὁ θάνατος ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις.·
Mors animæ & corporis diſſolutio.
ὁ θάνατος ψυχῆς, &c. Mors, animę corporisq; eſt diſſolutio: diſſolutum aũt non ſentit, quod uerò non ſentit, nihil ad nos.

Cap. 9. ὅρος τοῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν, ἡ παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις. Definitio magnitudinis uoluptatum, omnis doloris ſublatio.

παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος. Omnis dolentis.
παντὸς τοῦ ἀλγεινοῦ. Omnis rei anxiæ & triſtis.
λέξεις τηρεῖ. Dictiones obſeruat.

Cap. 17. συναιρέσει. Coagmentatione.

Cap. 18. δοῦλος ἐπίκτητος γενόμενος, &c.

Seruus

Seruus Epictetus fueram, qui corpore mancus,
Pauperie pressus, charus eram superis.
Cap. 20. περιβολίους. Hortos.
μελισσῶνας. Appiaria, mellariaq́.
ἀμπελῶνας. Vineas.
δαφνῶνας. Laureta.
Cap. 22. ἰσονύκτιος. Aequinoctialis.
ἰσημερινός. Aequidialis. (na:
θεριναὶ τροπαί, ἢ χειμεριναί. Aestiua solstitia & hyber-
ἐτυμολογικοὶ Rationem originis uerbi interpretan-
do indagantes:
ἕω ῥέων. Ab oriente sole fluens.
αἰθρηγενέτην. Serenitatem facientem.
ἀπὸ τ βοῆς. A boatu.
σὺν δ' εὖρός τ' ἔπεσε, &c.
Cũq́ euro incubuit zephyrusq́, notusq́ furẽtes;
Sudificusq́ simul boreas mala plurima uoluens.
κακὰ ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκων ὡς καικίας νέφος.
Mala ad se attrahens, ut cæcias nubes.
ἀκρόασις ἐπιδεικτική Auscultatio sese ostentans.
Cap. 23. ἐπ' ἀμφοτέραν ἵν' ἐπίκληρος.
In aurem utrancq, quandoquidẽ dotata est, cubet.
Re confecta magnifica, & negocio inclyto.
Domo illam exturbat, cui male uoluit maximè,
Vt omnes in Creobulæ faciẽ oculos cõuerterent,
Tum me cunctis notum ut faceret uxor hera.
Meoq́ demoraret uultu, asinus inter simias fierẽ.
Quod autem hoc dictum tacere uolo.
Noctem mali autorem plurimi.
Me miserum, qui Cleobulã duxi, & talẽta decem,
Nanam mulierculam, cubitalem, cuius superbia
Adeò intolerabilis est, Iouem Olympium.
Et

Et Mineruam testor, non ancillulam potiùs officiosam, dicto citiùs.
Præstò hãc quispiam abigat quæso, at illã referat.
ἔχω δ' ἐπίκληρον λαμίαν, &c.
Lamiam hæredıtáriã duxi, quod non dixerã tibi.
Tum uerò domus, atq; agrorum heram,
Vniuersorumq; illius loco, hei q̃ miserũ & graue?
Difficilimũ imò. At omnibus molesta est, nõ soli
Filio multò magis, filiæq; prouinciam (mihi.
Inexpugnabilem dicis certò scio.
ὦ ξὶς κακοδαίμων ὥς τις ὢν πένης γαμεῖ, &c. (ducit.
Quàm extremè infelix, quisqs in egestate uxorẽ
Et quærit liberos, hei quantum est insciens sui.
Quiq; neq; necessarium studium rerum gerit,
Nisi quantum aliquid iugiter in uita deterat.
Neq; (licèt res cogat) tectum præbere quit sibi,
Sed inops domo in ærumna uitam trahit,
Hyemem tolerans malè, miseriæ omnis socius,
Bonorumq; uniuersorum insons ac carens.
Vnũ equidẽ xũ opprobrãs, cũctos monitos uolo.
Cap. 15. ἀναλογίαν. Proportionem.
ἀνωμαλίαν. Inæqualitatem.
ἀνωμαλία. Inæqualitas,
Cap. 26. ξανθὸς δὲ καὶ ἐρυθρὸς, καὶ πυῤῥὸς, καὶ φοινικοῦς.
Flauus autem, & ruber, & rubidus, & fuluus, & puniceus. καὶ νίκην ἐπ' ἀρετῇ ἀμφήριστον ἔθηκας.
Et uirtute tua facta est uictoria nutans.
Cap. 27. ἑώρων δὲ αὐτὸν Φίλιππον. &c.
Videbam etiã ipsum Philippũ, quo cũ certemus, pro imperio prĩcipatuq; oculo effossum, humero fractum, manu cruręq; oblæsum, om̃e deniq; corporis membrũ, quod fortuna auferre uoluisset, id ultòr

ultrò offerentem, ut de cætero uitam cum honore & gloria ageret.

πᾶν ὅτι ἂν βουληθῇ μέρος, &c. Omne denique corporis membrū, quod fortuna auferre uoluisset, id ultrò offerentem.

ἔντα νότος πόντοιο λυδῶνα εἰς λάαν ὠθεῖ.
Aufter ubi insanas urget sub saxa procellas.
καὶ βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδον.
Sudificusque altos aquilo rotat impete fluctus.

λάαν ὠθεῖ. Lapidem propellit.

λάαν ἄνω ὤθει. Lapidem sursum propellit.

QVAE IN LIBRO III.

Cap. 10. ἑβδομάδα. Septimana.

πλειάδας. Pleiadas.

πόλους. Polos.

κρικώτη. Pertusa.

τὴν διὰ τεσσάρων συμφωνίαν.
Per quaternariam consonantiam.

Cap. 11. ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου,
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Σαλαμὶν, Ἴος, Ἄργος, Ἀθῆναι.
Septem urbes certant de stirpe insignis Homeri,
Smyrna, Rhodos, Colophō, Salamin, Ius, Argos,
Athenæ.

Cap. 13. τὴν περὶ Ὠρόπου δίκην.
De Oropo causam dicentem.

Cap. 16. περὶ τροφῆς. De alimento.

πόσος ὁ τῶν ἀνθρώπον κυήσεος χρόνος.
Quantum est hominum gestationis tempus.

γυνὴ κυεῖ δεκάμηνος. Mulier decimestris parit.

ἔστι δὲ καὶ οὐκ ἔστιν ὀκτάμηνος γέννησις.
Est autem, & non est octimestris partus.

ἐςι μὲν φαινόμενα ὡς ζῶα μὲ πῶ ἐκ ζώων, &c.

Apparent quidem ueluti animalia post abortum, sed nequaquam sunt, quippe quę statim uita excedant. Itaq; esse quidem tantisper imaginãtur, sed potentia non sunt.

ὀδυσσεία. Vlyssea.

ὄνοι πρὸς λύρας. Asini ad lyram.

κατ᾽ Ἀριστοτέλη, Secundùm Aristotelem.

χαῖρε νῦν φιλότητι, &c.

Nunc gaude dilecta, ast cùm se euoluerit annus,
Illustres (neq; enim diuûm cubilia uana.)
Natos nixa dabis.

περιπλωμένε ἐνιαυτοῦ. Voluente anno.

γίνεται δὲ ἐν τούτοις, &c.

In hisce uerò & plura fiũt, & ex toto, & p partes.
Dicimus etiã plura plurib. & pauciora paucioríb.

Cap. 27. τίμων. Timon.

σίλλος. Sillus.

τίμωνος. Timonis.

καὶ σὺ πλάτων, &c.

Tuq; Plato, nam discipulum te dira Cupido
Abstulit. exiguum redimis grandi ære libellum.
Scribere per quem orsus prędoctus abinde fuisti.

Cap. 18. ἱπποκύων. Equi catella.

QVAE IN LIBRO IIII.

Cap. 2. περὶ νωδὸς. De edendo.

παλλαξ. Concubina.

Cap. 5. ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

Consultum malè consultori pessima res est.

Cap. 11. καὶ κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἔχειν, &c.

A fabuloq; manus tristante amouit edentes.

Hoc

Hoc,ut Pythagoras iusserat,ipse loquor.
πυθαγόρας δὲ τῶν ὀσπρίων,&c.
Quũ dicat Pythagoras in leguminibus,fabã præcipuè approbauit: motum enim maximè excitat, & aluum ciet,quamobrem ea maximè utitur.
Δειλοὶ πάνδειλοι κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχεσθε.
Ah miseri à cyamo miseri subducite dextras.
εἰς τὸ κυεῖν δειλοὶ καὶ αἴτιοι τοῦ κυεῖν.
In ferendo utero ualidi causæq; uteri ferendi.
Ἀριστοτέλης δὲ μήτρας,&c.
Aristoteles à uulua,corde,&marina urtica,atq; id genus quibusdam alijs abstinere Pythagoricos dicit, cæterorum autem usum habuisse.

Cap.13. περὶ λοιμῶν,ἢ λογικῶν κανῶν.

De pestibus aut rationalium regula.

Cap.15. δυσχερὲς,χαλεπόν. Difficile & arduum.

QVAE IN LIBRO V.

Cap. 3. τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν.

Causam inferiorem,superiorem efficere.

Cap.9 ὦ 'νθρωπε μὴ κτᾶνε κροῖσον.

Heus homo ne occide Crœsum.

Cap.10. ἀντιστρέφοντα. Reciproca.

Cap.11. ἤτοι καλὴν ἕξεις, &c. Aut pulchram duces, aut deformem. Si pulchram, habebis cõmunem: sin turpem, habebis pœnam: neutrum autem bonum, non est igitur ducenda uxor.

ἐὰν μὲν καλὴν ἄξω, &c. Si formosam ducam,non habebo pœnam:sin deformem, non habebo communem:ducenda igitur uxor.

ἀντίστροφον. Reciprocum.

πρότασις. Propositio.

ἢ ἐπὶ καλὴν ἕξεις, ἢ, &c. Aut pulchrã duces, aut turpem.
κοινὴ Communis.
ποινή. Pœna.
Cap.12. στερητικὸν μόριον. Priuantem particulam.
Cap.15. ἀσώματον. Incorporeum.
τὸ δρώμενον ἢ πάσχον σῶμά ἐστι.
Aut efficiens, aut patiens corpus est.
τὸ τριχῆ διεστάναι. Triplici dimensione distant.
οὐκ ἁπλῶς πληγὴ ἀέρος ἐστὶν, &c. Non simpliciter plaga aëris uox est: nam digitus cõtractus quoq; aërem percutit, non ita tamen uocem facit, sed quanta plaga, & uehemens & tanta, ut audibilis fiat.
ῥεῦμα λόγων. Flumen uerborum.
Cap.18. ἐφημερίς. Diarium.
Cap.20. βάρβαρον. Barbarum.
σολοικον. Solœcum.

QVAE IN LIBRO VI.

Cap.1. περὶ προνοίας. De prouidentia.
εἰ τῶν ἀνθρώπων νόσοι κατὰ φύσιν γίνονται.
An hominum morbi secundũ naturã proueniant.
κατὰ παρακολούθησιν. Per sequelam.
Cap.2 εἱμαρμένην. Fatum
φυσικὴν σύνταξιν τῶν ὅλων ἐξ ἀϊδίου τῶν ἑτέρων, &c.
Naturalem quendam ordinem omniũ rerum, ex æterno alijs ad alia consequentibus, & incommutabili manente eiusmodi complicatione.
Διὸ ὑπὸ τῶν Πυθαγορείων οὕτως εἴρηται.
γνώσῃ δ' ἀνθρώπους, &c.
Quamobrem à Pythagoreis sic dicitur:
Nosces homines spõtaneas haurire calamitates.
Quasi detrimenta singulis à seipsis fiant, & suo impetu

petu delinquant, & incommoda ruant sua, & ex sua electione & intentione.

ὢ πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς, &c.

Hei mihi, quid damnant mortales numina cœli?
Esse aiunt etenim per nos mala, quum tamē ipsis
Vecordi præter fatum sint mente dolores.

Cap.5. δὶς παῖδες οἱ γέροντες. Bis pueri senes.

Cap.6. τύνη δ' οἰωνοῖσι, &c.

Me tu præpetibus parere uolucribus ipsum
Mandas, quas equidē temnoq́ꝫ, animoq́ꝫ recuso,

Cap.8 πολυΐστωρ. Multiscius.

Cap.13. τὴν ἐξαίφνης φύσιν. Repentinam naturā.
παρμενίδης. Parmenides.
τὸ γὰρ ἐξαίφνης τοιόνδε, &c. Repentè enim tale uidetur quippiam significare, quod in alterum transeat.
τραγήματα. Bellaria.

Cap.14. νουθεσία. Commonitio.
κόλασις. Animaduersio scilicet & punitio.
παραίνεσις. Monitio.
τιμωρίαν. Pœnam.
παράδειγμα. Exemplum.

προσήκει δὲ παντὶ, τῷ μὲν, &c. Id est autem conueniens, ut qui plectitur ab alio rectè puniente, melior fiat, & utilitatem capiat, aut exemplo cęteris fit, quo uidentes alijs malè affectum, prę metu red dantur meliores.

Cap.16. παραιτοῦμαι. Deprecor, excuso.

QVAE IN LIBRO VII.

Cap.2. ῥαθυμότερον ῥαφῇ. Desidiosius iunctura.

Cap.3 ἀπηνέως. Duriter.

εἰ γάρ σ' ἔμελλεν, ὡς σὺ φῂς, &c. Nam si te occisurus

 erat

libus fit uſu, præter duo illa modò, Cæreris munus, & aquæ poculum: quæ adſunt, ac nos queunt alere, quorum ſatietas nunq̃ eſt: luxus autem ſunt cæterarum epularum indagines.

Cap. 20. ἡ δ' ἑτέρη εἴρῃ, &c.

Grandinis eſt ſimilis, ruit æſtate altera uel iam
Prægelidis niuibus, aut glacie humore coactæ.

λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον.

Saxum ſurſum impellebat ad cumulum.

QVAE IN LIBRO VIII.

περὶ τῆς μνήμης. De memoria ac mente.

QVAE IN LIBRO IX.

Cap. 1 ἐμποδὼν ἔχειν. Incurrere aliquid.

ἐκποδὼν ποιεῖσθαι. Auertere atq; depellere.

Cap. 2. εἰς ἄρτους. In panes.

ἄξιος οὖν ἐστὶ ἀργυρίου. Dignus igitur eſt argento.

Cap. 4. ἀνήκοος. Qui non audierit.

ἀνθρωποφάγους. Carne humana ueſcentes.

Cap. 5. σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα.

Corporis conſtantem habitum.

μανείην μᾶλλον, ἢ ἡσθείην.

Inſanirem potiùs, quàm oblectarer.

ἡδονῆς τέλος πόρνης, &c. Voluptatis finis meretricis decretum eſt: tolle Venerem, nullũ meretricis erit decretum.

Cap. 8. τὸν γὰρ μυρίων καὶ πεντακισχιλίων, &c. Enimuerò qui decem milibus, & quindecim milibus ueſtimentorum egeat, is quò minus indigeat, fieri nõ poteſt. Cûm enim plus quàm habeã, egeo, detrahens ex ijs quæ habeo, acquieſco.

Cap.9. βάλλει καὶ μάλοισι, &c.
Me petit pomis caprarium Cleariſtæ filia,
Capras propellentē, ſuaue quid canit, inſuſurrat.
τίτυρ᾽ ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε, &c.
Paſce adamate mihi pulchre heus Tityre capras.
Et potum ad fonteis age Tityre, ſed coleatum
Hunc Aprum, rufumq́ue caue, ne cornua uibret.
οἵη δ᾽ ἄρτεμις εἶσι κατ᾽ οὔρεος, &c.
Montibus it qualis ſtudioſa Diana pharetræ,
Aut per Taygeti ſpacioſa iuga aut Erymanthi,
Et nunc geſtit apro, nunc ceruo diua uolucri.
Stant circū Nymphæ agreſtes Ioue cœlite natæ,
Inq́ue agris ludunt, Latonæ pectora gaudent.
Fronte Dea ante omneis, ceruice prominet alta,
Et pulchras omneis inter clariſſima fulget.
Talibus in famulis uirgo intemerata decebat.
γέγηθε δέ τε φρένα λητώ.
Latronæ pectora gaudent.
ῥεῖα δ᾽ ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι.
Pulchras omneis inter clariſſima fulget.
Cap. 10. παρθενίην ζώνην καὶ λέκτροιο θεσμόν.
Virgineum ſoluit cæſtum, legemq́ue cubilis.
καὶ ἔργα φιλοτήσια. Et munus amoris.
τὸν μὲν ἄρ᾽ ἐντρύτοισι κατεύνασ᾽ ἐν λεχέεσσιν.
Inq́ue toris illi ſculptis cepere ſoporem.
Cap. 15. ἄπορον. Dubium.

QVAE IN LIBRO X.

Cap. 1. τρίτον καὶ τέταρτον. Tertium, & quartum.
Cap. 4. φύσει τὰ ὀνόματα ἢ θέσει.
Naturáne nomina ſint, an poſitu.
Cap. 7. τὴν ἔσω θάλασσαν. Internum mare.

Cap.

Cap.10. ἀνατομάς. Dissectiones.

Cap. 11. σπεῦδε βραδέως. Festina tardè.

Cap.12. Ἀρχύτας ταραντῖνος φιλόσοφος, &c.

Archytas Tarentinus philosophus pariter & mechanicus uir, columbā ligneam fecit uolantē: quæ si unquàm subsedisset, prætereà non exurgebat. Hactenus enim.

Cap. 16. κατὰ πρόληψιν. Per anticipationem.

Cap.17. ἀσωτίαν τε. Luxumq́ꝫ:

Cap.19. σὺ δὲ μὴ λέγε ὡς γέγονεν οὕτω πολλάκις, &c.

Verùm ne dicas, sic esse actū sæpenumerò, sed hoc fieri sic dicere. Non enim si quid aliquando cōtra leges actū iam est, tuq́ꝫ id secutus es, propterea iure queas euadere: quinimò eò magis idcircò in te debeat statui. Vt enim si priùs in aliquem foret animaduersum, tu minimè hæc scriberes: ita si ipse in præsentia punieris, nequaquàm deinceps alius scribet.

Cap.22. φιλοσοφία γάρ τοι ἐστὶν ὦ σώκρατες, χάριεν ἄν τις αὐτοῦ μετρίως ἅψηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ, &c.

Philosophia sanè, ô Socrates, res est elegās, si modicè quispiam per ætatem attigerit: at si supra modum tempus in ea contriuerit, hominum est corruptela. Nam si quis uel amœno sit acriq́ꝫ ingenio, ultraq́ꝫ ætatem philosophetur, necessum est cū rerum omniū esse imperitum, quarum usum calleat oportet quisquis honestus probusq́ꝫ est futurus. Legū enim ciuilium peritia & orationis uacat: quibus in actionibus ac commercijs cum hominibus, tum priuatum tum publicè uti

 conue-

conuenit. Voluptatum item, atq; cupiditatum humanarum, & morum euadunt prorsus insolentes. Cùm itaq; in illam quanpiã incidunt priuatam publicámue actionẽ, habentur derediculi: perinde ac uiri ciuiles ipsi, ubi uestra adeunt studia & disputationes, irridentur. Accidit ijs enim illud Euripidis. Qua in re clarus quisq; est, ad eam properat: & diei partem illi plurimã impertit, in qua ipse se exuperet: contrà, in qua stupidior ac nihil sit, inde effugit, eamq; contemnit: alteram uerò sui beneuolentia cõmendat, arbitrans ita sese laudare. Sed præstat (sicuti opinor) utriusq; esse participem: philosophiæ inquam, quo ad illius honestas sinit, disciplinæ gratia cõpotem fieri. Neq; turpe habetur adolescentẽ philosophari. At cùm grandis iam natu philosophatur, ridicula res ô Socrates geritur. Atq; equidẽ penes philosophãtes afficior, ueluti erga balbutientes ludẽtesq;. Cùm enim puerulum uideam, cui decorũ adhuc est, sic lingua balbutientem ac ludentẽ, demulceor, resq; mihi quidem festiua & liberalis uidetur, puerili q; ætate congruens: Quòd si uolubiliter puerulũ loquentẽ audiam acerba quæpiam res mihi oboritur, & aures meæ molestia afficiuntur, uideturq; nescio quid esse seruile. At si quis uirum audierit balbutientem, aut ludentem uideat, res uidetur & deridenda & puerilis, & denique digna uerberibus. Ita equidem afficior sanè eorum, qui philosophantur, ratione. Vbi enim in adolescente philoso-

losophiam aspicio, oblector exosculorq́;, & id mihi uidetur perdecere: ingenium quoq; ac liberalem hunc esse hominem iudico: è contrario, si non philosophatur, illiberalem, & sese nunquam re illa dignum, uel honesta uel ingenua arbitrantem. Verùm cùm seniorem iam hominem philosophantem adhuc, necdum facientem finem persentio, uerberibus egere cōmodùm uir ille mihi uidetur. Quod enim modò dixi, id homini isti accidit, ut si sit admodùm ingeniosus, uilis atq; abiectus efficiatur, quum mediam ciuitatem forumq́; defugiat, in quo Poëta inquit, uiros excellere. Abdat se uerò, & uitæ reliquum cū adolescentulis tribus aut quatuor degat, in angulorum aliquo commurmurans, ingenuum aut quicquam magnum dignumúe haud unquàm loquatur. Equidem ô Socrates, pro mea erga te beneuolētia atq; humanitate, uideri mihi uideor affici in præsentia eodē modo, quo Zethus respectu Amphionis apud Euripidem, cuius modò mentionem feci. Etenim mihi quoque eiusmodi quædam, tecum ut fabuler, in mentem uenit, qualia cum fratre ille. Neglectui habes ô Socrates ea, quæ debes curare, animiq́; naturam tui usque adeò nobilem puerili quodam ornamento condecoras, nec foro senatuiue orationis quicquam rectè affers, neque probabilem aut consentientem ullam rationem inuenisti, neq; uerò pro alijs consilium integrum cepisti. Atqui amice Socrates, quod ægrè ne feras uelim (loquor

enim

enim tua causa summa cum beneuolentia) an tibi non turpe uideatur, ita te gerere, ut ego te habere existimo & cæteros qui ultra iustũ pergant philosophari? Nã si quis te nunc, aut aliũ eiusmodi quemlibet ad carcerem rapiat, iniuriam te quidem intulisse arguens, qui culpa omnino uaces, nosti'ne, te minimè habiturũ, quónam te pacto tueris? sed uertigine uexeris, ac consilij inops oscites quid dicas, quid agas. In iudicio item suggestum conscendens, si improbus admodum ac nequam aduersarius tuus sit, mori de facili queas, si te ille capitali deferat crimine. Verùm quónam pacto Socrates hoc sapientis sit, si qua ars aliquem præstantem ingenio uirum nacta, deteriorem illum effecerit? qui neque sibijpsi auxilio esse poßit, periculisq; extremis liberare, neq; se, nec alium quenquam, sed ab inimicis bonorum omnium facultate spoliari necesse sit, & palam quidem infelicem degere. Liceat enim, quãquàm agrestius, uera dicere: si quis in genã te percusserit, pœnas non det. Sed heus bone uir, mihi obtempera, atq; à redargutionibus istis te abstine, rerumq; elegantiam cole, & eam sanè unde rectè sentire uideare, alijs missa faciens ista arguta, siue deliramenta, siue nugalia deceat appellare: quibus efficiatur, ut domos inanes habites: atq; sequens nõ eos, qui exigua ista reprehendunt, sed illos potius à quibus & facultates & gloria, & bona alia permulta poßidentur.

Cap.

Cap.24. εἰς τετάρτην, εἰς πέμπτην.
In quartam & in quintam.

QVAE IN LIBRO XI.

Cap.1. ἰταλοί. Vituli.
κατ' ἀντίφρασιν. Per contrariam dictionem.
Cap.4. τὸ δ' ἀξίωμα κ' ἂν κακῶς λέγῃ τὸ σὸν, &c.
Autoritas uerò, & si malè dicat, tua
Persuadebit: nam ab inexistimatis proficiscēs oratio: & ab existimatis, eadē haud quaquàm tantundem * uacat. * ualet.
ἀντὶ ἀδοξούντων. Pro eo quod inexistimatis.
ἀντὶ δοκούντων. Pro existimatis.
ἀδοξοῦσι Inæstimati sunt.
ἐνδοξοῦσι. Aestimati sunt.
Cap.5. σκεπτικοί. Commentantes.
οὐ μᾶλλον οὕτως ἔχει τόδε ἢ ἐκείνως ἢ οὐδετέρως.
Haud magis sic se hoc quàm illo habet modo, aut quàm neutro.
πυῤῥωνίων τρόπων. Pyrronicorum modorum.
σκεπτικοί, ἐφεκτικοί, ἀπορητικοί.
Commentantes, obligantes, ambigentes.
τῶν πρός τι. Eorum quæ ad aliquid.
Cap.7. ὀψιμαθίαν. Tardidiscentiam.
ἐν πωλουμένοις In uendentibus.
ἀπειρόκαλος. Ineptus.
Cap.9. συνάγχειν. Anginam pati.
συνάγχην. Anginam.
ἀργυράγχην. Argentanginam.
Cap.15 παραγωγάς. Deductiōes & deriuationes.
εὐκόλως. Ingeniosè & aptè.
Cap.16. περὶ πολυπραγμοσύνης. De curiositate.

πολυ-

πολυφιλίαν. Multorum amicitiam.
πολυξοπίαν. Multiplices ac uarios mores.
πολυσαρκίαν. Corpulentiam.
πολυπραγμοσύνην. Curiositatem.

QVAE IN LIBRO XII.

Cap. 1. οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ, &c.
Nō eques ipse pater fuerat tibi me hercule Pele*,
Nō Thetis est genitrix, glaucū te protulit æquor,
Aëriæq; rupes mens quòd tibi dura, ferox est,
Cap. 2. ἐνθυμήματι Commentatione.
Cap. 3 κῶλον Laxum intestinum.
ἀμαθέστερον πῶς ἔπι, καὶ σαφέστερον λέγε. Indoctiùs rudiusq; quodāmodo loquere, & apertiùs ac clariùs fare.
τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν. Primigenia.
ἀναλγησία. Indolentia.
ἀπάθεια. Impassibilitas.
Cap. 9. κάκιον εἶναι τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι.
Peius esse iniuriam facere quàm peccare.
Cap. 11. πρὸς ταῦτα κρύπτε, &c.
Nihil occultè, quando cuncta tuens.
Et cuncta audiens, omnia reuelabit dies.

QVAE IN LIBRO XIII.

Cap. 1 ἀνθ' ἑνὸς ὑποκειμένου, πεπρωμένην καὶ φύσιν.
Pro uno subiecto, fatum, & naturam.
μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον ἄϊδος εἰσαφίκηαι.
Néue obstante domum fato penetrabis auerni.
περὶ στεφάνου. De corona.
ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι νομίζων μόνον γεγεννῆσθαι, &c. Nam qui parentibus tantùm se natum putat, fatalē, atq; sponte suæ mortem manet. Qui uerò etiam patriæ ob

id,

id, ne in seruitutem redactam illam uideat, occumbere præoptabit.

τὴν πεπρωμένην καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον.

Fatalem, & spontis suæ mortem.

αὐτόματος θάνατος. Spontanea mors.

Cap. 5 ἡδύων ὁ λέσβιος. Suauis Lesbium.

Cap. 6. προσῳδίας. Accentus.

Cap. 7. ἡ δὲ δὴ λέαινα, τὸν ἰσχυρότατον, &c.

Quum autem animalium acerrimum sit leæna, & audacissimum, semel omnino in uita, & unum parit. Enitendo enim, cum fœtu pariter matricẽ proijcit. Rei uerò huiusce causa est, quòd cùm in matrice manẽs motitari incipit catulus, motus ille unguiculis præmunitus ferarũ longè omnium acutissimis matricem discerpit: tum in maius cõtinuò augescens, multò magis dilanians prodit. Instãte uerò iam nixu, prorsum relinquitur eorum integrum & sanum nihil.

ἐπίκοινον. Promiscuum.

ἑστήκει ὥς τίς τε λέων περὶ οἷσι τέκεσσιν, &c.

Vtq; leo in sylua, stabat sua pignora circum,
Cui manus occurset catulos nemus inter agenti
Venatrix accincta uirum.

πυκνὰ μάλα στενάχων, ὥστε λὶς ἠϋγένειος, &c.

Crebra gemens nimium tanq̃ leo uiribus ingens
Faucibus, absenti uenator si catulum audax
Abripuit denso in saltu, dolet acre, sequensq;
Deinde nemus uersat, scrutans uestigia, si quo
Versa uiri inueniat, rapit illum bilis amara.

λέων δ᾽ ὅτι μὲν ὀχεύει ὄπισθεν, &c. Leonẽ auersum coire, urinamq; retrò reddere, dictũ iã est. Coit & parit, non omni tẽpore, singulis tamẽ annis uerè parit, & ma-

& magna ex parte gemino. Sed cũ plurimos, ſex catulos, nonnunq̃ etiam unũ. Quod de leęna fertur, uuluam cum partu emittere, delira fabula eſt, facta ex ea cauſa, quòd rarũ genus hoc animalis eſt: nec rationẽ, cur ita eſſet, cõperire autor ille fabulę poterat. Rarum hoc enim eſt, nec multis naſcitur locis, ſed Europę totius ea parte ſolùm, quę inter Acheloum amnem & Neſſum eſt. Parit leęna quoq; adeò paruos, ut uix poſt ſecundũ mẽſem incipiant ingredi. Leones terræ Syriæ quinquies uita pariũt, primùm quinq;, pòſt uerò ſubinde pauciores, deinde ſteriles degũt. Caret leęna iuba, maris hęc propria eſt. Dentes eos tantũmodò mutat leo, qui canini uocãtur, quatuor: duos ſuperius, iidem inferius, idq; ſexto menſe ætatis fit.

Cap. 9. παμμίκτας. Promiſcua & omnimoda continentes οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν. Non à ſuibus.

ὕειν. Pluere.

Cap. 10. ἐτύμῳ. Veriloquio.

Cap. 11. βιωφελῆ Vitæ utilitatibus conducentia.

πέμμασιν. Placentis concoctione.

Cap. 16 πέψεις. Panibus ſecundæ menſæ.

παροιμιώδης. Prouerbio tritus.

πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.

Multa cadunt inter calicem ſupremaq; labra.

Cap. 17. σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίᾳ.

Sapientes tyranni ſunt congreſſu ſapientum.

αἴας ὁ λόκρος. Aiax Locrenſis.

γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ᾽ ἐγώ.

Senex ſenem ego teipſum erudiero.

φιλοκτήτης. Philoctetа.

ἐν τῷ πυρφόρῳ προμηθεῖ. In ignigero Prometheo.

σιγᾶν

σιγῶν τε ὅπου δεῖ, καὶ λέγων τὰ καίρια.
Tacensq́ue ubi opus est, & opportuna loquens.
σιγῶν τε ὅπου δεῖ, καὶ λέγειν ἀσφαλῆς.
Silere ubi opus est, & tutò loqui.

Cap. 19. εὐφωνία. Vocalitas.
ἀέρα βαθεῖαν. Caliginem & nebulam profundam.
κολοιούς τε ψῆράς τε. Graculosq́ue, sturnosq́ue.
ψηρῶν τε Sturnorum.
τῶν δ' ὥς τε ψάρων νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν.
Horum, ut de sturnis it nubes, graculisúe.

Cap. 21. κρηπῖδας. Crepidulas.
νηρεΐδας. Nereidas.
σκιαμαχία. Vmbratilis pugna.
κριομαχία. Arietum pugna.

Cap. 23. δὶς ταυτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς αἰσχύλος, &c.
Bis idem nobis dixit sapiens Aeschylus.
Venio enim ad terrã, inquit, & accedo postlimio:
Ast uenio idem est, quod accedo postliminio,
Ita per Iouem atq́ue si quis uicino dixerit,
Accommoda tu mactrã, uel si libet, arcã panariã.
μάκτρα καὶ κάρδοπος. Mactra, & arca penaria.
ἀπομνημονεύειν. Commemorare.
ἕκτορα δ' ἐκ βελέων, &c.
Hectora de iaculis, de puluere Iupiter, & de
Cæde uirum abduxit, de sanguine, deq́ue tumultu.
ὑσμῖναί τε, μάχαι τε, φόνοι τ' ἀνδροκτασίαι τε.
Prælia conflictus, cædes, hominumq́ue necatus.
μηκέτι παῖδε φίλω πολεμίζετε, μηδὲ μάχεσθον.
Neu dulces pueri pugnare, aut cernite ferro.
μνηστῆρες, δ' ἄρα τηλεμάχῳ θάνατόν τε, μόρον τε.
Telemachoq́ue proci lethum fatumq́ue profecto.
θάνατον καὶ μόρον. Lethum & fatum.

πολεμίζετε καὶ μάχεσθον. Bellate & pugnate.
βάσκ' ἴθι οὖλε ὄνειρε. καὶ βάσκ' ἴθ' ἶρι ταχεῖα.
Vade, i ſomnum agens. & alibi, Vade, & perge Iri citata.
ἐκ παραλλήλου. Ex geminatione.

Cap.24. προσῳδίαν. Voculationem.

Cap.25. γλαύκῳ, καὶ νήρει καὶ εἰναλίῳ μελικέρτῃ.
Glaüco, Nereiq́, atq; magis genio Melicertæ.
νεωτερικώτερος. Audacior & iuuenilior.
ταῦρον δ' ἀλφειῷ, ταῦρον δὲ ποσειδάωνι.
Taurum autem Alpheo, Neptuno tu quoq; taurū.

Cap.27. ἐμφατικώτερον. Expreſſius.
ἐν δὲ τῇ φακῇ μύρον. In lente unguentum.

Cap.28. πρόσωπον. Perſonam.

QVAE IN LIBRO XIIII.

Cap.1. παχυμερέστερον. Craſſius, & Pinguiori Mi(nerua.
λογικὰ ζῶα. Rationalia animalia.
νευρόσπαστα. Neruis mouentia.

Cap.3. παιδείας δ' οὐκ ὀρθῶς ἧφθαι τὸ παράπαν.
Inſtitutionem autem minimè rectè attigiſſe.

Cap.4 περὶ καλοῦ, καὶ ἡδονῆς. De honeſto & uólupta
παρθένος δὲ εἶναι λέγεται, κατὰ σύμβολον τοῦ ἀδιάφθορος εἶναι. (τε
καὶ μηδαμῶς ἐνδιδόναι τοῖς κακούργοις, &c.

Dicitur uirgo eſſe, indicio eam eſſe incorruptā improbis nunquam concedere: non orationē modeſtam, non precationem, non adulationem, non denique quicquā aliud pati. Quas ob res meritò triſtis, etiā ac contracta frōte pingitur, uultu graui, aſpectu contento & toruo, ut iniuſtis terrorem incutiat, iuſtis fiduciam præbeat; quandò huiuſce modi facies iuſtis grata, iniuſtis moleſta eſt.

Cap.

Cap. 6. σειρῆνες. Sirenes.
εὐρύκλεια. Euryclia.
ἐν τῇ ἔσω θαλάσσῃ. In interiore mari.
κατὰ Ἀρίσταρχον. Iuxta Aristarchum.
ἐν τῇ ἔσω κατὰ κράτητα. In exteriore iuxta Cratetem.
ἰσόψηφοι. Pares.
παράστιχις. Continua series,
ἠμαθία. Emathia.
αἱμονία. Hæmonia.
ποσειδώνειον. Neptunium, & locus Neptuni.
ὄναιό σου. Proficiat tibi.
ταύτης τῆς πολυμαθίας. Huius multiuagę disciplinę gratia.
ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται.
Aedibus in nostris quæ recta aut praua gerãtur.

QVAE IN LIBRO XV.

Cap. 5. ἀνέρυσαν μὲν πρῶτα, &c.
Prima supinarunt, necuere, exuta dedere
Pellibus, absq; sono, & muti.
Cap. 6. ἀνδρὸς μὲν τόδε σῆμα, &c.
Ecce uiri tumulum, qui pridem à lumine cessit,
Abstulit hunc factis prӕclarũ splendidus Hector.
Quondam ita quis dicet, mea nunq̃ gloria cadet.
ἀνδραγαθούντων ὑμῶν, καὶ διαδεχομένων.
Fortiter ac uiriliter agẽtibus uobis, atq; succedentibus, suscipientibusq; stationem meam.
Cap. 10. περὶ ψυχῆς. De anima.
Cap. 14. εἰσεπράξατό με ἀργύριον. Exigit à me argẽtum.
Cap. 19. περὶ ἐδεσμάτων. De edulijs.
Cap. 20. ἐν ταῖς προτέραις θεσμοφοριαζούσαις.
In prioribus thesmophorijs.
νῦν δὲ ἁπάσαισι παραινῶ, καὶ λέγω, &c.

Omnes igitur nunc admoneo,& dico
Virum hunccine ulcisci,multis de caussis.
Agrestia etenim quædam matronæ agit:ut qui
In agrestibus enutritus oleribus sit.
ὁ δὲ Ἀναξαγόρου τρόφιμος ἀρχαίου,&c.
At Anaxagoræ alumnus ueteris ille
Durus quidem ad saltandum uidetur,
Et ridendi exosus, & iocari ne ad uinum quidem
Consuetus:uerùm quicquid scripserit,id
A melle & Sirenibus profluit.
οὔποτε σὸν μνῆμα Εὐριπίδης ὄλειτο πού.
Nulla ætate tua Euripides monumenta peribunt.

Cap.25,ἀναβιώσκει. Reuiuiscit.

Cap. 26. λόγος ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν, &c. Oratio, in qua positis quibusdam,aliud quid à positis necessariò consequitur per ea,quæ posita sunt.

Cap.28. κατὰ ἀνδροτίωνος, καὶ κατὰ τιμοκράτους. In Androtionem,& in Timocratem.

Cap.51. πολιορκητής. Vrbium expugnator.

QVAE IN LIBRO XVI.

Cap.1. ὑπομνημάτιον. Commentatiunculam.

ἄν τι πράξῃς καλὸν μετὰ πόνου,&c. Si cum labore honesti quippiã egeris,labor abit, honestũ manet:Si cum uoluptate turpe feceris quippiam,quod suaue est, abit:quod turpe est,manet.

Cap.3. διαιρέσεων. Diuisionum.

ἐλογιζόμεθα οὖν διὰ τὴν ἰσχυρὰν σύμπτωσιν,&c. Gogitabamus itaq; propter nimiam uentris compressionem summã esse inediam:nã & ij,qui sponte abstinẽt cibo,primis temporibus fame afficiuntur,pòst autem minus.

ἐθισμένοι δὲ εἰσὶ καὶ οἱ σκύθαι ὅταν διά τινα. &c.
Scythæ etiam consueuerunt, si quando cuiuspiam rei causa inediam ferre cogũtur, latioribus fasciis uentrem cohibere, quasi ita fames minus eos infestet. Ventre autem ferè pleno, quia nulla in eo sit inanitas, fit ne esuriant. Dum autem uenter compressus admodùm est, caret inanitate.
ἄπορον δὲ καὶ λοιμῶν ἐπισκέψιος, &c. Dubium est indigensque considerationis, tum in hoc, tum in cęteris famelicis, quare in frigoribus magis huiuscemodi casus accidat, quàm serenis temporibus.

Cap. 7. οὐδετέρως. Neutro scilicet.

Cap. 8. εἰσαγωγάς. Introductiones.

περὶ ἀξιωμάτων. Pronunciatorum.
ἀξίωμα. Pronunciatum.
λεκτὸν αὐτοτελὲς, ἀποφαντὸν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ.
Dicibile per se perfectum, enuntiabile quantum ex semetipso.
ἀξίωμα. Propositum.
συνημμένον ἀξίωμα. Connexum pronunciatum.
συμπεπλεγμένον. Copulatum.
παραδιεζευγμένον. Viciosè disiunctum.

Cap. 9. ἀδιαφορεῖν. Indifferens esse.

Cap. 12. ἀπὸ τοῦ ἔῤῥειν. A pereundo.

ἔῤῥε κακὴ γλήνη. Pereas mala pupilla oculi.
ἔῤῥε ἐκ νήσου θᾶσσον ἐλέγχιστε ζωόντων.
Ocius ô pereas uiuorum ex insula abusus.
βάσκανον. Inuidum.
βασκαίνειν Inuidere.
φαιδρότερον ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι ἐπὶ τὸ χρηστότερον.
Facilè appares, ab apparendo ad id, quod meliùs ac benigniùs est.

Cap.18. ὀπτική. Perſpectiua.
κανονική Regularis.
ῥυθμός. Modus, numerus.
μέλος. Modulatio, cantus.
κανονικῆς. Regularis.
μετρική. Dimenſiua.

QVAE IN LIBRO XVII.

Cap.2. σόλοικον. Solœciſmi uicium.
Διανεῖσαι εἰς μέσον. Ponere in medium.
ἐφόδιον. Viaticum.
τεμένων ἱερὰ. Templorum ſacra.
Cap.3. καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν καὶ σπάρτα λέλυνται.
En ligna eputrent ratium, & ſparta in cariē ſunt.
σπάρτους. Ex agris ſatos.
Cap.4. κηφισιεὺς ὤν, ἐκ διοπείθους πατρὸς, &c.
Cephiſieus genere ex Diopete patre,
Quinq; & centum cùm ſcripſiſſet fabulas,
Fato eſt defunctus, annos duos natus & quinqua-
τεχνικοί. Artificiales. (ginta.
ἀποδεικτικῷ. Demonſtratiuo.
ἀμφισβητούμενον, ἀντὶ ὁμολογουμένου.
Dubium pro confeſſo & certo.
ἀπόδειξιν.
Expreſſionem & demonſtrationem.
Cap.8 μὴ γελᾶτε, ἔνι τοὔλαιον, &c. Ne ridete, ineſt oleum: uerùm uos neſcitis qualis matutino dilucu lo hodiè rigor fuerit: itaq; gelu concretum eſt.
ἄιθοπα οἶνον. Calidum uinum.
Cap.9 σκυτάλη. Lorū quo epiſtolę inuoluuntur.
Cap.10. τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἁπλά, &c.
A qua ſanè eructantur inacceſſi ignis puriſſimi ex

imis

imis fontes. Flumina uerò interdiu quidem inundant fluctum feruentem fumi. At per noctes punicea proglomerata flamma ad profundũ põti ferunt solum, cum strepitu illa Vulcani fluenta serpentia emittit sęuissima, monstrum profectò tum uisu, tum auditu mirabile.

ῥόον καπνοῦ αἴθωνα. Fluxum fumi calidum.

κρουνοὺς Fluenta.

ἀκύρως. Impropriè. τραχεῖα. Dura.

Cap. 11. τὸν τε πνεύμονα οἴνῳ, τὸ γὰρ ἄκρον περιστέλλεται. Pulmonem uino, summum enim contrahitur.

ἡ κάτω κοιλία. Inferior uenter & aluus.

τραχεῖα ἀρτηρία Aspera arteria.

ἐπιγλωττίς. Apposita lingula.

τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν. Asperam arteriam.

Cap. 12. ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ. Ipsa dies quandoq; parens, quãdoq; nouerca est.

μία μητρυιὰ, δύο μητέρες. Vna nouerca, duæ matres.

Cap. 19. ἄνευ τοῦ πράττειν μέχρι τοῦ λέγειν. Sine ulla actione ad dicendum parati.

ἄνθρωπε ποῦ βάλλεις, &c. Homo ubi iam mitis, considera nunquid purgatũ uas sit. Nam si ad inanem opinionem ea inuergas, prorsum interierint. Sin computrescant, in urinam aut acetum uertentur, aut si quid ijs ipsis est deterius.

κυνικώτερον. Magis Cynicum.

ἀνέχου καὶ ἀπέχου. Sustine & abstine.

Cap. 20. πᾶσα γὰρ πρᾶξις ὧδε ἔχει. αὐτὴ ἀφ' ἑαυτῆς, &c. Omnis enim actio sic sese habet. Nã ipsa quãtum in semetipsa agitur, neq; honesta, neq; turpis est: quemadmodum sunt, quæ nunc nos ipsi facimus, aut bibere, aut loqui, aut disputare. Non enim est

horum honestū per seipsum quicquā, sed in actione, ut quidem est actū, eiusmodi euenit. Nam honestè gestum, & rectè, honestum fit: contrà uerò, turpe. Eodem pacto & amare ipsum, & amor, nō omnis quidem honestus est, neque commēdatione omnis dignus, uerùm is, qui amare honestè nos adhortatur,

ἐνθύμημα. Commentum.

ὁδοῦ πάρεργον. Superuacaneè, extra itineris propositum quasi ex diuerticulo,

Cap. 21. ἀπαίδευτος. Ineruditus.

συγχρονισμοὺς Contemporationes.

ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται.

Vir fugiens & denuò pugnabit.

QVAE IN LIBRO XVIII.

Cap. 2. τῆς πολιτείας. Reipublicæ.

κοινὰς τὰς γυναῖκας. Communes mulieres.

νήπιοι οὐδ᾽ ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς,

οὐδ᾽ ὅσον ἐν μαλάχῃ τε, καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ᾽ ὄνειαρ.

Ignorant stolidi quàm toto sit medium plus:

Ac quanta utilitas in malua & asphodelo sit.

Cap. 4. μοχθηροὺς καὶ φορτικούς. Improbos atque odi-

Cap. 5. ἀναγνώστην. Lectorem. (osos.

Cap. 6. σοφιστείᾳ. Inani sapientia.

Cap. 7. ἐπιμαίνεσθαι. Furere, & insanire.

μελαγχολία. Atra bilis.

ἀλλὰ εἶναι σχεδόν τι τὸ πάθος τοῦτο ἡρωϊκόν.

Et affectionem ferè hanc heroicam esse.

μήτε καιροῦ, μήτε μέτρου. Neque temporis, neque modi.

Cap. 8. ὁμοιοτέλευτα, καὶ ὁμοιόπτωτα.

Similiter finientia, & similiter cadentia.

ὁμοιοτέλευτα, καὶ ἰσοκατάληκτα, καὶ πάρισα, καὶ ὁμοιόπτωτα.

Simi-

Similiter finientia, & ęqualiter desinentia, & cōparia, & similiter cadentia.

ἀπειρόχαλοι. Inepti.

Cap. 9. ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα. Dic mihi Musa uirū.

ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι Pandite nunc Musæ mihi.

ἀπὸ τοῦ ἔπεσθαι, καὶ εἰπεῖν. Ab eo quod est sequi, & dicere.

Cap. 10. ἐὰν ἅψῃ αὐτοῦ τῆς φλεβός. Si attrectaris uenam eius.

ἀγγεῖον. Vas & conceptaculum.

σφυγμός. Pulsus.

σφυγμός, ἐστὶ διαστολὴ καὶ συστολὴ ἀδιαίρετος ἀρτηρίας καὶ καρδίας. Pulsus, est disparatio & contractio indiuisibilis arteriæ & cordis.

σφυγμός, ἐστὶ παλμός, ἢ ζέσις φλεβός, &c. Pulsus, est subsultatio, & palpitatio, uel ebullitio uenæ & arteriæ.

QVAE IN LIBRO XIX.

Cap. 1. διαλέξεων. Disputationum.

ζήνωνος. Zenonis.

συγκαταθέσεις. Assensiones.

τὰς τοιαύτας φαντασίας. Eiusmodi imaginationes.

οὐ συγκατατίθεται οὐδὲ προσεπιδοξάζει.

Non assentit, neque coopinatur.

καὶ προσεπιδοξάζει. Et coopinatur.

οὐ συγκατατίθεται. Non approbat.

Cap. 2. αἰσθήσεις. Sensus.

ἀκολάστους. Libidinosos, & intemperantes.

ἀκρατεῖς. Incontinentes.

ἀκολάστους. Incastigatos.

Διατί οἱ κατὰ τὴν τῆς ἁφῆς ἢ γεύσεως, &c. *Cur incontinentes eos appellare solemus, qui uoluptate con*

trectandi aut guſtandi exuperantur? Nam qui immodicè re utuntur uenerea, & qui luxu delectantur ciborum, incontinentes uocamus. Ciborum tamen non eadem ratio eſt, ſed partim linguam, partim gulam, ſua mouẽt ſuauitate. Vnde Philoxenus gruis collum à dijs immortalibus ſibi dari optabat. At uerò qui in uidẽdo audiendo'ue modum excedunt, non eodem uocabulo ſignificamus: an quoniã uoluptates ſenſibus hiſce accommodatas, communes cũ cæteris animantibus habemus? Ergo ut communes ſpernimus & notamus, ſolasq; omnium, aut maximè probro damus. Itaq; hominẽ ijs deditum reprehendimus, & incontinentem intemperantemq; appellamus, quòd uictus à teterrimo uoluptatũ genere ducitur. Sed quum ſentiẽdi genera quinq; ſint: cætera animalia duobus tantùm, quæ modò dixi, uoluptatem ſibi acquirunt: cæteris uel nihil omnino delectantur, uel per accidens ita afficiuntur. Quod enim uidet, aut olfacit, tantiſper gaudet, quo ad guſtus tactus'ue fruiſcatur. Cumq; genus idipſum concupiſcendi expleuit, illorum quoq; ſuauitas deſijt: ut nobis ſalſamenti odor, cùm indigemus, ſuauis eſt: ubi ſatiati repletiq; ſumus, ampliùs ſuauis non eſt. Roſæ autem odor ſemper ſuauis eſt.

τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν.

Coitum eſſe paruum morbum comitialem.

Cap. 4. ψυχροποιητικήν. Frigus facientem.

τὸ δὲ πῦρ διαχαλᾷ τὸ πεπηγός, ὥσπερ ἥλιος τὴν χιόνα.

Ignis

Ignis autem concretum resoluit, & gelu constrictum ut niuem sol.

Cap. 5. Διατί τὰ ἀπὸ χιόνος καὶ κρυστάλλων, &c. Cur aquæ ex niue glacieúe liquatæ sint uiciosæ? an q̃a cùm aqua quęuis gelu concrescit, pars tenuissima difflatur, & leuissima euaporatur? Indicium illud est, quòd deliquata fit minor q̃ anteà fuerit, quū concresceret. Cùm itaq; quod salubriùs est defuerit: deteriùs fit quod relinquitur, necesse est.

Cap. 6. Διατί οἱ μὲν αἰσχυνόμενοι ἐρυθριῶσιν, &c. Quam ob causam erubescunt q̃s puduit, pallēt q̃ metuūt, quū istę affectiōes similes inter se sint? An quoniā pudefactis, sanguis de corde in oēs corporis partes diffundit, ita ut superficiē occupet: metu uerò p̃ culsis cōtrahitur ad cor, ita ut cęteris partibus deficiat?

αἰσχύνη ἐστὶ φόβος δικαίου ψόγου.

Pudor iustæ uituperationis est timor.

Cap. 7. ἀκύρως, ἢ κατὰ ἀντίφρασιν.

Impropriè, uel per oblocutionem.

Cap. 8. ἑνικῶς. Singulariter.

ἀπαραμύθητον. Absque consolatione.

πληθυντικῶς. Pluratiuè.

Cap. 9. ἀνακρεόντεια.

Aracreontia, & Anacreontis uersus.

ἐλεγεῖα. Elegos, hoc est, lugubria carmina.

ἐρωτικά. Amatoria, dulcia, & uenusta.

Τὸν ἄργυρον τορεύσας, &c. Argentum tornans.

Fabrica Vulcane mihi.
Non hominem amatum.
Quid enim cum bellis mihi?
Sed cauum poculum cude,
Quantum uales maximè, In q; eo neq; astra,

Neq;

Neq; plauſtra facias.
Nam quid cum Pleiadibus,
Quid cum Boote mihi?
Vites fabrica quæſo intus,
Et racemos pariter,
Aureosq; pulchrè calcantis
Comites Lyæi,
Amoremq; exclude ſimul.

ἀσωτίᾳ. Luxu prodigalitate.
ἀναφροδισίας. Inuenuſtatis.

Cap. 11. τὴν ψυχὴν ἀγάθωνα φίλων, &c.
Suauia dās Agathoni, animā ipſa in labra tenebā,
Aegra etenim properans tanq̄ abitura fuit.
οὐκ ἄμικος. Non inelegans.

Cap. 12. ἀπάθειαν. Tranquillitatem.
πάθη Paſſiones.

Cap. 13. ἀκλαής. Minimè plorans.

QVAE IN LIBRO XX.

διὰ τοὺς περὶ τὸν διόνυσον τεχνίτας Liberi patris artifices.
προβλήματα ἐγκύκλια. Quæſtiones circulares.
διατί οἱ διονυσιακοὶ τεχνῖται, &c. Cur genus id hominū, quod Dionyſiacos technitas, id eſt, artifices bacchanales appellamus, improbis eſſe moribus magna ex parte conſueuerūt? An qa minimè ſeſe ſtudio ſapientiæ dedūnt? eò ſcilicet, quòd in artibus neceſſarijs magnam partem ætatis ſuę cōſumunt, uitam plurimū traducunt incontinenter, partim etiam tum inopia, quod quidem utrunq; uicia & gignit & auget.

Cap. 4. ἐξωτερικά. Extraria, uel extrinſeca.
ἀκροαματικά Auſcultatoria.

ἀκροα-

ἀκροαματικὴν. Auſcultatoriam.
ἐξωτερικάς. Extrarias.
δειλινὸν περίπατον. Pomeridianam ambulationem.
ἑωθινόν. Dilucularia.
ἐξωτερικοί. Extrarij.
ἀκροαματικοί Auſcultatorij.
ἀκροαματικάς. Auſcultatorias.
ἀκροαματικούς. Auſcultatorios.

Ἀλέξανδρος Ἀριστοτέλει εὖ πράττειν.
Οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας ἐκδούς, &c.

ALEXANDER ARISTOteli ſalutem.

Haud rectè feciſti, quòd auſcultatorios libros êdideris. In qua enim re à cæteris nos itèm præſtabimus, ſi diſciplinæ, in quibus eruditi ſumus, omniũ omnino ſint communes? Equidem malim in rerum uſu optimarum, q̃ in facultatibus anteire. Vale.

Ἀριστοτέλης βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ εὖ πράττειν.
Ἔγραψάς μοι περὶ τῶν ἀκροαματικῶν, &c.

ARISTOTELES REGI ALExandro ſalutem.

Scripſiſti ad me de libris auſcultatorijs, inter arcana illos condi putans oportere: ſed tu eos & eſſe êditos, & minimè êditos ſcito. Cognoſcibiles enim ijs tantùm erunt, qui nos audiunt. Vale.

Cap.

Cap.5. ἐπιμελοῦμαι ὑμῶν, κήδομαι ὑμῶν.
Habeo curam ueſtrum, & conſulo rebus ueſtris.
ὑμῶν. Veſtri.

Cap.7. συμπάθειαν. Conſenſum.

Cap. 11. κηρίον. Fauum.
κέρας ἀμαλθείας. Copiæ cornu.
πινακίδιον. Indicem.
ἐγχειρίδιον. Pugillarem, aut tabellam.
διατριβάς. Exercitationes, & ſtudia.
περὶ ποικίλας ἱστορίας. De uaria hiſtoria.
βιβλιοθήκην. Librariam.
ἐποπτειῶν. Spectaculorum.
συγγραφήν. Hiſtoriam.

* εὐφημεῖν χρὴ, κἀξίστασθαι, &c.
Celebrare oportet, locumq́ dare noſtris choris,
Quicunq; imperitus harum orationum, ſiue animo impurus eſt,
Siue qui egregiarum muſarum Orgia, neq; uidit, neq; choros duxit.



I
F N S.
I

